# Domi. Thomaſij Grama-
# tici Neapolitani Vota.




Domini Thomaſij Grama-
tici Neapolitani Juris vtriuſqꝫ Doctoris
celeberrimi Vota: Lectori candido non me-
diocrem commoditatē allatura: nunq̄ hacte
nus in lucem emiſſa: cum Summarijs vni-
cuiqꝫ Voto prefixis: ac eleganti Repertorio
in frontiſpicio decenter appoſito omnia no-
tatu digna que ſingulare hoc Opus diligen-
ter emēdatum ⁊ perpulchris typis excuſum
complectatur paucis explicante.

1534

UVA. BHSC. IyR_279_2

## ¶ Ad Illuſtriſſimum dominum Don Pe-
trum de Toleto Marchionem benemeritum ville Franche Proregem locum tenẽtem
⁊ Capitaneum generalem Ceſ. ⁊ capt. M. in preſenti regno Neapo. Thomaſij Grama
tici vtriuſꝫ Juris Docto. Neapolitani ac olim iudicis magne ⁊ vicarie curiarum Vo-
ta pro maiori parte relata in regio collatera. concilio ⁊ coram illuſtriſſimis proregibus
qui pro tempore fuerunt ſuper nonnullis ponderoſis cauſis ſtudium requirentibus.

CUm retroactis tẽporibus Illu
ſtriſſime domine die qua doctoream dignitatem adeptus ſum
vix primam lanuginem emittens ex Sereniſſimi quondã bo-
ne memorie Regis Federici Aragonei munificẽtia ad officiũ
indicatus ſupremi tribunalis magne ⁊ vicarie curiarum bien
nio promotus fuerim: ibidẽꝫ alternis temporibus motu pro
prio omnium fere Illuſtriſſimorum proregum predeceſſorum
tuorum ⁊ ſucceſſiue ex iuſſu cap. auite maieſtatis indelebilis
memorie tunc Neapo. preſentis ad eiuſdem officij adminiſtrationẽ: necnon ⁊ ad patro-
cinium quoꝫ cauſarum fiſcalium per binos annos euocatus: ſicꝫ in eodem iudicio in-
terpellatis annis quatuor fere luſtra pertranſiens iam ſeneſcẽte etate ego ipſe ſtrepituũ
ac laborum tanti iudicij fatigatus ⁊ quieſcere deſiderans ſupplicandum tue Illuſtriſſi-
me domi. cogitaui vt huiuſmodi indefeſſo labori finem hinc in antea impoſuiſſe digne-
tur nec ſemitam Illuſtriſſimorum predeceſſorum in hoc ſectari aut proſequi: cum etatis
grauitate accedẽte graueſcat ingenium: graueſcant vires animus vultuſꝫ terribilis iu-
dicis aduerſus delinquentes pariterꝫ refrigeſcant ⁊ longe complures me ⁊ doctrina ⁊
exercitatione habiliores comperiet: ⁊ ne incaſſum poſt terga metentium ſpicas recolle-
giſſe viſus ſim: recõditas mei laboris meſſes a nonnullis annis collectas in triginta tri-
bus votis ac in quinquaginta conſilijs criminalibus ad tutandum innoxiorum carce-
ratorum ſalutem dum vacãs ab officio prefato cauſarum patrocinia aſſumebam: eidem
Veſtre Illuſtriſſime Dominationi cuius preſentia ſpiritum vireſꝫ ſuſcipiant deſtinã-
das ſtatui que radijs tante Ceſaree Maieſtatis illuſtrata hec vite ſpiritum ſufflata re-
ctam iuſticie trutinam ⁊ equitatem attigiſſe recognoſcant. Vale Prorex iuſtiſſime.

UVA. BHSC. IyR_279_2

# ¶ Tabula ſeu Repertoriū omnium que continentur in ſubſequentibus Votis domini Thomaſij Gramatici Neapolitani Juris vtriuſqꝫ Doct. nunc primum impreſſioni datis.

## ¶ De litera A.

**Actus** grauius puniuntur ex delicto conſummato quam inchoato. in voto quarto. numero decimoſexto. fo. 5.

Actus vbi poteſt interpretari ad bonum ⁊ ad malum in dubio intelligit̃ ad bonum quod eſt verū maxime, vbi actus ille non ſonat in delictum. in voto. x. folio. 9.

Actus quando poteſt ſe habere ad delictum ⁊ non delictum capienda eſt via vt excludatur delictum in voto. x. nu. 31. fo. eo.

**Accuſator** dum patitur labi inſtantiā ⁊ ſi hoc modo tacite deſiſtit non poteſt de nouo accuſare. in voto. xxxj. nu. 5. fo. 25.

Accuſator ſi non requiſiuit iudicem cum inſtantia vt cauſam expediret non audietur amplius ſi autem requiſiuit ⁊ probationes fecit: tunc non ipſe ſed iudex punitur. in voto. xxxj. numero. 14. folio. 25.

**Attentatum** ſi fuit delictum non autem expreſſe conſummatum licet in eo lex imponat aliquam penam determinatam ſi eo caſu lex imponit ſpecialiter eandem penam vel aliam limitatam illa debet imponi. in voto octauo. numero octauo. folio ſeptimo. in voto, vigeſimo. folio decimoſexto. Et ſi non reperitur pena ſpecialiter determinata mitius punitur arbitrio iudicis extra ordinem. ibidem nume. decimoſexto.

Attentans delictum quod tendit ad mortem ſi non eſt ſequutus effectus poterat iudex ex hoc penam minuere. ibidem. numero decimo.

Attentare nō eſt vere facere ſed ius illud habet pro facto ex quadā fictione. in voto. xix. fo. 15.

**Adulterium** pluries committens cum berta vxore titij et ita confeſſus eſt: non tamen ex pluralitate reiterationis delicti predicti cum eadem veniet multiplicanda pena. in voto decimoſeptimo. numero quarto. folio decimoquarto.

Adulterium maius peccatum eſt quam ſtuprum. ibidem numero decimoſexto.

**Affectus** punitur in atrocioribus licet non ſequatur effectus: debet hoc modo intelligi quod puniatur eadem lege ſed non eadem pena: ſed mitius. in voto quarto numero vndecimo. ⁊ numero octauo. folio. 5. in voto nono. numero. 8. folio. 8.

Affectus licet punitur non ſequuto effectu debet intelligi vt punit̃ pena extraordinaria. ibidem.

Affectus licet punitur non ſequuto effectu non habet locum attenta generali conſuetudine italie. in voto octauo. numero decimo tertio. folio. 7.

**Aggreſſus** ſi inſequitur aggreſſorem ex interuallo et eundem ob calorem iracundie occiderit mitius punietur. in voto decimonono. numero decimoquarto. folio decimoſexto.

Aggreſſor ſi non poteſt apparere quis fuerit preſumitur quod ſit ille qui eſt magis rixoſus; item qui eſt robuſtior: item poteſt etiam comprehendi ex verbis prolatis per aliquem ex eis quis primo fuerit. ibidem nume. decimo vndecimo duodecimo decimotertio decimoquarto. ⁊ decimoquinto.

**Alguzerij** cum ſint viles perſone non probant. in voto xx. fo. 16.

Alguzerij probant producti in teſtes vbi amicitie recōciliatio preſumitur ex cōuerſatione ⁊ colloquio ſubſequuto in voto. xxxiiij. nu. 6. fo. 28.

**Animus** ⁊ voluntas datur ex factis intelligi. in voto. x. nu. 1. fo. 9.

Animus et voluntas magis declaratur ex actis ſeu factis quā verbis. ibidem.

Animus demonſtratur ſeu declaratur magis ex factis quam verbis. ibidem cum verba ſepe proferantur contra voluntatē proferentis ⁊ intentionem.

Animus alicuius ſi dolo vel abſqꝫ dolo quid fecerit ꝓbatur ex his que demonſtrat̃ dixiſſe extra iudicium. in voto. x. nu. 27. fo. 9. Et de his que in animo conſiſtunt ſtatur ipſius dicto cum iuramēto. ibidem nu. 26.

**Appellatio** non admittitur a ſententia lata contra homicidam in magna curia vicarie. in voto. ij. nu. 8. fo. 2.

Appellatio eſt iuris remedium aduerſus grauamen. ibidem numero. 10.

**Arma** deferens preſumitur habere malum animum. in voto. xxiiij. nu. 6.

Argumentum de toto ad partem eſt permiſſum. in voto. xxvj. numero. 13. fo. 23.

**Aſſaſſinis** ſemper ſolet pena augeri. in voto. ix. nu. 21. folio. 8.

Aſſaſſinus ſi poſt receptam pecuniam deuenit ad actum proximū homicidio habetur ⁊ punit̃ ac ſi occidiſſet. ibidem in voto. ix. nume. 20. Et licet de generali conſuetudine Italie nec ob malū animum nec ob conatum ad delictū debeat quis pena mortis naturalis puniri non tamen hoc habet locum in crimine aſſaſſinij. ibidem in voto. ix. nu. 22.

Aſſaſſinij delictum eſt exceptuatum ⁊ eſt crimen atrox: ⁊ equiparatum crimini leſe maieſtatis ⁊ ijs ſimilibus. ibidem nu. 12.

Aſſaſſinus clericus ob aſſaſſinium dicitur omni priuilegio exutus in voto. viij. nu. 10. fo. 7.

Aſſaſſinus dicitur diffidatus ab omni populo ⁊ lege. ibidē nu. 2. ⁊ in voto. ix. nu. 4. fo. 8.

Aſſaſſinus tanꝙ ab omni populo diffidatus poteſt nedum a iudice verum etiam a parte impune occidi. ibidem nu. 3. ⁊ in voto xxj. folio. 16.

Aſſaſſinus clericus ſubijcitur cognitioni ⁊ iudicio iudicis ſecularis propter aſſaſſinium adeo quod ab eo iudicari poteſt. in voto. viij. nu. 4. tanꝙ ipſo iure degradatus. in voto. ix. numero. 18. folio. 8.

**Contra aſſaſſinum** proceditur de facto iuris ordine nō ſeruato nec exigitur plena probatio contra ipſum ſed probabilia argumenta ſufficiunt: ⁊ poteſt contra eos ex mero officio procedi ⁊ de facto ibidem nu. 5. et. 6. ⁊ in voto. viij. ⁊ in voto. ix. nu. 17. fo. 8.

Aſſaſſino poteſt ex cauſa pena minorari per iudicem. in voto. viij. nu. 7. fo. 7.

Aſſaſſinus ad hoc vt puniat̃ pena mortis licet ſit de atrocioribus requiritur quod fuerit cōſummatum delictum alias ſecus. ibidem nu. 18.

Aſſaſſinus dicatur qui per pecuniam vel aliquo ſibi dato vel promiſſo deliquit. in voto. ix. nu. 1. fo. 8.

Aſſaſſinus an dicatur per aliquā promiſſionē ſibi factā vt aliū occidat: ſeu vt complaceat ipſum requirenti. ibidē nu. 3.

Aſſaſſini mandatarij dicto creditur contra aſſaſſinum mādantem concurrentibus alijs. in voto. xxxiiij. nu. 2. fo. 27.

Aſſaſſinus ſi poſt acceptatum mandatum ſeu deliberationē ſe penituit non excuſatur ab aſſaſſinio. in voto. ix. nu. 11. fo. 8.

Aſſaſſinus clericus ad hoc vt poſſit puniri per iudicē laicū requiritur quod qualitas aſſaſſinij fuerit probata adeo quod concludat. in voto. xj. nu. 5. fo. 10.

Aſſaſſinij crimen non dicitur commiſſum ex ſimplici oblatione pecunie oblate ſeu promiſſe alicui vt occideret: ſed requiritur q̃ talis oblatio fuerit acceptata per illum cui fuit promiſſa ſeu data pecunia. ibidem nu. 19.

**In aſſaſſinij** crimine ſufficit ꝓbatio per preſumptiones ſeu probabilia argumenta debet intelligi quando talia argumenta eſſent indubitata ⁊ non aliter. in voto. xj. nu. 22. in fi.

**In atrocioribus** enormibus aliqualis actus ſufficit ad effectū vt puniat̃ licet in alijs nō tam enormibus etiam ſi perueniatur ad actum: non tamen ad effectū nō noceat: attamē ⁊ grauius puniūtur actus ex delicto cōſummato ꝙ inchoato. in voto. xx. nu. 9. fo. 16.

In atrocioribus qui deuenit ad actū ꝓximū effectui nō punit̃ eadē pena lꝫ puniat̃ eadē lege qua punit̃ qui cōſummauit delictum. ibidem. nu. 12.

In atrocioribus per ſolum attentatum dicitur delictum conſummatum. in voto. ix. nu. 9. fo. 8.

In atrociorib⁹ ſi deuētū ē ad actū ꝓximū dꝫ inq̄ſit⁹ puniri ꝓ delicto ꝯſummato ꝯcurrēte dolo. in voto. ix. nu. 10. fo. eo.

## ¶ De litera B.

**Baldi** doctrina in. l. vnica. C. de confeſ. vbi vult confeſſum ad ſui defenſionem torqueri poſſe ſuper illa qualitate defenſionis impugnatur. in voto ij. nu. 12. fo. 2. Itē limitatur prout ibi ſatis pulchre.



UVA. BHSC. IyR_279_2

**Banniti** noſtri temporis equiparãtur deportatis. in voto. xix. nu. 12. fo. 15.

**Baſtarda** nuptui tradita viro legitimo ⁊ boneſto ac naturali efficitur ob tale matrimoniũ legitima ob qualitatem mariti. in voto. iiij. nu. 20. ⁊ 21. fo. 5.

¶ De litera C.

**Calor** iracundie eſt iuſta cauſa minuendi penã. in voto. xix. nu. 15. fo. 15.

**Cardinales** ſi ante creationẽ pape aliquid ſtatuant vel promittant quilibet ipſorũ ſi fuerit creatus in papam ſi talis promiſſio cedit in preiudicium dignitatis ſeu autoritatis ſue non tenentur ſeruare quod promiſerunt. in voto. xxviij. nu. 16. fo. 22.

**Carcerarius** tenet̃ de negligẽtia ob quã carcerat⁹ aufugit ⁊ dz ſtare per annũ in carcere publicatis eius bonis ⁊ hoc per cõſti. regni. in voto. xxix. nu. 2. ſz de iure ciuili remouetur ab officio. ibidem. nu. 3.

Carcerarius tenet̃ prouidere locum carceris principaliter ianuam ⁊ ſingula neceſſaria prouidenda. in voto. xxix. nu. 4. fo. 22.

Carcerarius tenet̃ vti diligentia dum tenet carceratos pro delictis in cõpedib⁹ ⁊ cippis ferreis. ibi. nu. 5. ⁊ tenet̃ de lata culpa ſicut alius de dolo ⁊ capitaliter punitur. ibi. nu. 6.

Carcerarius adhibẽs in cuſtodia oẽm ſuã diligentiã neceſſariam ſi ex caſu aufugerint carcerati non tenetur ipſe. ibidẽ. nu. 7. licet in dubio fuiſſet preſumptio contra cuſtodem.

Carcerũ dñs principalis tenet̃ de culpa cuſtodis quẽ appoſuit ⁊ et de negligẽtia ſi captiuus aufugit. in voto. xxix. nu. 9. fo. 23.

Carcerum dominus exhibẽdo cuſtodem carcerum quem ipſe ſubſtituit non euadet penam. ibidem. nu. 10. 11. 12.

Carcerarius cuius culpa carcerat⁹ aufugit ꝓ crimine dz pena capitali puniri vt ſi dolo vel pretio corruptus fuit ⁊ ſi negligẽtia vel culpa eius pariter puniendus eſt licet culpa ⁊ negligẽtia fuerit abſqz dolo. ibidem nu. 14.

Carceratus pro crimine capitali ſi aufugit ſunt tria ſpẽlia ꝯ ptãte: primo qꝺ incũbit ſibi onus ꝓbãdi diligẽtiã ꝙ carcerat⁹ caſu aufugit: ſecundo qꝺ non liberatur exhibendo cuſtodẽ carceris: tertio qꝺ propter negligentiam ⁊ culpam tenetur pena capitis. ibidem in voto. xxix. nu. 16. fo. 23.

Carceris cuſtos et ꝓ leuiſſima culpa tenet̃ criminalr. ibidẽ. nu. 1.

**Cauſa** quelibet etiã iniuſta excuſat a pena doli ⁊ ſic delicti etiã in his que ſunt de genere prohibitorum. in voto xix. nu. 16. fo. 16.

Cauſa etiam iniuſta excuſat a pena. in voto. x. nu. 23. ⁊ 26. fo. 9.

Cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo pariter ⁊ a periurio. ibi. nu. 26.

Cauſa ſi fuit cõmiſſa ſub his vbis tu p te cognoſcas eſt electa induſtria perſone itavt non poſſit ipſe delegatus per aliũ loco ſui cognoſcere. in voto. iij. nu. 39. fo. 4.

Cauſa ſi committitur per hec verba informes per teipſum non poterit alteri delegari. ibidem nu. 40.

**Citatus** non tenet̃ cõparere qñ certũ eſt citatũ non eſſe de iuriſditione citãtis. in voto. xviij. nu. 2. ⁊ in voto xxvij. nu. 7. fo. 21.

Citatio a non ſuo iudice eſt nulla ⁊ pariter ſententia. in voto. xviij. nu. 6. fo. 15.

Citatio ſi ex forma citationis appz qꝺ nõ tenet̃ cõparere vt qꝛ in ea citat̃ cleric⁹ ꝑ iudicẽ laicũ vel aliqs de florẽtia corã iudice perusino citatio ipſum non arctat. in voto. xxvij. nu. 1. fo. 21.

**Ciuitas** iurat homagium per ſuos ſindicos ⁊ ſic maiores ſinguli ⁊ vniuerſi de ciuitate per ſindicos fidelitatem iurant. in voto. x. nu. 13. fo. 9.

Ciuis quis ſit in eo loco vbi natus eſt. ibi. nu. 15.

Ciuilitati originis quis renũciare non põt. ibidẽ nu. 16.

Ciuilitas originis potentior eſt ꝙ aliqua cauſata ex priuilegio. in voto. x. nu. 17. fo. 9.

**Clericis** corã iudice ſeculari nõ eſt licita cõparitio nec poſſibilis prorogatio. in voto. xviij. nu. 12. fo. 15.

Clericus citat⁹ ꝑ iudicẽ ſecularẽ tenet̃ cõparere cũ titulo clericat⁹ ꝑ ritũ magne curie ⁊ curia ipſa cognoſcit de ſuo clericatu non tamen ritus procedit vltra nec dicit qꝺ ſi nõ comparet poſſit reputari contumax ⁊ banniri. ibidem.

Clericus ſemper etiã in executione ſententie poteſt dicere de nullitate ſententie iudicis laici late contra ipſum: ⁊ docto de clericatu eandẽ annullare. in voto. xviij. nu. 14. fo. 15.

Clericus differẽdo coram iudice laico allegare priuilegiũ ſui clericatus an debet condemnari in expenſis. ibidem nu. 15. ⁊ 16.

Clericus permittẽs ſe cõdẽnari a iudice laico ⁊ cõmiſſa executione allegauit de clericatu dz cõdẽnari in expẽſis in quib⁹ fatigauit actorẽ retardãdo opponere exceptionẽ clericatus. ibi. nu. 16.

Clericus pro talibus expenſis non poteſt condemnari per iudicem ſecularem. ibidem nu. 17.

Clericus nullo modo poteſt iudicari per iudicẽ laicum nec principaliter nec incidenter. ibidem. nu. 18.

Clericus dum citat̃ a laico cautela eſt vt nõ opponat de clericatu ſz patiat̃ fieri proceſſus: ⁊ in fine cauſe aut in ſñia poterit dicere de nullitate: ⁊ ſic de facili annullato ꝓceſſu poterit trahere actorem ad concordiã. in voto. xviij. nu. 19. ⁊ ibi tamen dicit̃ qꝺ licet iſta cautela ſit bona non tñ erit tuta in foro conſcientie. fol. 15.

Clerici cõtumacia corã iudice laico nõ tz nec eius virtute põt erigi mulcta per iudicem laicum. in voto. xxviij. nu. 4. ⁊ nu. 5. fo. 22.

Clerici comparitio coram iudice laico non eſt licita nec prorogatio poſſibilis. ibidem nu. 6.

Clericum ſe pretendẽs incedẽdo ſine habitu ⁊ tõſura ⁊ reputatus ac tẽtus vt laicus põt capi ⁊ puniri per iudicẽ laicũ abſqz metu excõicationis. in voto. xxxiij. nu. 1. fo. 27.

Clerico ex prima tonſura an conferatur ordo. ibidem. nu. 2.

Clericus in minoribus lato ſumpto vocabulo dicitur eſſe in gradu ſacro id eſt in ordinibus ſacris. ibidem. nu. 3.

Clericorum appellatione in materia fauorabili venient etiam cõſtituti in minoribus. ibidẽ in. xxxiij. voto. nu. 4.

Clericus prime tonſure non poteſt per laicum accuſari. ibi. nu. 5.

**De clericis** non licet iudicare regi nec alteri ſeculari perſone vt dicit Papa celeſtinus tertius. ibidem nume. 6. ⁊ eo tunc quod eſt clericus eſt exemptus a poteſtate imperatoris.

Clerici priuilegium fori emanauit a iure diuino ⁊ a deo. in voto. xxxiij. nu. 16. fo. 27.

Clericus ſine habitu ⁊ tonſura repertus in flagranti crimine non amittit priuilegium fori. ibidem nu. 17.

Clericorum familiares nõ deferentes habitum nec tonſuram attamen gaudent priuilegio clericali. ibidem nu. 20.

Clericus de prima corona dicitur habere ordinem clericalem. ibidem nu. 21.

Clericus renuens tonſurã clericalẽ ⁊ habitũ ⁊ immiſcẽs ſe enormibus ſi pſeuerãdo in illis deprehẽſus fuerit nõ ex hoc poterit iudex laicus de eo cognoſcere. ibidem nu. 22.

Clericus non poteſt torqueri etiã qꝺ contra eum vigerent mille indicia niſi de crimine ipſo eſſet publice diffamatus. in voto. xj. nu. 15. fo. 15.

Clericus ſi citatur a iudice laico: ⁊ neſcitur an ſit clericus ⁊ minime allegatur quia interim habetur pro laico valet proceſſus. in voto. xviij. nu. 4. fo. 15.

Clericus litigando coram iudice laico nec tacite nec expreſſe poteſt in ipſum conſentire. in voto. xviij. in nu. 9.

Clericus ſi citatur per iudicem laicum ſi non comparuerit ⁊ fuerit effectus contumax ⁊ bannitus non valebit bannum nec contumacia. in voto. xviij. nu. 10.

Clericus condemnatus per ſententiam a iudice laico etiam qꝺ nõ appellaſſet poteſt dicere proceſſum nullum ⁊ ſententiam nullã. ibidem nu. 11.

Clericatus eſt de iure diuino ⁊ ideo dum qs eſt clericus eſt penitus exemptus a ptãte imperatoris. in voto. xxxiij. nu. 3. fo. 27.

Clericus non poteſt conſentire vt iudex laicus de ipſo cognoſcat. ibidem nu. 8.

Clericorum appellatione quicunqz clerici etiam in minoribus conſtituti continentur. ibidem nu. 9.

Clericus in minoribus conſtitutus nullo modo poteſt ſortiri forũ iudicis laici. ibidem nu. 10.

Clericus recedẽs a clericatu aſſumpto abijciẽdo tonſurã ⁊ veſtes ſeculariter viuendo vel incedẽdo nõ perdit priuilegiũ clericatus niſi fuerit monitus. ibi. nu. 11. ⁊ nu. 12.

Clericus vt perdat priuilegiũ ob non delatã tonſurã ⁊ habitũ debet moneri trina canonica monitione nec ſufficiat vna pro omnibus. ibidẽ. nu. 11. 12. 13. in voto. xxxiij.

Cleric⁹ ſi immiſceat ſe enormitatib⁹ nõ amittit priuilegiũ clericale lz amittat priuilegiũ canonis ſi qs ſuadẽte diabolo. xvij. q. iiij. non tamen amittit priuilegiũ fori. ibidem nu. 14. ⁊ ibi niſi fuiſſet inueteratus in aggreſſuris ⁊ enormitatibus.

**Cohabitatio** diuturna inter ſolutos adinuicem an purget vetus ſtuprum concubinatus. in voto. iiij. nu. 3. fo. 4.

**Conceſſa** per principes in preiudiciũ ſue autoritatis ⁊ dignitatis põt ipſe princeps reuocare etiã ſi non eſſent in enorme preiudicium. in voto. xxxviij. nume. 14. ⁊ numero. 25. fo. 22.

**Concubinatus** an preſumitur exiſtẽte diſparitate perſonarũ ⁊ nõ apparẽte de volũtate amborũ ꝙ voluerit cõtrahere cõcubinatũ ⁊ nõ precedente proteſtatione

UVA. BHSC. IyR_279_2

proteſtatione ⁊ concurrẽte continuatione temporis in concubinatu ⁊ quod non breui durauerit conuerſatio. ibidem nume. 2. in voto. iiij.

Concubinatus an preſumit̃ ſi mulier hꝫ liberũ arbitriũ eũdi ⁊ redeũdi a concubinario ⁊ animum retinet cum eo: ⁊ vult concubinatum ⁊ non contradicit: an ex tali perſeuerantia abſq; vlla proteſtatione preſumitur concubinatus. ibidem nu. 4.

**Ad concubinatus** iuſtificationẽ oportet plura cõcurrere imo ſunt ſeptẽ reqſita. in voto. iiij. nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. fo. 4.

Concubina nõ põt eſſe vidua honeſte vite nec virgo quia cum eis contraheretur ſtuprum ⁊ non concubinatus. ibidem nu. 15. niſi ab initio preceſſerit proteſtatio. ibidem.

Concubinam alterius cognoſcens que nomẽ honeſte mulieris nõ perdiderat committit ſtuprum. ibidem nu. 17.

**Condemnari** nemo põt vltimo ſupplicio ex pſumptionib⁹. in voto. x. nu. 39. fo. 10.

Condemnato per preſumptiones moderanda eſt multum iudicis ſententia. ibidem nu. 40.

Condemnatus ad mortẽ ſi dum vadit ad ſupplicium reuocat eius depoſitionẽ factam cõtra tertiũ dicẽdo ſe falſo illum inculpaſſe valet eius exculpatio predicta dummodo alia non appareat cõtra inculpatum. in voto. xj. in nu. 18. fo. 10.

**Conatus** in atrocioribus punitur. in voto. ix. nu. 14. vbi etiam de monachis qui conati fuerunt dare venenum abbati ſancti Petri. fo. 8.

**Confeſſio** iudicialis ad hoc vt noceat ⁊ reuocari nõ poſſit requirit̃ q̃ inſtãte actore fuerit aſſignat⁹ terminus ad ita cõfitendũ. in voto. xvj. nu. 7. fo. 13.

Confeſſio facta poſt terminum datũ ad deliberandũ nõ poteſt pretextu erroris reuocari. in voto. xvj. nu. 8. fo. eo.

Cõfeſſio ad hoc vt noceat ɔfitẽti nedũ nõ dꝫ impugnari p aliã partem ſꝫ dꝫ exp̃ſſe acceptari. ibi. nu. 10. ⁊. 11. fo. 14.

Confeſſus dato ſibi termino ad deliberãte confitendũ adhuc põt eius confeſſionem reuocare. ibidem nu. 12.

Confeſſio erronea facta datis inducijs deliberatorijs ad reſpõdendum libello põt vt erronea reuocari. ibi. nu. 13.

Confeſſio principalis põt per procuratorem reuocari. in voto. xvj. nu. 14. fo. 14.

Cõfeſſus homicidiũ aſſerẽdo illõ feciſſe ad eius defenſionẽ põt torqueri vt explicite deponat. in voto. xxiij. nu. 2. fo. 19.

Confeſſus cõmiſiſſe homicidiũ ad ei⁹ defenſionẽ an poſſit ex hmõi cõfeſſione cõdemnari ſeu torqueri reiecta qualitate defenſionis vide in. ij. voto. nu. 1. et. 4. plene. fo. 1. et. 2.

Confeſſio qualificata non poteſt in parte negari ⁊ in parte ſperni ibidem. in voto. ij. nu. 2.

Confeſſus homicidiũ verũ ad ei⁹ defenſionẽ ſꝫ ipſam nõ pbãs an põt penã mortis naturalis puniri. in. ij. voto nu. 3. fo. j.

Confeſſio dãnati ad mortẽ dũ trãſmittit̃ ad ſuppliciũ in fauorẽ alterius noĩati p ipſum ſi eo tpe ipſum exculpat aſſerẽdo falſo inculpaſſe tenet exculpatio in illius fauorem. in voto. iij. nume. 15. 16. 17. fo. 2.

Cõfeſſio ſeu noĩatio ſocij criminis in caſib⁹ in quib⁹ noceret nũq̃ facit indiciũ ad torturã niſi ɔcurrãt alia adminicula ꝯ noĩatũ ⁊ ita cõiter tenet̃. ibi. nu. 1. fo. 1. in voto. vj. ⁊ vnum ex adminiculis erit ſi hꝫ cõuerſationẽ cũ noĩato. ibi. nu. 3.

Confeſſus delictũ nõ pcedẽtib⁹ indicijs tortus ⁊ cõfeſſus etiã ſi perſeueraſſet ⁊ ratificaſſet eius cõfeſſio predicta nõ erit valida. ibi. nu. 7. 8. 9. 10. ⁊ melius in nu. 13. fo. 6.

Confeſſus delictũ in tortura nõ precedẽtibus indicijs q̃ talis cõfeſſio nõ tꝫ eſt intelligendũ vbi magna fuiſſet tortura ⁊ tortus fuiſſet debilis aut infirmus: ſecus ſi fuiſſet robuſtus ⁊ tortura modica q꜡ tũc tenet confeſſio. ibi. nu. 8.

Cõfeſſio p tormẽta extorta nõ pcedẽtibus indicijs eſt ipſo iure nulla nedũ ꝯ ſe ſꝫ etꝫ ꝯ alios ꝯ quos vt teſtis depoſuiſſet. ibi. nu. 9.

Confeſſio per tormenta extorta abſq; indicijs nõ tenet etiã qõ poſt ipſam ſuperueniſſent indicia. in voto. vj. nu. 11.

Confiteri in tormẽtis ⁊ metu tormentorũ paria ſunt. ibi. nu. 14.

Confeſſus delictũ ſi perſeuerãdo in ei⁹ cõfeſſione fuit cõdẽnat⁹ probãdo de inocẽtia ſibi ſubueniet̃ et poſt ſnĩam. ibi. n. 2. ĩ voto. vij.

Cõfeſſus crimẽ põt ei⁹ cõfeſſionẽ reuocare ⁊ audiet̃ lꝫ in hoc iudices ſe reddãt difficiles ⁊ rigoroſos. ibi. nu. 4. in voto. vij. qõ eſt verũ etiã ſi iuraſſet audiri ꝯ. ibi. nu. 5. 6. ⁊. 7. fo. 7.

Confeſſus delictũ nõ põt renunciare defenſionibus etiã volens. in voto. vij. nu. 6. fo. 7.

Confeſſio erronea lꝫ geminata p ratificationẽ ſubſequutã põt nihilominus tanq̃ erronea reuocari. ibi. nu. 33. in voto. x. fo. 9. ẽt ſi eẽt iurata. ibi. nu. 34. ⁊ ẽt ſi fuiſſet iudicialis. ibi. nu. 35.

Confeſſio cõtra propriã libertatẽ nõ tenet. in voto. xij. nu. 22. et ibi ſubdit facere ꝯ Regẽ Frãcorũ dũ facit cõfiteri aliquã ciuitatẽ eẽ ſuam ⁊ iurare fidelitatem a ciuibus nam non tenet talis confeſſio nec iuramentum.

Confeſſio delictũ poteſt defenſio denegari. in voto. xiij. nu. 16. fo. 12.

Confeſſus crimẽ eſt cõfeſſum condẽnandus. ibi. nu. 17.

Confeſſio extraiudicialis reuocatur ⁊ admittitur reuocatio conſtito de errore confeſſionis. in voto. xvj. nu. 6. fo. 13.

**Coniectura** vbi capi põt alia q̃ delicti ſeu delinquẽdi aut doli illa capi dꝫ. ibi. nu. 30.

**Comparere** quis nõ cogit̃ ad citationẽ a iure improbatã. in voto. xviij. nu. 8. fo. 15.

Compoſitiones nõ debẽt cũ oĩbus indifferẽter fieri p delictis commiſſis: ſꝫ cũ ijs dũtaxat de quib⁹ ſperat̃ q̃ amplius in eiſdẽ criminibus non inciderint ⁊ qui ſe emendabunt ⁊ cum illis qui ſemel tantũ deliquerunt in voto vlti. fo. 28.

**In compoſitionibus** multa ſunt conſideranda vt in eodẽ voto. nume. 3. ⁊ nu. 6.

Compoſitio quando fieret contra formam iuris ⁊ cõſtitutionẽ regni eſt nulla. ibidem nu. 8. fo. 29.

**Crimen** veneni deteſtabile ⁊ execrãdum eſt lõge grauius homicidio: ⁊ vendens ſolũ ⁊ emens venenũ puniuntur licet mors non ſequatur. in voto. ij. nu. 1. fo. 3.

Crimina niſi ſemel cõmiſſa venia digna ſunt. in voto vlti. fo. 28.

**In criminibus** occultis que vt plurimũ per vnũ ſolum committũtur lex contentat̃ facilioribus indicijs ad torturam. in voto. iij. nu. 2. fo. 2.

In criminibus occultis preſumptiones ⁊ coniecture habentur loco plene probationis. ibidẽ nu. 3.

Criminis enormitas facit vt iura tranſgredi liceat. ibi. in voto. iij. nu. 8. vbi etiã habes quod ratione enormitatis criminis interdicitur audientia comparẽtibus pro reo ⁊ etiã aduocato.

Criminis enormitas facit vt licet nobiles regulariter furcis nõ ſuſpendantur tamen ratione enormitatis ſuſpenduntur ⁊ altiorib⁹ furcis. ibidem nu. 8.

Criminis enormitas facit vt ex proceſſu informatiuo procedi poſſit ad torturam. ibidem.

Crimina atrocia non comprehenduntur in diſpoſitione generali ⁊ indultus ſeu abolitio criminum non extẽditur ad crimĩoſos grauiorum criminũ: nec ad crimen falſi. ibi. nu. 10. ⁊. 11.

Crimen committẽs motus ex iniuſta cauſa: ex quo crimine venit ſibi pena corporalis imponẽda non tenebitur ad eam reſpectu cauſe predicte licet iniuſte. in voto. xix. nu. 17. fo. 16.

Crimen leſe maieſtatis non committitur niſi per ſubditum. in voto. x. nu. 32. fo. 10.

Credulitas etiam fatua excuſat a dolo. in voto. x. nu. 21. fo. eo.

**Conſiliarij** ciuitatum hodie habẽt eandẽ poteſtatem ⁊ priuilegia que olim decuriones habebant. in voto. j. nu. 29. ⁊ inter cetera vt etiam finito officio torqueri nõ poſſint. ibidẽ. in fi. verbis fol. 1. ⁊ in voto. xxxij. numero. 21. et. 22. folio. 26.

**Conſuetudo** inducẽs quod perſone priuilegiate torqueantur non tenet. in voto. xxv. fo. 20.

Conſuetudo delinquendi inducitur per binum actum. in voto. ix. nu. 22. fo. 8.

Conſtitutio regni que loquitur in mandante non extenditur ad mandatarium. ibidem in voto. ix. nu. 29.

Conſuetudo inferendi iniuriã licet probet̃ contra aliquẽ delictum ſaltem preſumptũ hoc tamẽ habet locũ quãdo ciuiliter agitur ſecus ſi criminaliter. in voto. xj. nu. 11. fo. 10.

Conſuetudine acquiritur ius in publico vndecũq; cauſetur etiã ſi ius ex priuato cauſetur. ibidem nu. 4.

Conſuetudo ſe habet ad ius commune ⁊ vniuerſale: preſcriptio vero ad particulare priuatum ⁊ ſic licet per actus geſtos a priuato poteſt induci conſuetudo: id eſt verum quando per illos actus acquiritur in publico ſecus ſi priuato quia tunc erit preſcriptio ibidem nu. 6.

Conſuetudo qõ tortus ſuper furto de quo eſt inquiſitus ⁊ confeſſus licet non poſſit de iuris ſubtilitate de alijs furtis interrogari de quibus nulla exiſtunt indicia tamen de generali conſuetudine ſeruatur contra: talis enim conſuetudo non tenet. in voto. xiij. nu. 3. fo. 12.

Conſuetudo ſi allegatur per aliquẽ doctorẽ an ſit ei credendũ. ibi. vbi concludit qõ etiam pluribus doctoribus aliquid de cõſuetudine affirmantibus non eſt credendum.

Cõſuetudo delinquẽdi operat̃ vt ratione cõſuetudinis poſſit quis ad mortem puniri licet alias non puniretur pro illo delicto. in voto. xvij. nu. 13. fo. 14.

Conſuetus delinquere dicitur quis per binum actum. ibidẽ nu. 21.

**Contumacia** clerici corã iudice ſeculari nõ tenet nec ex ea poteſt exigi pena ſeu mulcta. in



UVA. BHSC. IyR_279_2

voto.xxvij.nu.4.⁊ nu.5.fo.21.
Contumacia eſt delictum.ibidem nu.5.
**Cuſtos** carceris etiam pro leuiſſima culpa teneꝝ criminaliter.in voto.xxix.nu.1.fo.22.

**De litera D.**

**Damnari** nemo poteſt vltimo ſupplicio etiam ex violentis preſumptionibus ſed temperanda eſt multum eo caſu iudicis ſententia.in voto vigeſimoprimo.numero.8.9.10.fo.27.nec poteſt pena ordinaria imponi.in voto.xxiij.nu.11.fo.18.
**Defenſio** intantū permiſſa eſt qꝺ reus criminis ei renunciare non poteſt etiam volēs.in voto.vij.nu.6.folio.7.
Defenſio non poteſt tolli per principē in cauſa criminali inquiſito cum defenſio ſit de iure diuino quam princeps tollere non pōt.in voto.xxx.nu.9.10.11.fo.24.
Defenſio de iure ciuili cōpetens poteſt tolli per principem:ſed nō ea que cōpetit de iure naturali.ibi.nu.12.
**Delicta** preſumūtur principaliter commiſſa animo nocendi.in.ij.voto.nu.5.fo.2.
Delicti preſumptio tollitur ex preſumptione bone fame.in.iij.voto nu.28.⁊ ſic ſuccedit quarta limitatio ad preeminentiam magne curie.ibidem nu.29.fo.3.
Delicta hodie non puniūtur penis contentis in conſtitutionibus regni ⁊ iuribus municipalibus niſi fuerint conſummata ⁊ perfecta.in voto.viij.nu.19.fo.7.
Delictum quando punitur pena ſtatuti non habet locū pena predicta ordinaria niſi delictum fuerit conſummatū ſecus ſi attentatum.in voto.ix.nu.7.fo.8.
Delinquendi conſuetudo induciꝝ per binum actum.ibi.nu.22.
Delictum geminans non dꝫ ſperare de venia.ibi.nu.23.⁊ inde eſt quod excarcerādus die veneris ſancte:ſi reiterauit delictū non debet excarcerari.in voto.ix.nu.24.fo.8.
Delictū committēs etiā iniuſta cauſa motus ex quo al's veniret imponēda pena corporis afflictiua nō tenebiꝝ ad eam reſpectu illius curie licet iniuſte.in voto.x.nu.21.fo.9.
Delinquens nō aſſuetus delinquere ⁊ qui nō ꝓbatur al's deliquiſſe niſi ſemel tantū facit vt index poſſit eo caſu penam ordinariā minuere:imo ⁊ indulgere.in voto.xxiij.nu.24.fo.18.
Delictū pluries iteratū etiā ſi pluries fuit punitum ſimiliter pluries aggrauat idem peccatum vltimo commiſſum.in voto.xvij.nu.12.fo.14.
Deliquiſſe dicitur quis ſepius ſi per tres vices deliquit.in voto xvij.nu.22.fo.eo.
**In delicto** cōmiſſo de nocte ſufficiūt leuiores probationes:imo coniecture.in voto.xxj.nu.4.
**Decurio** dicitur qui de ordine curie officia adminiſtrat:⁊ ſic non eſt decurio qui ſententiā non tulit vel curiā non participauit.in voto.j.nu.20.
**De decurionibus** id qꝺ in iure dicitur ⁊ de priuilegijs ipſorū obſeruabiꝝ in conſiliarijs ciuitatū qr ipſorū loco ſubſtituti ſunt:⁊ intelligiꝝ de cōſiliarijs magnorū locorum non autem oppidorum.in.j.voto.nu.22.23.⁊.28.fo.1.
**Diffamatus** nō ex hoc qs diciꝝ ex quo ita dicatur niſi etiā cōuictus fuerit de eo ꝙ diffamatur.in voto.xxx.nu.25.fo.24.
**Doctor** diciꝝ perſona illuſtris ⁊ gaudet oībus priuilegijs conceſſis militibus.in.j.voto.nu.6.⁊.8.fo.1.
Doctores dicunꝝ quaſi radij ſolis ⁊ per doctores quaſi luminoſas cādelas vniuerſum corpus orbis terrarū tenebris ꝓfugatis velut ſidus irradiat matutinū.in voto.j.nu 9.fo.1.
Doctores velut ſplendor fulgēt firmamēti ⁊ doctorū ſcientia mundus illuminaꝝ:⁊ niſi fuiſſent doctores nos eſſemus in tenebris.ibidem.nu.10.⁊.11.
Doctori licet magno non eſt credendū niſi eius dictum probet per autenticā ſcripturā:imo etiā gloſſe aliter credendum non eſt qñ leges nō allegat.in voto.xj.nu.12.⁊.13.fo.10.
Doctoris dictū intelligi dꝫ ſcdm iura que allegat.ibidem nu.11.
Doctor an poſſit torqueri ⁊ an hoc ſit ſimpliciter verū qꝺ torqueri nō poſſit ⁊ an eo caſu dꝫ eſſe actu legēs vel certi ordinis vel actu aduocās.in voto.xxv.nu.2.fo.20.
Doctor licet de iure nō poteſt torqueri tñ de cōſuetudine q̄ eſt optima legū interpres torqueri pōt.ibi.nu.4.⁊ ſubdit ꝙ talis conſuetudo quod non poteſt torqueri nunquam fuit viſa obſeruari.ibidem.
Doctor impetitus de falſo poteſt torqueri.ibidem.

**Dominus** pretendens aliquas ſeruitutes ſibi deberi a vaſallis incūbit ei onus probādi ⁊ dꝫ ꝓbare ſibi preſtitas a tempore in cuius initij cōtrariū memoria hominū nō exiſtit nec ſufficeret longeuus vſus ſeu cōſuetudo etiā cū tituli alllegatiōe.ibi.in voto.xij.nu.2.fo.11.Et in talibus minime ſufficit probari curſus longi temporis niſi etiam ⁊ titulus probetur.ibidem nu.2.⁊.3.
Domini duo nō poſſunt eſſe in ſolidū eodem iure imo eſt impoſſibile.in voto.x.nu.18.fo.9.
Dominus non poteſt exigere a vaſallis niſi conſueta grauamina nec poſſunt eos compellere ad preſtādum ſibi angarias ſeu collectas.in voto.xij.nu.10.fo.11.
Domini extorquendo ſimilia inconſulto principe in quadruplū tenentur.nu.11.⁊ ibidem dicitur qꝺ ſi conſulto principe exigāt plus permiſſo puniuntur in duplum.ibidem.
Dominus imponēs collectas ſeu angarias ſine cauſa diceretur rapinā cōmittere cū bona ſubditorū auferant.ibi.nu.12.
Dominus ſi allegat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigēdi ſeruitia ſeu angarias a ſubditis non debet audiri cum ex quaſi poſſeſſione nō inducaꝝ ius exigendi ſeu poſſidendi.ibi.nu.15.
Dominus non poteſt compellere vaſallos ad preſtandum ſibi ſeruitia extra diſtrictum.in voto.xij.nu.24.fo.11.
Dominus abutens iuriſditiōe ſibi conceſſa per principē poteſt de facili ea priuari.in voto.xxviij.nu.28.fo.22.
**Domum** alterius ſi quis per vim ingrediꝝ ex tali ingreſſu non competit actio criminalis:ſed daꝝ actio iniuriarum.in voto.xix.nu.6.fo.15.

**De litera E.**

**Effectus** qui conſideraꝝ in delictis ſeu euētus qñ non eſt ſecutus pōt ex hoc index penam minuere.in voto.xx.nu.7.fo.16.
Effectus ſi nō ſequaꝝ iura puniētia affectū lꝫ nō ſequaꝝ effectꝰ dꝫ tñ intelligi vt puniaꝝ eadē lege ſꝫ nō eadē pena.in voto.xx.nu.7.⁊.8.fo.eo.
**Erubeſcere** pallere ⁊ inconſtāter loq ſunt ſigna male cōſciētie.in voto.xxx.nu.5.fo.23.
**Exculpatio** condēnati ad mortē in qua dicit depoſuiſſe falſuꝫ ꝯ aliquē eundē inculpādo ſi aliud nō apparet contra illum tenet talis exculpatio in illius fauorē.in voto.xj.nu.18.fo.18.
Exculpatio morientis ſeu offenſi in fauorē alicuius inculpati ꝯtra quem exiſtūt indicia facit talis exculpatio preſumere indicium innocentie.in voto.xxiiij.nu.14.fo.19.
**Exceptiones** alique ſi nō permittunꝝ opponi ꝯ iſtrumētū guarētigiatū nō hꝫ locū quo ad tertium cum quo nō eſt cōfectū inſtrm̄.in voto.xvj.nu.1.fo.13.
Exceptio que reddit iudicium retro nullum poteſt quandocunqꝫ opponi.in voto.xviij.nu.5.fo.15.

**De litera F.**

**Falſitatis** imago eſt id qꝺ diſtat a veriſimili.in voto.xiiij.nu.11.fo.12.
**Falſum** dici nō pōt id qꝺ hꝫ aliqd veritatis admixtū.ī voto.xxvj.n.11.f.20.
Falſum dici nō pōt id ꝙ hꝫ primordiū veritatis et ſemper facienda eſt interpretatio vt falſum excludatur.in voto.xxvj.nu.12.fo.21.
Falſitas nō eſt ex quo teſtes ſint ꝯrij inter vnā partē ⁊ aliā niſi aliter probeꝝ falſitas.in voto.xxvj.nu.14.⁊.15.⁊ eo caſu diciꝝ cōflictus teſtiū verū daꝝ materia iudicij ingrēdi in alterutruꝫ.ibi.nu.17.
Falſans literas principis ad hoc vt capite puniatur requiritur ꝙ nedum falſauerit ipſius literas verum etiam ⁊ ſigillum.in voto xxv.nu.9.fo.20.
Falſans literas delegati qui gerit vices pape non debet ita acriter puniri ac ſi falſaret literas pape.ibi.nu.10.
**Factis** datur volūtas intelligi.in voto.xxiij.nu.8.vbi plura circa demonſtrationem voluntatis.fo.18.
**Fama** an faciat indiciū ad torturā ⁊ qualiter reqriꝝ vt teſtes deponāt ad hoc vt fama ꝓbeꝝ ibideꝫ.in voto.xxxiiij.numero.3.per totum.fo.14.
Fame male ad hoc vt qs dicaꝝ i delicto de q̄ inqſitꝰ eſt reqriꝝ ꝙ fama mala ſit in eodē genere mali:nec ſufficeret ſi de alijs criminibus diuerſis mala fama p̄cederet.in voto.xxx.nu.28.fo.24.
**Famulus** ſeu famula dum reperiꝝ in domo mortuus ſeu mortua p̄ſumitur occiſa a dño domus ſeu ab eius vxore ſi dominus eſt abſens.in voto.xxiij.nu.1.fo.eo.
**Fateri** nullatenus dicitur ille qui dicit ſe erraſſe in facto.in voto.vij.nu.1.fo.6.

Feudum

UVA. BHSC. IyR_279_2

**Feudum** dicitur poſſideri per filium etiam viuo patre. in voto.vj.nu.23.fo.6.
**Fideiuſſio** eſt medicina ſequeſtri.in voto.xij.nume.26.folio.11.
**Furta** plura licet minima committens poteſt puniri pena mortis.in voto.xvij.nu.5.fo.14.

## De litera G.

**GEminans** delictum non debet ſperare de venia.in voto.xvij.nu.8.&.9.vbi delictum reiteratum plus punitur.fol.14.

## De litera H.

**HOmicida** quilibet nõ decapitatur: ſed is demũ q̃ ẽ humilioris vite q̃ vo ẽ honeſtioris vite deportatur.i voto.xxiij.n.25.f.18.
Homicida quando interficit hominem omnes virtutes celorum clamant ad diuinam maieſtatem dicentes:domine hic vult eſſe tibi ſimilis &c. in voto.iij.numero.25.folio.3.
Homicida habens gratiam de vno homicidio ſi deinde commiſit aliud homicidiũ & de eo pariter habuit gratiam non facta mentione de priori homicidio non ſuffragabitur ſibi gratia ſecundi homicidij.in voto.x.nu.12.fo.9.
Homicida licet regulariter ſit pena mortis puniendus tamen poterit iudex ex cauſa penã ipſam diminuere ſeu minorare.in voto.xxiij.nu.10.& in voto.xxiiij.nu.18.fo.19.
**Hoſtis** captus in bello poteſt detineri vt ſeruus & pariter eius bona.in voto.x.nu.37.fo.9.
Hoſtis poſtq̃ eſt captus non poteſt occidi ſed ſeruari.ibi.nu.38.
**Honor** preferendus eſt cuilibet commodo pecuniario. in voto.xvij.nu.6.fo.14.

## De litera I.

**INcendij** pena ad hoc vt ſortiatur effectũ requiritur q̃d nedum domus combuſta ſit:verũetiam ꝙ ibidẽ nõ aliquis ex dicto incendio interierit. & ſic habebit locũ pena conſtitutionis regni contraincẽdiarios. in voto.xix.nu.5.
**Indicia** ad torturam contra aliquem eliduntur per vnũ quodq̃ q̃d vrgeat in contrarium.in voto.iij.nume.20.fo.3.& in voto.xxxiiij.nu.20.fo.28.
Indicium ad torturã facit vnus bonus teſtis de viſu niſi alia coniectura reſiſteret in contrarium.in voto.iij.nu.21.fo.3.& in voto xxxiiij.nu.19.folio.28.
Indicium debet probari per duos teſtes.in voto.xxij.nu.1.fo.17.
Indicia licet extent ad torturam contra inquiſitum ſi tamen ipſe inquiſitus allegat talia que ſi probata eſſent nõ poſſent torqueri:debet interim ſuperſederi & audiri.in voto.iij.num̃.23. & iſta erit ſecunda limitatio ad preeminentiam magne Curie. in numero.23.&.24.fo.3.
**Induſtria** perſone Officialis dicitur electa vbi in cõmiſſione dicitur ſibi:tu per te cognoſcas.in voto.iij.nume.39.folio.3.
**Indefinita** in teſtibus non equipollet vniuerſali. in voto.xxvj.nu.1.fo.20.
**Infamis** ad hoc vt quis dici poſſit que requirantur. vide in voto.iij.nu.36.fo.3.
Infamis ad hoc vt quis dicatur aut diffamatus requiritur quod confeſſus fuerit delictum in iudicio vel ꝙ preceſſerit ſententia iudicis: nec ſufficeret probatio ipſius criminis vel ꝙ ita dicatur vel probetur niſi etiam cõuictus fuerit.in voto.xxx.nu.25.&.27.folio.24.
**Infirmitas** dicitur cauſata ex vulnere in eo qui deceſſit ex quo effectus id eſt mors cauſam oſtendit.in voto.xxiiij.nu.9.fo.19.
**Inimicitia** probata culpa eius qui ipſam allgat eam ſibi ſit imputanda & cui. in voto. xxx. nume.19.fo.24.
Inimicitia indicium non eſt de per ſe ſufficiens ad torturam. ibi.nu.20.& plene in voto.xv.nu.3.fo.13.& in voto.xxx.nu.6.fo.23.
Inimicus teſtis ad hoc vt repellatur ne poſſit contra aliquem deponere non eſt neceſſe ꝙ ipſe teſtis ſciuerit illum contra quẽ deponit ſibi feciſſe aliquam iniuriam dummodo cum effectu ſit facta.in voto.vj.nu.6.fo.6.
Inimicus dicitur etiam ille qui habet cauſam inimicãdi.in voto.xxiiij.numero.1.folio.19.
Inimicus probata conuerſatione preſumitur reconciliatus.in voto.xxx.nume.18.fo.24.
Inimicitia vera vt ex ea reſultet indicium ad torturam debet eſſe capitalis.in voto.xxxiiij.nu.4.&.5.fo.28.
**Pro iniuria** poteſt inferri duplicata pena id eſt pecuniaria & corporalis vna ipſarum in ſatiſfactionem partis offenſe: & alia curie.in voto.xv.nu.17.fo.13.
Iniuria quelibet perſonalis maior eſt qualibet pecuniaria & reali & grauior.ibi.nu.18.
Iniuriam ſi mihi feciſti dicto vel facto & ego prouocatus ſimiliter intuli tibi iniuriam non ſum ordinarie cõdemnandus.ſed mitius puniendus in voto.xxiij.nu.15.fol.18.
Iniuriaʒ ſi mihi feciſti & ego gladio te offendi de minori pena erit mihi ſubueniendum.ibi.nu.17.
**Inſtrumentum** in quo continetur ꝙ Canonici talis eccleſie tale quid fecerunt nõ intelligitur ꝙ oẽs canonici interfuerint.in voto.xxvj.n.3.f.20.
**Inſtantia** in criminalibus perimitur lapſu biennij & abſoluitur reus eo caſu ab obſeruatione iudicij.in voto.xxxj.nu.1.fo.25.
Inſtantia ſi labitur vt ſupra aduerſus ipſius lapſum non datur reſtitutio.ibidem nu.2.
Inſtãtia per lapſum biennij in criminalibus an faciat vt omne ius pereat.ibi.nu.6.
Inſtantia perempta iudex non poteſt proferre ſententiam poſt lapſum inſtantie licet iuſta ſit in meritis cauſe.ibi.& ibi dicitur ꝙ puniri debet eo caſu.nu.9.
Inſtantia perit quando ſtat per iudicem ꝙ cauſa non fuit expedita.ibi.nu.11.& ſubditur ꝙ non competit reſtitutio.
Inſtantie tempus currit etiam ſi ſtetit per iudicem ꝙ cauſa nõ fuerit expedita & iſta eſt communis opinio.ibi.nu.12.& hoc dummodo partes non appareant negligentes.ibi.nu.13.
Inſtantia perit per lapſum biennij vbi fuiſſent probationes facte & debet reus diffinitiue abſolui:ſed ſi non fuerunt probationes facte tunc abſoluitur ab obſeruatione iudicij.in voto.xxxj.nu.15.fol.25.
Inſtantia an pereat per lapſum biennij quando fuit proceſſuʒ in cauſa per inquiſitionem.ibi.nu.16.& ibidem ꝙ princeps nõ ligatur lege inſtantie ſeu iudex habens liberum arbitrium.
Inſtãtia ꝑẽpta ſi fuit lata ſñia i cõſiſtorio ꝑncipis ẽ nulla.ibi.n.17.
**Imperator** concurrit in iuriſditione cũ quocũq̃ ſuo ſubdito.in voto.xxviij.nu.7.fo.22.
**Impugnans** aliquid nõ poteſt demum ſe de eo iuuare.in voto.xvj.nu.9.fo.13.
**Iudex** debet interrogare teſtes ſup circũſtantijs vbi habet ipſos ſuſpectos ꝙ falſum depoſuerint ad hoc vt videat an ſit eis credendum.in voto.ij.nu.14.fo.2.
Iudex dʒ laborare vt itercipiat teſtẽ & ipſuʒ inuoluat ſi ei ſuſpectus videbitur ẽt in ijs in quibus rei ſubſtantia nõ cõſiſtit.ibi.i vot.ij.n.16.
Iudex põt ſe informare de infamia ſeu bona fama inquiſiti a teſtibus etiã inhabilibus ſine ordine i forma iudicij receptis & abſq̃ ordine iudiciario.in voto.iij.nu.33.vbi etiã reperies tertiã limitationẽ ad preeminẽtiã magne Curie Vicarie in torquẽdo.f.4.
Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſditione & non dubitare.in voto.xj.nu.7.fo.10.
Iudex laicus põt cõ clericũ aſſaſſinũ cognoſcere: & eius epm in ſñia & ꝓceſſu preuenire & eo nõ degradato legali pena punire maxime ſi delictũ eſt notoriũ ꝙ celari nõ poteſt.ibi.nu.8.
Iudicatur licite contra communem opinionem etiã gloſſe qñ eius opinio iure non fundatur.in voto.xj.nu.14.fo.10.
Iudex põt euidentẽ calumniã ex officio repellere nec dʒ admittere ipſam ꝓponentẽ nec admittere appellationẽ etiã ſi a nõ admiſſione appellaret.in voto.xiiij.nu.13.&.14.fo.12.
Iudex vbi nouit aliquid fieri ad procraſtinandum litem poteſt ex officio occurrere imo debet.ibi.nu.15.
Iudex dum ſibi conſtat de maleficio debet eſſe pronus ad puniendum nec multum ponderare iuris ſolennitates quia fauor publice diſcipline ſuadet ne maleficia remaneant impunita.in voto.xiiij.nu.18.fo.12.
Iudex corruptus punitur pena pecuniaria per conſtitutionem regni corruptele;ſed per ius cõmune ſoluit triplũ fiſco & cingulo dignitatis priuatur ſed in cã criminali punitur exilio & publicatione bonorũ & crimine falſi.in voto.xxiij.nu.7.& preallegata conſtitutio regni & capitulũ regni loquuntur vbi ciuiliter agitur.fo.18.
Iudex vbi videt teſtibus etiam clare deponentibus non eſſe fideʒ adhibendam poterit ſi ſibi videbitur non adhibere ex cauſa cũ in eius arbitrio ſit & debet exprimere cauſam quare fidem non adhibet alias tenetur in ſyndicatu.in voto.xiiij.nume.20.21.22.folio.12.

UVA. BHSC. IyR_279_2

Iudex laicus ꝙ poteſt iuriſditionē exercere in clericū omnia iura deteſtantur. in voto. xviij. nu. 7. fol. 15.
Iudex ex cauſa poteſt penam diminuere vbi al's non poſſet quando eſſet a iure ſtatuta. in voto. xx. fol. 16.
Iudex poteſt ex cauſa penam capitalem minuere. in voto. xxiij. numero. 12. fol. 18.
Iudex ſi procedit in caſu in quo non poterat procedere contra inquiſitum ex officio ⁊ ille non opponat ante litis conteſtationeꝫ non ex hoc impedietur poſtea opponere ⁊ proceſſum irritare. in voto. xxiiij. nu. 16. fol. 19.
Iudex corruptus ob hominem necandum vel qui plecti debebat non puniuit vel innocentem puniuit capite punitur vel in inſulam deportatur. ibi. nu. 8.
Iudex ſi non precedente cauſe cognitione tamen ex principis mandato aliquem ſuſpēdit vel vltimo ſupplicio afficit poteſt illud abſqꝫ peccato exequi. in voto. xxiij. nu. 2. fol. 18.
Iudex ſi pro honore regio non exequitur regis mandatum nō poteſt dici ꝙ male egerit. ibi. nu. 25.
Iudex recognoſcens ſuperiorem non poteſt concedere guidaticuꝫ ſeu ſaluum conductum delinquenti ſeu bannito. in voto. xxv. nu. 11. fol. 20. ⁊ hoc niſi iudex ipſe faceret ex cauſa ⁊ eſſet illemet iudex qui delinquentem banniuit. ibi. nu. 11.
Iudex licet habeat liberum arbitrium non tamen poteſt torquere non precedentibus legitimis indicijs. in voto. xxx. nu. 21. fo. 24. nec poteſt denegare defenſiones contra indicia. ibi. nu. 22.
Iudex impeditus multitudine cauſarum ſi non potuit cauſam expedire facit vt competat reſtitutio parti ſeu fiſco aduerſus lapſum inſtantie ſi tranſiuit biennium in cauſa criminali. in voto. xxxj. nu. 10. fol. 25.
Iudex poteſt torquere teſtem abſqꝫ indicijs dum ſuſpicatur quod ſciant veritatem ⁊ nolunt reuelare. ibi. nu. 20.
Iudex vbi procedit ad querelam ⁊ ad inquiſitionem reddit proceſſum nullum. in voto. xxiiij. nu. 17. fo. 19.
Iudex quando eſt dubius vtile eſt inquiſitum diffinitiue non abſoluere a crimine ſed a proceſſu dumtaxat. ibi. nu. 21.
**Iura** licet tranſgredi in enormibus. in voto. xxx. nu. 2. ⁊ numero. 15. ⁊ hoc intelligitur in cauſis arduis in quibus incurritur ſtatus reipublice. fo. 24.
Iura quod tranſgredi liceat in enormibus intelligi debet quādo conſtat inquiſitum eſſe verum delinquentem ⁊ ſic in puniendo ſecus enim in procedendo vt quia in proceſſu nondum vere ſcitur an inquiſitus deliquerit. in voto. xxxiiij. fol. 28. ⁊ ibi ſubdit quod in crimine enormi debent ſeruari omnes ſolēnitates que in crimine leſe maieſtatis ⁊ in alijs criminibus enormibus requiruntur ⁊ ſeruantur.
**Ius** quando acquiritur contra quemlibet ſingulariter dicitur eo caſu ius queſitum per preſcriptionem ſi vero nō ſingulariter ſed communiter contra omnes tunc dicitur acquiſitum per conſuetudinem. in voto. xij. nu. 7. fo. 11.
Ius exigendi ſeruitia ſeu angarias a ſubditis non poteſt preſcriptione acquiri. ibi. nu. 8. niſi eſſet probatio tanti temporis in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit. in nu. 9.
**Iuriſditio** nunꝙ̄ intelligitur prorogata ex cōtumacia ſi iudex erat ipſo iure incompetens: ſecus ſi per exceptionem. in voto. xxvij. nu. 3. fo. 21.
Iuriſditio nunꝙ̄ videtur prorogata ex contumacia verumtamen ex contumacia incumbit onus probandi defectum iuriſditionis. in voto. xxvij. nu. 2. fol. eo.
Iuriſditio regulariter intelligitur conceſſa accumulatiue ⁊ nō priuatiue per principem ⁊ per conceſſionem alteri factam non videtur adēpta ab illo qui per prius illam habuerat ſed vt vtriqꝫ competat. in voto. xxviij. nu. 6. fo. 22.
Iuriſditiones fluunt a rege ⁊ refluunt ad regem. ibi. nu. 12.

## De litera L.

**Lex** dicens bannimus omnes latrones vel aſſaſſinos tunc ita demum penam ⁊ effectuꝫ bannitionis patiuntur aliqui ſi ſunt de tali facto inculpati per ſententiam vel confeſſionem in iure factam vel per euidentiam facti vel legitime conuicti. in voto. xj. nu. 4. fo. 10.
Lex aut ſtatutum vbi profert aliquid cum adiuncta qualitate nedū ſtatutū illud probari dꝫ ſed qualitas. in voto. xj. nu. 6. fo. eo.
**Legibus** punientibus conatū hodie derogatum eſt per ꝯtriam conſuetudinem. in voto. xix. nu. 4. fo. 15.
**Liberum** ſe pretendens pendēte lite ſuper cauſa ſtatus ſemper pro libero haberi dꝫ. in voto. xij. fo. 11.
**De libertate** vbi tractatur ſemper pro ea preſumendum. in voto. xij. nu. 16. fo. eo.

## De litera M.

**Magna** Curia Vicarie virtute conſtitutionis regni mandat omnibus Officialib⁹ in regno vt intra duos menſes cauſam expediat: alias cauſam aduocat ad eandem. in voto. xxviij. nu. 1. ⁊ hoc nedū mandat Officialibus demanij verūetiam baronum. fo. 22.
**Mandati** acceptatio facta per aliquē nō tamen in atrocioribus non ſequuto effectu nō eſt in aliqua pena. in voto. vj. nu. 15. fo. 6.
**De mandato** ad homicidiū ſi inquiritur contra aliquem q erat capitalis inimicus occiſi certe preſumendum eſt potius ex proprio odio occidiſſe illū ꝙ̄ ex cauſa mandati. in voto. vj. nu. 20. fo. 6.
Mandans homicidium committi mediāte pecunia ſi non fuit ſequutum homicidiū nō erit pena mortis ſed pena criminis ſtellionatus ſeu pecuniaria. in voto. viij. nu. 20. ⁊. 21. fo. 7.
Mandatarius aſſerens de mandato ⁊ commiſſione ſibi facta ſtaꝛ. in voto. xv. nu. 1. fo. 13.
Mandato principis ſeu pape eſt obtēperandū lꝫ duro nec ſibi replicari pōt cur ita faciat. in voto. xxxiij. nu. 1. ⁊. 4. fo. 27.
Mandans homicidiū ſeu aſſaſſiniū cōmitti per aliquē ſi demū ille fuit occiſus ab alijs ꝙ̄ ab illis quibus fuit mandatū ⁊ hoc ob inimicitiā ſeu propriū odiū habitū cū illis occiſoribus eo caſu nō eſt in aliqua cōſideratione nec homicidiū nec mandatū ꝯtra ipſum ⁊ tūc mandās nō teneret. ibi. in voto. xj. nu. 20. fo. 10.
Mandans nō videꝛ vere facere ſed interpretatiue. in voto. xv. n. 6.
Mandans verberari non tenetur pena legis vel ſtatuti punientis verberantem. in voto. xv. nu. 13. fo. 13.
**Mendax** poteſt de iure torqueri. in voto. xxx. nu. 3. ⁊ vide in contrarium. in nu. 6. ⁊ in voto. xxx. nu. 16. et ibi ꝙ non facit indicium ad torturam. fo. 24.
**Metus** violentie inferēde dicitur iuſtus metus. in voto. x. nume. 2. folio. 9.
Metuendum eſt ꝙ abſqꝫ periculo eſſe non poteſt. ibi. nu. 3.
Metus iuſta cauſa ſufficit. ibi. nume. 2. ⁊ ibi dicitur iuſtus metus vbi iuſta ſuſpitio.
Metus iuſtus ſufficit lꝫ eius effectus nō ſequaꝛ. in voto. x. n. 6. f. 9.
Metus iuſtus vel iniuſtus an ſit ⁊ an ſufficiat committitur arbitrio iudicis. ibi. nu. 8.
**Minor** delinquens nō puniꝛ pena ordinaria. in voto. xiiij. nume. 1. fol. 12.
Minori delinquenti tenetur iudex penam delicti minorare cum minor etas ſit cauſa intrinſeca legis minuentis penam. in voto xiiij. nu. 2. fo. 12.
Minorem ſe allegans incumbit onus probandi niſi aſpectus corporis aliud patenter induceret. ibi. nu. 3.
**Circa minorem** etatem aſpectus corporis multuꝫ operatur. ibi. nu. 4.
Minor etas vel maior ſi ex aſpectu corporis preſumiꝛ ꝙ̄ illa q̄ allegatur tunc iudex debet transferre onus probandi in eū contra quem eſt preſumptio vt quia ille qui negatur eſſe maior apparet ꝙ eſt barbatus ⁊ grandis aut durus ita ꝙ veriſimiliter apparet ꝙ eſt maior. ibi. nu. 5.
Minor ꝙ quis ſit vel maior quando ex aſpectu non poteſt colligi tūc oportet teſtibus probari. ibi. nu. 6. ⁊ eo caſu in dubio iudex poteſt ex aſpectu pronūciare cum ſit commiſſum eius arbitrio in caſu dubio. ibi. nu. 7.
**Moriens** prohibendo heredē querulari cōtra inquiſitū qui ipſum vulnerauit vel occidit facit vt appareat impoſita neceſſitas ipſis heredibus vt cōtrauenire nō poſſint diſpoſitioni decedentis. in voto. xxiiij. nu. 15. fo. 19.

## De litera N.

**Natus** obſcuro loco quis dicitur ⁊ an baſtardus diciꝛ obſcuro loco natus. in voto iiij. nu. 5. ⁊ melius nu. 22. fol. 5.
Natus in loco ſeu Ciuitate in qua eius parentes non degebant non ex hoc acquirit ciuilitatem in ea: ſed ſequitur originem parentum. in voto. iiij. numero. 11. folio eodem.
Natus in aliqua ciuitate ſortitur ibi ciuilitatem ⁊ acquirit eam. in voto. x. nu. 14. fol. 9.
**Negligentia** magna culpa eſt ⁊ magna culpa dolus eſt. in voto. xxix. nu. 4. fo. 23.
**Nobilis** verberans nobilem cum baculo non teneꝛ pena corporali. in voto. xv. nu. 5. ⁊. 8. fo. 13.
Nobilitas alleuiat penam delicti. in voto. xxiij. nu. 22. fo. 18.

Nocte

UVA. BHSC. IyR_279_2

**Nocte** que fiunt dicũtur occulte fieri ⁊ ſecrete.in voto.xxj.nume.5.fol.16.

**In nocturnis** ob difficultatem probationum ſepe iudex procedit ad torturam.ibidem numero.6.

**Notarius** faciens falſum inſtrumentum alias nullum non punitur pena falſi vt in eo qui ſcienter depoſuit falſum vltra capitula cuius depoſitio non tenet.in voto.xxv.numero.12.folio.20.vbi ſubditur quod inſtrumentum eſſe dicimus quod eſt validum ⁊ condemnatum eſſe dicimus rite condemnatum.ibidem.⁊ ſic talis notarius ⁊ talis teſtis non tenetur pena falſi:ſed alia extraordinaria.

¶De litera O.

**Occidens** aliquez vltra propoſitum ⁊ nõ ex deliberatione precedẽti vt qr verberauit cũ baculo ſeu aliter non tenetur de occiſo ſed mitiori pena.in voto.xxiiij.n.13.fo.18.

**Offendens** aliquem primo loco cenſetur etiam denuo velle offendere.in voto.xxiiij.numero.3.folio.19.

**Officialis** tenetur de culpa cuſtodis quem appoſuit ad cuſtodiam carceris ac etiam de negligentia ſi captiuus aufugit.in voto.xxix.nu.9.fo.23.

Officialis exhibendo cuſtodem carceris cui carceratus aufugit nõ euadit penam.ibi.nu.10.11.12.

**Omnino** hec dictio intelligitur ipſo iure ⁊ non per ſententiam. ibidem in voto vigeſimono. numero.8.folio.23.

Omnino hec dictio neceſſitat ⁊ rem preciſam facit. ibidem numero quarto.

Omnimodo hec dictio comprehendit omnem caſum.in voto.xxxj.nu.3.fol.25.⁊ excludit facultatem diſpenſandi in contrarium ⁊ retractandi.ibidem nu.7.

¶De litera P.

**Pena** delicti eſt temperanda delinquenti duz iuſto dolore commotus crimen commiſit.in voto.xxiij.nu.14.fo.18.

Pena capitalis poteſt ex cauſa minui per indicẽ.in voto.xxiij.nu.19.fol.eo.

Pena mortis quando veniret imponẽda pro homicidio ⁊ ex aliqua cauſa minoratur pena eo caſu nõ poteſt extendi vt ſit corporalis ſed pecuniaria vel alia dũmodo corpus non affligatur.in voto.xxiij.nu.20.fo.18.

Pena homicidij licet ſit pena mortis tamen eſt in facultate iudicis ipſum nõ condemnare ad mortem ſed deportare ſi vult.ibi.numero.21.

**In penis** corporalibus mitius punitur nobilis quam popularis ⁊ ſic nobilitas alleuiat penam delicti.in voto.xxiij.nu.22.fol.18.

Pena falſi olim erat publicationis bonorum cum deportatione hodie autem eſt ſublata ⁊ eſt ſolum deportatio.in voto.xxv.numero.13.folio.20.

Pena omnis in principe eſt arbitraria.in voto decimo.nume.41.folio.9.

Pena augetur ex reiteratione delicti.in voto decimoſeptimo.numero.7.folio.14.

Pena pecuniaria ſi venit imponenda pro crimine tamen ſi pluries quis crimen reiterauit ⁊ ita inquiritur tanquam aſſuetus ⁊ fuerit conuictus poteſt propter talem conſuetudinem capitaliter puniri.in voto.xvij.nu.14.⁊.15.fol.eo.

Pena duplici non poteſt quis puniri pro eodemmet crimine.in voto.ij.nu.11.fol.1.

Pena pecuniaria vbi dependet ex delicto ſi non habet in ere luat in corpore.in voto.iiij.nu.25.fo.5.

Pena mortis vbi veniret imponenda pro aliquo delicto: ſed ex aliqua cauſa minoratur illa minorata nõ debet eſſe corporalis ſed pecuniaria.in voto.v.nu.3.fol.5.

Pene capitales de conſuetudine Italie non puniuntur pro delictis imperfectis.in voto.viij.nu.14.fol.7.

**De pena** criminali imponenda vbi agitur ex ſolo conatu quis mitius punitur arbitrio iudicis: ſecus vbi lex in tali caſu ſpecificaret quantitatem pene.in voto.ix.numero.13.fol.8.

Pena poteſt per iudicem alterari vbi apparet de animo occidendi etiam ſi per indicia appareat.in voto.ix.nu.16.fol.eo.

Pena capituli pro humani de homicidio in ſexto habet locũ etiã in mandãte ⁊ tam in eo quam in mandatario.in voto.ix.numero.28.fol.eod.

Pena corporalis quantumcunqꝫ minima eſt maior qualibet pecuniaria.in voto.xvij.numero.17.folio.14.⁊ in voto.xxiij.numero.22.fol.18.

Pena mortis ſicut habet locum pro pluribus furtis minimis ita autor infert eſſe debere etiam pro pluribus ſtupris argumento a maiori.nu.18.

Pena legis iulie de vi publica eſt deportationis ⁊ loco deportationis ſuccedit hodie bannimentum.in voto.xix.nu.11.fo.16.

Pena amputationis manus pro vulnere non habet locum in nõ conſueto delinquere vbi vulnus nõ deformaret perſonam vulnerati.in voto.xx.nu.10.fol.16.

Pena debita non debet pretio dimitti ſicut nec vitio cupiditatis inferri.in voto vlti.nu.4.fol.29.⁊ ibi etiam illud ſummi dei videlicet nõ recipies pretium ab eo qui reus eſt ſanguinis.numeri.25.⁊ ibi.nume.5.

Pena delicti non poteſt remitti per principem niſi prius parte offenſa concordata ⁊ ſi fieret non teneret ⁊ pars offenſa poſſet agere.ibi.nume.8.

Pena capitalis tunc pro homicidio imponitur quãdo illud fuit dolo commiſſum:ſecus ſi culpa.in voto.xxj.nu.11.fol.17.⁊ tunc dabitur minor pena.ibi.nu.12.vt relegatio ⁊ non maior quinquennio.ibidem numero.13.⁊.14.⁊ etiam ſi occidens fuerit in lata culpa.ibi.nume.15.

**Percutiens** cum fuſte vel lapide regulariter non venit pena corporis afflictiua.in voto.xv.nume.9.fol.13.⁊ ibi quomodo puniatur percutiens cum baculo.⁊ in nu.11.fit diſtinctio an congregatis hominibus ſeu excogitato inſultu id factum ſit.

Percutiens cum baculo non videtur habuiſſe animum occidendi niſi percuſſiſſet in capite.in voto.xxiij.nu.2.fo.18.

Percuſſio in capite eſt magna ⁊ magis periculoſa ꝙ in reliqua parte corporis.ibi.nu.3.

Percutiens cum baculo regulariter non videtur habuiſſe animũ occidendi.in voto.xxiij.nu.5.fol.18.

**In percutiente** animus occidendi preſumitur vel non ex genere armorum.ibidem numero.6.⁊.7.

Percutiens cum baculo duz potuiſſet ferro percutere ſi occidit nõ punietur vt doloſus homicida.ibi.nu.10.

**Periurium** non poteſt committi abſqꝫ dolo.in voto x.nu.24.fol.9.

Periurus quis non eſt ceſſante dolo.ibi.nu.25.

**Preſumptio** vna tollitur per aliam ⁊ vnum indiciuz tollitur per aliud ⁊ vna coniectura per aliam tollitur.in voto.iij.nu.12.13.⁊.14.fol.3.

Preſumptiones ⁊ coniecture ſufficiunt loco plene probationis in criminibus occultis veluti in veneno ⁊ ſi⁊ib⁹.in voto.ij.n.2.f.2.

**Preeminentia** magne Curie Vicarie limitat̃ per autorem non habere locũ in pluribus caſibus in quibus non poteſt procedi ad torturam cum tota preeminentia predicta equiparando proceſſum ordinarium cum proceſſu informatiuo:⁊ ſic ſtante proceſſu ordinario in predictis caſibus nõ proceditur ad torturam multomagis in proceſſu informatiuo.

**Prima** limitatio ad preeminentiam predictam circa torturam inferendam inquiſitis erit vt non poſſit procedi ad torturam ſtantibus indicijs id eſt qñ vnus teſtis de viſu ꝯtra inquiſitũ eſſet examinatus ⁊ aliqua coniectura reſiſteret in fauorẽ inquiſiti:vel vbi ipſe torquẽdus haberet ex eodẽ ꝓceſſu aliqua indicia pro ſe ⁊ indicia q̃ eſſent ꝯtra nõ eſſent magis vrgentia.in voto.xxx.nu.20.21.22.fol.24.

**Secunda** limitatio erit ꝙ ſi inquiſitus contra quem extant ſufficientia indicia ad torturam allegaret talia que ſi probaret inquiſitus nõ torqueretur debet ſuperſederi in tortura.ibi.in.iij.voto.nu.23.⁊.24.fo.2.

**Tertia** limitatio erit vt preeminentia predicta locũ habeat in notorijs criminibus ⁊ contra valde diffamatos concurrente leuitate vite torquendi.ibi.nu.24.

**Quarta** limitatio erit ꝙ non habeat locum contra homines bone fame.in voto.iij.nu.27.fo.2.

**Quinta** limitatio erit vt non procedat qñ per inquiſituz allegat̃ teſtes examinatos contra ipſum eſſe ſuos inimicos capitales offerendo illud in promptu verificare quia tunc audiendus eſt ſuperſeſſa tortura.ibi.nu.29.

**Sexta** limitatio vt dicta preeminentia locum non habeat vbi non procedit infamia ꝫ torquendũ al's teſtes deponentes ſuper dicta inquiſitione nõ probarent ſed corruit inquiſitio.ibidem nume.31.⁊.32.

UVA. BHSC. IyR_279_2

**Septima** limitatio erit vt non habeat locũ preeminẽtia predicta niſi precedit infamia ⁊ in eodẽ genere mali ſec⁹ erit ſi in diuerſo genere q: tũc nõ lz torqre. ibi. n. 34.

**Octaua** limitatio erit vt non habeat locum niſi precedat infamia. in tertio voto. numero. 35. ⁊ ibi que requirantur ad hoc vt poſſit quis dici infamis ob delictum. ibi. numero. 36.

**Nona** limitatio vt non procedat preeminentia predicta quando teſtes in proceſſu nõ fuerũt examinati per magnam Curiam Uicarie ſed per aliam Curiam quia tunc ceſſat tortura ex proceſſu informatiuo. in tertio voto. numero. 42. folio tertio.

**Decima** limitatio erit ⁊ vltima vt non habeat locum preeminentia predicta ſi ſemel fuiſſet data tortura virtute preeminentie predicte. nam non poterit eo caſu reiterari. ibidem numero. 43.

**Preſumptio** vna tollit aliam. in voto. xxv. num̃. 4. ⁊ 12. fol. 20.

**Priuilegium** contra ius debet intelligi vt minus ledat ius commune ꝙ poſſit. in. iij. voto numero. 44. folio. 3.

Priuilegium dignitatis nõ finitur finita dignitate. in voto. xxxij. nu. 23. fol. 26.

Priuilegium eccleſie Camalduenſi conceſſum in quo Papa concedit monaſterium ſancti Sepulchri cum toto Burgo intelligitur id eſt cum tota parte Burgi que ratione rerum vel perſonarum eſt ordinis Camalduenſis. in voto. xxvj. nu. vij. fo. 23.

**Princeps** ſi ſemel delinquenti indulſit facinoroſo autẽ habenti in conſuetudine minime parcere debet. in voto. xvij. numero. 10. folio. 14.

Princeps ſi reiteranti homicidium indulſit non facta mentione alterius prioris homicidij per prius commiſſi non valebit indultus. ibidem numero. 11.

Princeps ſi ſe de cauſa intromittat eandem ad ſe ſeu eius delegatum trahendo nemo amplius poteſt ſe in ea intromittere ipſo inconſulto. in voto. xxviij. nu. 8. fo. 22.

Princeps poteſt ad ſui libitum iuriſditionalia reuocare ⁊ tollere quando vult. ibi. nu. 9.

Princeps concedens alicui iuriſditionem ad vitam non ex hoc videtur a ſe abdicaſſe poteſtatem ad libitum reuocandi ⁊ alteri concedendi. ibi. nu. 10.

Princeps concedens alicui baroni ſeu domino iuriſditionem in vaſallos non videtur eximere a ſe iuriſditionem quin poſſit et ipſe princeps quoq; cognoſcere ſi vult. ibi.

Princeps concedendo iuriſditionem ſeu delegando cauſam alteri committendo ſpecialiter non videtur eandem abdicaſſe ab alio ordinario ſuperiore ⁊ multo fortius a ſemetipſo cognitionem ſed ipſam accumulaſſe. ibi. nu. 4.

Principi ſeu domino ſemper maior poteſtas ⁊ iuriſditio quã in alium transferat. ibi. nu. 5.

Princeps poteſt ſupprimere iuriſditionem nedum ſingularium perſonarum ſed etiam ciuitatum. in voto. xxviij. nu. 11. fo. 22.

Princeps in premium bonorum ſeruitiorum conceſſit priuilegiũ iuriſditionis alicui non tamen reuocare poterit ſine cauſa. ibidem numero. 13.

Princeps ſi conceſſit aliqua in preiudicium ſue dignitatis ſeu autoritatis ſupreme poteſt ipſa reuocare nec ea obſeruare tenetur. ibidem numero. 14. imo etiam ſi non eſſent in enorme preiudicium. ibidem numero. 25.

Princeps non poteſt tollere defenſionem inquiſito in cauſa criminali cum ſit de iure diuino niſi illam que competit de iure ciuili: ſecus in ea que competit de iure naturali. in voto. xxx. numero. 12. ⁊. 13. folio. 24.

Princeps non poteſt mandare de poteſtate ordinaria quod quis torqueatur abſq; indicijs. ibi. nu. 13.

Princeps ſi tempore creationis ſue promittat aliquid ſibi preiudiciale vel in preiudicium ſue dignitatis non tenetur ſeruare. in voto. xxviij. nu. 27. fo. 22.

Principis donatio facta alicui tempore guerre vel principio ſue acquiſitionis regni non valet. ibi. nu. 18.

Princeps ſucceſſor poteſt indiſtincte priuilegium gratie regis ſui predeceſſoris facte alicui reuocare. ibi. nu. 19.

Princeps ſi confirmat priuilegium: tale priuilegium erit gratia ⁊ ſi denegetur confirmatio erit iniuria. ibi. nu. 20.

Princeps poteſt reuocare iuriſditionem ordinariam quam conceſſit ad libitum. ibi. nu. 21.

Princeps ſemper põt cauſaz inferioris ad ſe aduocare. ibi. nu. 22.

Principis atteſtationi ſtandum eſt. ibi. nu. 23.

Princeps ſucceſſor reuocare poteſt iuriſditiones amplas conceſſas per predeceſſores in preiudicium ſui iuriſditionis regni: vt ſunt iuriſditiones ſecũdarũ cauſarũ conceſſe Baronibus quia rex nõ hz ibi iuriſditionẽ in habitu. in voto. xxviij. nu. 26. fo. 22.

Princeps ꝙ facit preſumit̃ legitime facere. in voto. xxxij. n. 3. fo. 26.

Princeps ita vult: hoc dicere ſufficit. ibi. nu. 5.

Princeps non poteſt mandare vt non ſubſiſtentibus indicijs homo bone fame torqueatur. ibi. nu. 6.

Princeps lz poſſit excedere modũ qd iudex facere nõ põt: tñ nõ intelligit̃ id facere poſſe in his q̃ ſunt de iure diuino ſeu naturali: ex quo ipſe princeps ligat̃ iure gentiũ vel naturali. ibi. nu. 8. ⁊. 9. vbi ſubdit Matthe. de Affli. ita reſpondiſſe regi Federico volenti vt cuidam nobili daretur tortura.

Princeps non põt remittere penã delicti niſi prius parte offenſa concordata ⁊ ſi fieret non teneret ⁊ pars offenſa poſſet agere. in voto vlti. nu. 8. fo. 29. intantũ ꝙ minime remittere poſſet etiã ꝙ parti offenſe pecuniariter intereſſet ⁊ ſi id faceret abſq; vrgenti cauſa peccaret mortaliter. ibi. nu. 10.

**Poſſeſſio** iniuſta ſeu violenta nullum ius tribuit poſſeſſori. in voto. xij. nu. 19. fo. 11.

**Probationes** delicti contra inquiſitũ purgant̃ per tormenta. in voto. ij. numero. 7. ⁊. 9. folio. 2.

Probationes liquide vbi haberi non poſſunt ſufficit ꝙ iudex ex vehementi opinione ſe informet: ⁊ eo caſu coniecture habentur loco plene probationis. in voto. iij. nu. 4. ⁊. 5. fo. 3.

Probatio debet eſſe veriſimilis alias ei non eſt ſtandum. in voto xiiij. nu. 9. fo. 12.

**Publica** vtilitas vbi verſatur nõ attendit̃ intereſſe priuati. in voto. xvij. nu. 20. fo. 14.

## De litera Q.

**Qualitas** que fundat ⁊ priuat iuriſditionem debet de ea ante omnia cõſtare. in voto. xj. nu. 7. fo. 10.

Qualitas perſone attenditur ad cognoſcendum an dolo vel culpa homicidium ſit commiſſum in voto. xxj. nu. 16. ⁊. 17. fol. 17.

Qualitas perſone attendit̃ in rixis vt comprehendat̃ quis inceperit primo rixari: ſi nõ apparet qs primo. in voto. xxij. n. 13. fo. 17.

**Qui** poteſt facere quod eſt plus poterit etiaz quod eſt minus facere. in voto. xvij. nu. 19. fo. 14. nº 19

Quis dr̃ eſſe in numero illorũ de quorũ numero in veritate non eſt propter facti ſimilitudinem. in voto. xviij. nu. 1. fo. 15.

## De litera R.

**Receptans** delinquentem illico poſt delictum commiſſum videtur non minus delinquere quam ille qui crimen commiſit. in voto. xv. nu. 1. fol. 13.

**Reiterator** delictorum ſeu delicti facit vt illud quod alias nõ erat capitaliter puniendum ſed ſolum pena pecuniaria ob reiterationem capitaliter puniatur. in voto nono. numero. 27. folio. 8.

**Rebellis** poteſt impune occidi ⁊ hoſtis. in voto. x. numero. 36. folio. 9.

**Reus** interrogatus de ſe ⁊ de alio ſtatur prime depoſitioni licet contrarium depoſuerit ſecundo loco in tormentis. in voto. xxxiiij. nu. 11. fo. 28.

Reus non debet per iudicem ſpecialiter interrogari nominando ſibi aliquem alias diceret̃ ſuggerere ⁊ non probaret ꝙ deponeret. ibidem numero. 12.

**Res** eccleſie poſſeſſa per alium per decem vel viginti annos ſciente ⁊ patiente eccleſia ⁊ non contradicente preſumũtur omnes ſolennitates interueniſſe ⁊ ſatis erit ipſas allegare: tamen ſi ex inſpectione inſtrumenti conceſſionis apparet quod ſolennia non interuenerint ceſſat dicta preſumptio. ibidem numero. 14.

**Rex** huius regni eſt ſolus dominus perſonarum in regno. in voto. xij. nume. 18. fo. 11.

**Inter rixantes** ſi non apparet quis primo inceperit preſumptio erit contra magis rixoſum ſeu conſuetum rixari. in voto. xxij. numero. 10. fol. 17. et econtra preſumitur pro eo qui eſt pacificus ⁊ quietus. ibidem numero. 11. ⁊ ibi quod conſuetudo ⁊ qualitas hominis attenditur in premiſſis. ⁊ in voto. xxiiij. nu. 4.

**Robuſtior** qui eſt preſumitur aggreſſor dum nõ apparet quis primo inſultauerit. ibi. num̃. 14. ⁊ in voto. xxiiij. nu. 4. folio. 19.

De litera

UVA. BHSC. IyR_279_2

### De litera S.

**Sententia** debet multum temperari et minorari vbi qs condemnat̃ ex indicijs.in voto.xv.num.14.fo.13.vbi etiam multa probationum genera: ⁊ que dicatur probatio proſpectiua ⁊ que intuitiua ⁊ que pleniſſima.

**Sepe** duas aut tres vices requirit.in voto.xvij.numero.23.folio.14.

**Sepiſſime** dicitur: id ter agi ſatis eſt.in voto.xvij.numero.23.

**In ſcemate** concubine dicitur animi deſtinatio ⁊ proteſtatio q̄ faciat mulierem concubinã. in voto.iiij.nu.1.⁊.8.vbi etiã ſubdit i ſcemate id eſt in habitu.fo.5.

**Seuitia** ⁊ angarie ſemper preſumuntur extorta per metũ potius ꝙ̃ ex debito per dominos preſertim a ruſticis.in voto.xij.nu.17.fol.11.

**Statutum** penale non comprehendit mandantem. in voto.ix.nu.30.fol.8.

Statutum puniens aliquid facientem non extenditur ad mandãtem fieri.ibidem numero.6.

**Stuprum** committit habens rem cum concubina alterius que nomen honeſte mulieris non perdiderat.in voto.iiij.nu.4.fo.4.

Stuprum committit cognoſcens carnaliter virginem vel viduam abſq; violentia ⁊ ſine armis ⁊ non habet locum pena raptus ſed ſi eſt nobilis amittit dimidiam partem bonorum ſi autem vilis debet corporaliter puniri ſed non mori: ſed ſi abſq; vi cognouerit eo modo punietur tamen talis pena non excedet relegationem ſi mulier honeſta volens cognita fuerit quia habebit locum talis pena ſiue volens ſiue nolens quia preſumitur ſubducta bonis verbis.ibidem nu.23.

Stuprata ſi fuerit virgo vel vidua ⁊ ſic a principio fuit delictum: ex cohabitatione continuata non purgatur ſed augetur delictũ ibidem in nu.18.

Stupri pena eſt dimidie partis bonorum cum relegatione. ibidẽ nu.24.in honeſta perſona: in vili autem eſt pena coertionis corporis cum relegatione.in voto.17.nu.1.fo.14.

Stuprans virginem vel viduam honeſte viuentem non debet pena capitali puniri.in voto.xvij.nu.3.fo.14.

Stupra plura committens eſt pena mortis naturalis: ⁊ iſta eſt noua opinio autoris comprobata per ſuos collegas iudices dicte magne curie vicarie: ⁊ ita deciſa ⁊ obſeruata.ibi.nu.5.

**Socio** criminis in caſibus in quibus creditor debet intelligi in ſocio criminis alias non infame ex alio delicto in voto.xxxiiij.nu.9.

**Subditus** cui aliquid ſibi precipit a ſuperiore debet parere.in voto.xviij.nu.3.fo.15.

### De litera T.

**Talis** quis non dicitur niſi fuerit pronunciatus pro tali.in voto tertio.numero.37.folio tertio.

**Teſtes** parte non citata non probant nec ex eis reſultat indicium etiam ſi eſſent mille teſtes ita examinati.in voto. xxx. numero.7.⁊.8.folio.23.⁊.24.

Teſtis dictum ſimpliciter deponentis facit vt eius dictum intelligatur ſecundum articulum.in voto decimoſexto. numero. 2. folio.13.

Teſtes dicentes titium poſſediſſe talem fundum ⁊ non deponerẽt de toto fundo non probarent concludenter: ex quo in materia probatoria indefinita non equipollet vniuerſali.in voto. xxvj. nume.iiij.folio.21.

Teſtes deponentes quod illi de tali caſata quid fecerunt non intelligitur de omnibus de illa caſata cum talia verba vẓ illi de illa caſata poſſunt verificari in duobus de ipſa.ibi.nu.5.

Teſtes ſe referentes ad articulum in quo continetur ꝙ omnes de illa caſata quid fecerunt tunc indefinita equipolleret vniuerſali ⁊ intelligeretur de omnibus.in voto.xxvj.nu.6.fo.21.

Teſtis non dicitur falſum deponere quando eius dictũ poteſt aliqua interpretatione verificari.ibi.nu.9.

Teſtis dictum ad hoc vt ſaluetur ſufficit aliquid eſſe verũ vel non verum implicite.ibi.nu.10.

Teſtes ſi ſunt contrarij inter vnam partem ⁊ aliam non ex hoc dicuntur falſi: ſed dicitur eſſe conflictus teſtium ⁊ hoc niſi aliter falſitas probaretur verum datur materia iudici inquirendi in alterutrum.in voto.xxvj.nu.14.15.17.fo.21.

Teſtes inſtrumentarij ſi de directo contradicant contẽtis in inſtrumẽto nemo poteſt poſtea de falſo puniri nec notarius propter teſtes nec teſtes propter inſtrumentum.ibi.nu.16.

Teſtes parte non citata non probant etiam in crimine aſſaſſinij licet aliqui tenuerint contrarium.vide in voto.xj.nu.16.fo.11.

Teſtis inimicus capitalis etiam in crimine leſe maieſtatis nõ admittitur.in voto.xj.nu.17.fo.10.

Teſtibus non veriſimilia deponẽtibus iudex non debet fidẽ dare. in voto.xiiij.numero.8.folio.12.vbi multa de non deponentibus veriſimilia.

Teſtimonium non veriſimile eſt ſuſpectum.ibi.nu.10.

Teſtiũ ſubornatio vbi timetur licet iura tranſgredi.in voto. xiiij. nu.12.folio.12.

Teſtes deponentes cognouiſſe hominem de nocte ad vocem non probãt nõ dicendo quod lucebat luna vel quod erat lumen accenſum.in voto.xxj.nu.2.fol.16.

Teſtis deponens non veriſimile non obtinet ipſum producens quia non probat.in voto.xxij.numero.2.vbi multa de non veriſimili.fol.17.

Teſtis luſor repellitur a teſtimonio. ibidem numero tertio: ⁊ quarto.

Teſtis crimino ſus ſimiliter.ibidem.

Teſtis blaſfemator repellitur a teſtimonio.ibidẽ in voto.xxij.numero.5.⁊ melius in.6.fo.eo.

Teſtis repellitur ex mala vita ⁊ fama.ibidem nu.7.

Teſtis pauper ſi non probatur bone vite repellitur a teſtimonio. ibidẽ numero.8.

Teſtis valde amicus repellitur eodem modo.ibidem nu.9.

Teſtes infames licet non ſufficiant ad condemnandum ſufficiunt ad torquendum.in voto.xxv.nu.1.fo.20.

Teſtis varius ⁊ contrarius ſibiipſi nihil p̃bat.in voto.xxx.fo.23.

Teſtes dum iudex habet ſuſpectos de falſo debet ipſos interrogare ſuper circũſtantijs vt videat ſi conforment ad effectum vt eis credatur vel non.in ſecundo voto.numero decimoquarto.folio ſecundo.

Teſtium maiori numero etiam ami.productorum ſtandum eſt lẓ minor numerus contradicat.in voto.ij.nu.17.fo.eo.

Teſtis ſeruus deponens contra dominum in criminalibus an et quando probet.in voto.iiij.nu.17.fo.3.

Teſtis vnus bonus facit indicium ad torturam niſi alia coniectura reſiſteret in contrarium.nu.21.

Teſtis ſibi inimicos capitales allegans contra quẽ producti ſunt offerendo id in promptu verificare audiendus eſt ⁊ ſuperſedẽdum erit interim in tortura. in voto tertio. numero. 29. folio tertio.

Teſtes inimici non admittuntur etiam in crimine leſe maieſtatis nec hereſis.ibidem nu.30.⁊ in.iij.voto nu.31.fo.eo.

Teſtes deponentes ſuper inquiſitione non probant niſi precedat infamia contra inquiſitum alias corruit inquiſitio.in voto.iij. nu.31.et.32.ibidem.

Teſtes in criminalibus debent examinari per iudicem nec notarius id facere poteſt abſq; commiſſione.ibidem nu.42.

Teſtis deponens falſum in iudicio contra fiſcum non punitur pena ordinaria.in voto.v.nu.1.⁊.2.fo.5.

Teſtes torti abſq; indicijs nihil probant in eo quod depoſuerunt nec faciũt indiciũ ꝯ illũ ꝯ quẽ depoſuerũt.in voto.vj.n.10.f.6.

Teſtis domeſtici ſeu ſeruitoris depoſitio nullum facit indiciũ cõtra dominum.in voto.vj.nu.19.fo.eo.

Teſtis ſocius criminis probat cõtra ſocium in criminibus occultis.in voto.iij.nu.6.

Teſtes duo comites requirũtur in cauſa capitali vel maiori parte bonorum contra comitem: aut quatuor barones aut octo milites aut ſexdecim burgenſes.ibidem numero.21.⁊ idem dicitur ibi procedere in filio comitis ⁊ hoc maxime dum ꝓceditur per inquiſitionem.ibidem.

Teſtis male vite ⁊ fame repellitur a teſtificando.in voto.xxxiiij. nu.8.fo.28.

Teſtibus deponentibus de mãdato ⁊ commiſſione ſibi factis credendum eſt.in voto.xj.nu.1.fo.10.

Teſtibus deponentibus ſe corruptos an ſit credendum.ibidẽ in voto.xj.nu.2.

Teſtibus deponentibus ſe tentatos de corruptela credẽdum eſt. ibidem nu.3.

Teſtis corruptus probat contra corrumpentem ⁊ hoc verũ quando examinaretur ſuper corruptione predicta videlicet qꝺ fuerit corruptus ne teſtificaretur id qꝺ ſciebat nõ autem ſuper eo quod ſciebat ⁊ ſic ſuper facto principali.ibidem nu.9.

Teſtes corrupti poſſunt produci cõtra corrũpentẽ etiã ad plenã probationem, volente illo cui actus crimino ſus nocebat etiam ad plenam probationem.in voto.xj.nu.10.fo.10.

UVA. BHSC. IyR_279_2

Teſtes variȷ diuerſi ⁊ mendaces nihil probant. in voto. xxxj. numero. 19. folio. 25.

Teſtis dum ſuſpicatur quod ſciat veritatem per iudicem poterit torqueri abſq; aliquibus indicijs vt veritatẽ dicat ſi non vult ipſam reuelare. in voto trigeſimoprimo. numero vigeſimo. folio. 25.

**Timere** ſufficit probabiliter etiam ſi non iuſte. in voto. x. nume. 7. folio. 9.

Timens futurum malum debet proteſtari coram honeſtis perſonis vt habeat iuſtam excuſationem. ibi. nu. 9.

**Torqueri** an poteſt inquiſitus ſtantibus teſtibus de viſu contra ipſum. in. j. voto. nũ. 1. folio. 1. ⁊ ibi habes quod licet non poteſt de iure torqueri tamen Doctores volunt in practica ſeruari contrarium.

Torquendo iudex inquiſitum vbi conſtat de delicto contra ipſum tenetur in ſyndicatu. ibi. nu. 2.

Torquetur inquiſitus ex communi obſeruantia ad euitandum calumnioſas appellationes licet per teſtes de viſu cõuincatur. ibidem numero. 3.

Torqueri an poteſt Doctor ſeu miles. ibidem numero quarto ⁊ ſeptimo. ⁊ ibi quod ſi Doctor ipſe ſit actu legens ⁊ dicitur contigiſſe alias de facto in perſonam quondam domini Simeonis de campo baſcio. ibidem nu. 8.

Torqueri an poteſt ille qui alias fuit conſiliarius ciuitatis ſeu poteſtas licet hodie non ſit ⁊ hoc in memoriam preterite dignitatis. ibidem numero. 13. ⁊. 14. vbi etiam dicitur quod Marti. de fano euaſit condemnatum ad mortem ex quo confeſſus fuerat per torturam ⁊ de iure torqueri non poterat ex cauſa premiſſa.

Tortura in caſu illicito facit vt poſſit de iure iudici reſiſti. ibidem numero. 16.

Torqueri non poteſt per ſyndicatores ille qui fuit Officialis alicuius ciuitatis. ibidem ⁊ in voto primo. numero decimoſexto. folio primo.

Torqueri non poteſt qui fuit prior ciuitatis ſue licet ſit functus officio predicto. ibidem. in primo voto. numero. 17. folio primo. ⁊ in voto trigeſimoſecundo. numero decimonono. folio vigeſimoſexto.

Torqueri non debent honeſti viri nec vilibus penis affici. ibidem numero. 26.

Ad torturam deuenitur in ſubſidium deficientibus probationibus. in. ij. voto. nume. 7. fo. 2.

Tortura purgat probationes delicti. in voto. 2. numero. 7. ⁊. 9. folio eodem.

Tortura auget fidem torti. in voto. iij. nu. 7. fo. 3.

Torquendus ſi ex proceſſu emet reſultarẽt aliqua indicia que eſſent contra ipſum deberent eſſe magis vrgentia. in voto. iij. nu. 22. ⁊ ibi reperies primam limitationem ad preeminentiam magne curie ⁊ vide in precedentibus numeris. ibidem numero. 20. 21. et. 22.

Torquetur homo male conditionis ⁊ fame etiam de iure communi non data ſibi copia indiciorum. in voto. iij. numero. 26. ⁊ ex his oritur tertia limitatio ad preeminentiam magne Curie vt non habeat locum contra hominem bone conditionis ⁊ fame. nu. 27. folio. 3.

Tortus ſi contradicit his que cum iuramento dixerat tanquam periurus non creditur ei. ibidem. numero. 16. in voto ſexto. folio ſexto.

Torqueri quis non poteſt vltra tertiã vicem. in voto. vj. nume. 17. ⁊. 18. plene. fo. 6.

Tortus ſuper furto de quo inquiſitus eſt ⁊ confeſſus non poterit de iuris ſubtilitate de alijs furtis interrogari de quibus nulla exiſtunt indicia. in voto. xiij. numero. j. folio. 12. vbi ſubdit hoc eſſe verũ de iure licet de generali conſuetudine Italie ſeruemus contrarium. ibidem nu. 2.

Tortus ſuper furto ſi eſt male fame ⁊ eſt confeſſus poterit de alijs delictis interrogari etiam de quibus non extarent indicia. in voto. xiij. nu. 4. fo. 12.

Tortura ceſſat vbi contra indicia vrget aliquid in contrarium. in voto. xxx. nu. 30. fo. 24.

Ad torturam non proceditur extantibus indicijs vbi allegatur talis defenſio: qua probata non haberet locum tortura: ⁊ ideo eo caſu debet differri. in voto trigeſimo. numero trigeſimoprimo. folio. 24.

Tortura regulariter non datur nobilibus. in voto. xv. nu. 4. fo. 13. ⁊ in voto. xxj. nu. 9. fo. 17.

Tortura non habet locum in regno vbi in crimine illo non veniret imponenda pena vltra relegationem. in voto. xv. nume. 12. folio. 13.

Tortura committitur iudicis arbitrio. ibidem. nu. 15.

Torquendus ſi fuerit conſtitutus in dignitate vel alius qui torqueri non poterat poteſt de iure reſiſti iudici ita torquenti. in voto triceſimoſecundo. numero vigeſimoquarto. folio vigeſimoſexto.

**Tractatus** ſolus in atrociſſimis non puniretur quando non eſſet proceſſum ad aliquem actum ordinatum ad ipſum factum. in voto octauo. numero. 17. folio ſeptimo.

Tractatus ſeu ordinatio ſola etiam in atrocioribus non punitur niſi fuerit inſuper proceſſum ad aliquem actum facti de per ſe ordinatum ad ipſum factum. in voto decimonono. numero. 3. folio. 15.

**Trepidatio** inconſtantia ⁊ titubatio faciunt indicium contra inquiſitum. ibi.

**Tumultum** popularem facientes puniuntur pena capitali. in voto. xix. nu. 1. niſi tumultus ipſe accidentaliter eueniat ob aliquod factum vt ex ciuili diſſenſione ⁊ ſimilibus. ibi. nu. 2.

## De litera V.

**Vaſallus** habens duos dominos tenetur primo dño perſonaliter ſeruire. in voto. x. nu. 19. nec poſſet replicare ſecũdo domino ⁊ dicere tu vadis contra alium dominuz meum cui etiam ſum obligatus. in voto. x. numero. 20. fo. 9.

Vaſallus pretenſus baronis confeſſus etiam cum iuramento teneri ad ſeruitia perſonalia eidem ⁊ quod ipſa ſeruitia ſibi preſtitit ⁊ etiam quod de hoc ſe obliget abſq; aſſenſu regio non tenet talis confeſſio nec obligatio. ibi. nu. 21.

Vaſalli qui tenentur ſoluere iura fiſcalia regni non tenẽtur ad ſeruitia perſonalia eorum baronibus ſeu ſubditis extra diſtrictũ. in eo. voto. nume. 25.

**Veneni** crimen deteſtabile ⁊ execrandum eſt ⁊ longe grauius homicidio ⁊ vendens ⁊ emens venenum puniuntur licet mors non ſequatur. nu. 1. in voto. 3. fo. 3.

Veneni delictum eſt occultum ⁊ ideo in eo debet iudex eſſe promptior ad torturam. in voto. xxx. nu. 1. fo. 23.

**Veritatem** prehonorare ſanctum eſt. in voto. xxxij. numero. x. magnus Ceſar ſed maior eſt veritas. folio. 26.

**Verberans** nobilem cum baculo ſi verberans eſt nobilis non tenetur pena corporali. in voto xv. in nu. 5. ⁊. 8. folio. 13.

**Verba** enunciatiua licet inter contrahentes plene probent intelligitur quando agitur incidenter de eo quod enunciatur ſecus ſi principaliter quod illa non ſufficiunt: in voto. xvj. nu. 2. vbi vide exempla. fo. 13.

Verba enunciatiua in inſtrumento per que narratur ſocietas contracta inter nos deinde principaliter monetur queſtio de ſocietate per illa verba non probatur contractus ſocietatis. ibidem numero. 4.

Verba enunciatiua inducunt diſpoſitionẽ quando ſuper eis fuiſſet interpoſitum iuramentum. ibi. nu. 5.

**Violentia** aliud eſt: ⁊ aliud eſt actus violentie. in voto xix. nume. 8.

Pro violentia expulſiua non reperitur prodita accuſatio criminalis: ſed iniuriarum vel ſimilis. in voto. xix. nu. 8. fo. 15.

**Voluntas** datur ex verbis intelligi. in voto. xxij. nu. 16. vbi multa cumulanter ad hoc. fo. 17.

**Vulnus** tunc dicitur mortale quando ſecundum regulas medicine percuſſus nõ poteſt euadere mortem vel cum difficultate. in voto. xxj. nu. 7. fo. 16.

Vulnus an ſit mortale vel non: non poſſunt deponere niſi medici. in voto. xxiiij. nu. 8. fo. 19.

Vulnus poteſt indicari mortale ⁊ non mortale ex iudicio medicorum. in voto. xxiiij. nu. 12. fo. 19.

Vulneratus quod deceſſerit ex vulnere probatur ab effectu videlicet quod mortuus eſt ⁊ ſic exitus acta probat. in voto. xxiiij. numero. 10. folio. 15.

Vulneratus ſi duxit medicum ignarum ⁊ bibit vinum purum et alia fecit contra regulas medicine dum vulnus eſſet in capite facit vt vulnerans non teneatur de morte ſequuta. ibi. nu. 11.

Vulneratus ſi fecit inordinatam vitam ſi ſequitur mors ſibi imputatur. ibid. nu. 13.

**Vxores** duas ſuperuiuentes ducens eodem tempore non debet decapitari ſed puniri pena ſtupri. in voto xvij. numero. 3. folio. 14.

FINIS.

UVA. BHSC. IyR_279_2

# ¶ Thomaſij Gramatici Nea-politani. J. V. Doct. vota relata in Regio Collateranenſi conſilio coram Illuſtriſſimis proregibus: principiū ſuū ſortiunt.

## Summarium.

1 ☞ Torqueri an poſſit inquiſitus ſtantibus teſtibus de viſu delicti commiſſi contra ipſum.
2 Judex an torquendo inquiſitum vbi conſtat de delicto per teſtes de viſu tenetur in ſyndicatu.
3 Torquetur inquiſitus ex communi obſeruantia ad euitandū calumnioſas appellationes licet per teſtes de viſu conuincat.
4 Torqueri an poſſit Doctor ⁊ pariter Miles: ⁊ ibi quid ſi ſit actu legens: ⁊ dicitur contigiſſe de facto.
5 Doctor actu legens dicitur eſſe in dignitate.
6 Doctor dicitur perſona illuſtris ⁊ gaudet omnibus priuilegijs conceſſis militibus.
9 Doctores dicuntur quaſi radij ſolis ⁊ per Doctores quaſi lumi noſas candelas vniuerſu3 corpus orbis terrarum tenebris profugatis velut ſidus irradiat matutinum.
10 Doctores veluti ſplendor fulgent firmamenti ⁊ ipſorum ſcientia mundus illuminatur ⁊ niſi fuiſſent Doctores eſſemus in tenebris. ⁊ nu. 11.
12 Conſuetudo inducens qd Doctores ſeu perſone priuilegiate torqueantur non tenet.
13 Torqueri non poteſt qui alſ fuit conſiliarius ciuitatis ſue ſeu poteſtas licet hodie non ſit ⁊ hoc in memoriam poteſtate dignitatis. ⁊ Marti. de Lan. euaſit condemnatus ad mortem ex quo confeſſus fuerat per torturam ⁊ de iure torqueri non poterat. ⁊ numero. 14.
15 Officialis volens torquere illum qui de iure torqueri nō debet poteſt ei reſiſti.
16 Officialis qui fuit alicuius ciuitatis non poteſt torqueri per ſyndicatores.
17 Electus qui fuit ſeu prior ciuitatis ſue non poteſt torqueri licet functus fuerit officio. ⁊ nu. 18.
19 Decurio dicit qui de ordine curie officia temere adminiſtrat vnde non eſt decurio qui ſententiam non tulit vel curiam non participauit. ⁊ nu. 20.
21 Quod dicitur in iure de decurionibus ſeu priuilegijs ipſorum obſeruabitur in conſiliarijs ciuitatis ⁊ conſulibus ipſius cum ſint loco ipſorum ſubſtituti hodie loco decurionum habentur ibidem nu. 22. ⁊. 23. ⁊. 28. vbi intelligitur de conſulibus ciuitatum ⁊ magnorum locorum non autem oppidorum.
26 Torqueri non debent honeſti viri nec vilibus penis affici.
29 Conſiliarij ciuitatum hodie habent eandem poteſtatem ⁊ priuilegia que olim decuriones habebant: ⁊ inter cetera vt etiam finito officio minime torqueri poſſint.

## Votum. I.

REdemptoris gentiū ſuffragio poſtulato Amen. In cauſa magnifici Antonij de Alexandro de Neapoli vtriuſq3 Juris Doct. cum reuerendiſſimo fiſco ſuper vulnere illato in faciē Petri copule cauſidici ⁊ alijs de quibus in inquiſitione formata contra ipſum: facta relatione in reuerendiſſimo collaterali concilio ⁊ coram Illuſtriſſimo ac reuerendiſſimo do. Cardinali Columna locum tenēte generali: dum fuiſſet inſtatum pro parte reuerendiſſimi fiſci prefatum Magnificum Antonium
1 eſſe torture ſubijciendum dubitatum fuit an torqueri † potuiſſet extantibus teſtibus de viſu contra ipſum ad veritatē eruendam ⁊ hoc vt ore proprio fateretur: ⁊ certe dubium faciebat qd nō ex quo vbi de crimine conſtat per teſtes. ⁊ ſic vbi inquiſitus conuincit per probationes liquidas non poteſt torture ſubijci ſed condemnari per tex. in. l. qui ſententiam. ⁊ ibi Bal. C. de penis. Andr. de Iſer. in. c. j. in. §. ſcire. ſi de feud. fue. contro. inter dom. ⁊ fidel. ⁊ in conſtituti. regni ſi damna clandeſtina. vij. col. vbi ſubdit ꝙ iudices crudeles aliter faciunt ad denegandum beneficium appellationis a iure permiſſum ⁊ tenentur ac ſi eſſent homicide. ⁊ idem tenent ⁊ ſequuntur Mod. Senenſes in tracta. de indic. ⁊ tortu. in. viij. char. in ſpeciaili queſito in verſi. vi. iudex conſiderare debet ⁊ allegat multos idē tenentes ⁊ ſub-
2 dit hoc verius eſſe. imo eo caſu male facit iudex torquēdo † ⁊ tenebitur in ſyndicatu dixit Ang. in. l. ſi certus. ff. ad ſillan. catal. de vixo. in tra. ſyndica. in verſi. adde quando. ⁊ idem tenet Auguſti. Arimineñ. in additio. ad Ange. in ver. fama publica. in xv. char. ver. ij. quero. ⁊ Gand. in trac. maleſi. in rub. de queſtio. ⁊ tormen. in prin. ⁊ hoc quia tortura datur in ſubſidium quando veritas aliter haberi non poteſt ſecus ſi per aliam viam res appareat quia tunc non eſt deueniendum ad torturam text. eſt ⁊ ibi Bar. in. l. edictum. ff. de queſtio. ⁊ ſequitur Ang. in dicto ver. fama publica. iiij. char. ver. nunc videamus de tortura.
3 ¶ † Sed quia ex communi obſeruantia ad euitandum appellationem proceditur ad torturam contra inquiſitum licet per teſtes conuincatur ex quo crimina patentia ſunt punienda: nec debet dari occaſio appellandi. ⁊ ideo iudices bene faciunt torquere ad eruendam confeſſionem. ita dicit Bal. contra Cyn. aliter tenentem in. l. ij. C. quorū appel. ⁊ idem Bald. in. l. j. C. de iura. calum. vbi ſubdit ꝙ ita iudices ſeruant. ⁊ idem ſequitur do. Anto. de Alexan. olim patruus huius Magnifici Antonij inquiſiti ⁊ Juriſconſultorum Princeps in predicta. l. j. C. de iura. calum. in. iij. col. circa fi. ⁊ ibi ſubdit hoc fieri ad finē euitandi calumnioſas appellationes ⁊ ſuddit formaliter hoc tene mēti tu qui vis practicare quia ita communiter obſeruatur arg. l. ſi quis filio exheredato. §. ſi quis. ff. de iniuſt. rup. ⁊ irri. teſta. licet contrarium dixerit Cy. ⁊ male in. l. obſeruare. C. quorū app.
4 ¶ † Et ideo nūc reſidet heſitandū an poſſit Magnificus Antonius ipſe torqueri cum ſit Doctor ⁊ Milites armate militie torqueri non poſſunt. l. deſertorē. §. j. ff. de re milita. l. milites. C. de queſtio. ita ⁊ eadem ratione debet fieri extenſio ad aduocatū ſeu Doctorem ſm Cy. not. in dicta. l. milites. ⁊ ibi Bar. ⁊ Alex. ⁊ Cy. in. l. iiij. C. ad legem iul. maie. Bar. in. l. omnes. C. de decurio. lib. x. ⁊ in. l. j. C. de aduoca. diuer. iud. Roma. in ſing. ſuo incipiente milites Doctores Ange. in tracta. maleſi. in ver. fama publica. in. xvj. char. Jo. and. in. c. cum in templatione. de regu. iur. Alexā. in. l. centurio. de vulg. ⁊ pupil. ꝙ maxime procedere debet in ipſo Magnifico Antonio inquinato actu legente in ſtudio generali Neapolitano lecturam ordinariam ſub ſtipen-
5 dio reuerend. curie ⁊ Doctor actu legens † dicitur eſſe in dignitate. vt not. Bal. in. j. conſtitu. codicis. §. j. ⁊ in. l. fi. C. de iudeis. Abb. in. c. quanto. de magi. petrie. in. l. properandum. C. de poſtula. ⁊ facit ratio vrgentiſſima qr ſicut vtilitas publica eſt cauſa priuilegiorum militarium. l. j. ⁊. l. milites. C. de teſta. mili. l. fi. C. de reſti. mili. ita ſimiliter verſatur publica vtilitas circa exercitium Doctorum ⁊ aduocatorum. vt not. gloſ. in. l. j. C. de ſtud. liber. art. vrb. rome. in fi. ⁊ no. Dy. Bar. ⁊ alij in. l. j. ad fi. ſol. ma-
6 tri. Nam Doctor dicitur perſona † Illuſtris ſecundum Bal. in proemio ffo4ū per illud rubrum. ⁊ Alex. in dicta. l. centurio. iij. col. ⁊ eſt bonus text. ibi in rubri. proemi. ⁊ alibi dicitur Doctor vir Illuſtris vt. C. de iuſti. codi. confir. §. ad iſtud verbum ⁊ ve-
7 ri. contrarium ⁊ miles non poteſt torqueri ex iuris † priuilegio ⁊ tamen non eſt in dignitate. vt not. Bartol. in. l. ex eo de teſta. mili. qd vendicat etiam hodie ſibi locū in militibus noſtri temporis vt not. Sali. in. l. j. v. q. de iur. ⁊ fact. ignoran. ⁊ ante eum Gul. de Cuneo in. l. penul. ff. ex quib. cau. maio. ergo idem debe ret eſſe in Doctore etiam non actu legente nec in dignitate poſito ſed in caſu preſenti hec ceſſant cu3 prefatus do. Antonius ſit
8 actu legens quo † cam non inficiari poteſt quin gaudeat omnibus priuilegijs conceſſis militibus ita in proprijs terminis dixit Bar. in. l. medicos. C. de profeſſo. ⁊ medi. lib. x. ⁊ ſequuntur Moder. Seneñ. in tracta. de indi. ⁊ tortu. in. vij. charta. Jaſ. in l. de quibus. ff. de legibus. Hyppo. Marſi. in. l. edictum. ij. col. ff. de queſtio. dominus Antonius de Alexan. patruus predicti Inquinati in additio. ad Bart. in. l. milites. C. de queſtio. vbi ſubdit contigiſſe de facto in perſona quondam domini Simonis de campo Baſſio. idem firmat Jacob. de Rebuffi. in. l. grāmaticos. C. de profeſſo. ⁊ medi. lib. x. vbi multa bona allegat: ⁊ inter alia dicit formaliter qd Doctores habent priuilegium ne queſtionentur. nam milites qui non habēt dignitatem eo gaudent per dictam. l. milites. multo magis Doctores cum habeāt
9 dignitatem. Nam vltra † prefata dicuntur Doctores quaſi radij ſolis vt in. c. multi. de penit. diſtinc. ij. ⁊ in. c. ſi quis. j. q. lxxj. velut luminaria ſplendeſcere dicuntur ⁊ probat bene tex. in. c. j. de reli. ⁊ ven. ſan. ibi qd p Doctores quaſi luminoſas candelas vniuerſum corpus orbis terrarum tenebris profugatis velut ſidus irradiat matutinum. ⁊ tex. in. c. ſuper ſpecula de magi. di-
10 cit qd Doctores veluti † ſplendor fulgent firmamenti ⁊ dicit gl. not. in. c. cum ex eo de electio. in. vj. qd aduocati non minus prouident humano generi ꝙ ſi armis patriam defenderent. Et qd
11 Doctorum † ſcientia mundus illuminetur dicit Sali. in aut. habita. C. ne filius pro patre. ꝙ mundus illuminatur Doctoribus
12 ⁊ niſi fuiſſent Doctores nos eſſemus in tenebris. intantum † qd conſuetudo inducens quod Doctor ſeu perſone priuilegiate

A

UVA. BHSC. IyR_279_2

torqueantur non valet nec tenet.tex.eſt in.l. omnes iudices per
quam ita determinat Barto.C.de decurio.lib.x.⁊ tenet Ludo-
uicus Bologni.in additio.ad Guido.de ſuza.in tracta.de tor-
men.iij.col.in prin.⁊ ante eum Ludo.Roma.in ſing.ſuo in ver
ſicu.tortura.⁊ firmat Par. de Putheo.in tracta.ſyndi.in ver.
tortura.in.vij.char.in.c.mandauit rex.in.ij.colum. ⁊ Iaſ.in.l.
de quibus.ff.de legibus.
¶ Secūdo minime ex alio poſſet Magnificus Antonius ipſe
13 ſubijci † torture ex quo anno proximo preterito fuit Iudex ma-
gne curie vicarie ⁊ ſic reuerendiſſimus Conſiliarius ⁊ qui ſemel
fuit Conſiliarius etiam finito officio in memoriam priſtine di-
gnitatis non torquetur tex.eſt in terminis proprijs in.l.fi.ff.de
decurio.in verſi.non eſſe torquendum in memoriam priſtine di
gnitatis.⁊ ibi refert Fran.Tigri.per illum tex.Marti.de Fan.
14 euaſiſſe † condemnatum ad mortem ex quo confeſſus fuerat per
tormenta ⁊ non poterat de iure torqueri quia Conſiliarius ci-
uitatis ſue fuerat qđ eſt bene not.ſecundum Andre. Barba.in
c.ſedes apoſtolica.v.col.extra de reſcrip.ex quo priuilegium di
gnitatis non finitur finita dignitate ſecundum Bal.in.c.ſedes.
de reſcrip.qui ad hoc allegat Innocen. refert etiam ⁊ ſequitur
Hyppo.Marſil. in ſingu.ſuis ſing.clxxix.incipiē. Uiget com-
muniter ſtatutum.⁊ idem Hyppo.in ſua practi. cauſarum cri-
minalium.in ver.expedita.viij.col.⁊ tenet clare Bal.in.l.impe
rator.la.ij.ff.de ſtatu homi.dum loquitur de confeſſione mulie-
ris pregnantis torte.⁊ idem Marſil.in ſing.cvij.incipiente pri-
uilegium dignitatis ⁊ in ſing.xxxv.incip.ille qui nunq̄.⁊ idem
Marſil.in.l.edictum.ij.⁊.iiij.colū.ff.de queſtio.vbi ſubdit hoc
15 intantum eſſe verum qđ † ſi officialis aliter facere vellet poſſet ei
de iure reſiſti vt habetur in dicta.l.omnes.C.de decurio.lib.x. ⁊
probatur in aut.quomodo oportet Epiſcop.§.fi. ⁊ idem refert
⁊ tenet in predicta practica cauſarum criminalium predictus
Marſil.⁊ in.l.edictum.ij.col.ff.de queſtio. ⁊ ideo dixit pulchre
Bar.in predicta.l.milites.C.de queſtio.qđ cum quidam miles
16 fuiſſet † poteſtas ⁊ ſtaret ad ſyndicatum ⁊ eſſent contra ipſum
multa indicia adeo qđ ſyndicatores decreuerant ipſum torque
re conſuluit ipſe Bar.ſyndicatoribus predictis qđ torqueri nō
poterat quia decuriones in memoria priſtine dignitatis nō tor-
quentur dicta.l.diuo Marco.C.de queſtio.quia officialis fue-
rat Ciuitatis.glo.in.l.fi.de incol.⁊ tenet etiam Paris in tract.
ſyndic.in titu.de offic.ſyndica.nullam de predictis faciens men
tionem in.ij.colum.
17 ¶ † Tertio ⁊ vltimo non poterit Magnificus hic Antonius
torture ſubijci ex quo fuit decurio.id eſt vnus ex electis Ciuita-
tis Neapol.ſimiliter anno preterito ⁊ qui fuit decurio non po-
teſt torqueri.l.nihil.⁊.l.milites.C.de queſtio. ⁊ in.l.diuo Mar-
co.Sali.in.l.j.⁊ ibi Iaſ.j.col.verſi.vnum tamen not.C.de iur.⁊
fact.ignoran.Bar.in allega.l.milites.Alexan.in dicta.l. centu-
18 rio.Et nedum decurio verum † etiam qui fuit prior ciuitatis
ſue non poteſt torqueri.ita dicit Bald.in predicta.l.nihil. C.de
19 queſtio.⁊ dicitur decurio † quia de ordine curie officia ſenim te-
mere adminiſtrat vnde non eſt decurio qui ſententiam non tu-
20 lit vel curiam † non participauit.ſecundo quidem vocantur pa
tres ciuitatis vt.C.de his qui ſpon. munera propria ſuſcepe.l.
tertia.ita dicit Iſido.in.q.ethymologiarum. ⁊ Luc. de pen.in
rubri.de decurio.lib.x.Attento cum hodie non ſint decuriones
id qđ in dictis legibus dicitur de decurionibus obſeruabitur
21 in † conſiliarijs ciuitatis vt ſi ciuitas habeat conſiliarios idem
erit.Nam conſiliarij ciuitatum decurionum inſtar obtinent
vt no.in rubr. de decurio.lib.x.ita dixit Luc.de pen. in.l.nomi-
nationum.ij.col.C.de decurio.lib.x. Nam conſules ciuitatum
22 † ſunt hodie loco decurionum.vt not.in dicta rub.de decurio.⁊
ibi Iaco.de Rebuffi.⁊ ſubdit qđ cum ſint loco ipſorum ſubſti-
23 tuti habent idem priuilegium † qđ ⁊ ipſi decuriones arg.l. filie,
§.fi.de condictio.⁊ demon.⁊.l.ſi donate.§.ſponſus.ff. de dona.
inter virum ⁊ vxorem.
24 ¶ † Item licet nomine vnius officialis mutetur lex nō per hoc
mutatur eius officium vel effectus.vt.C.de mancip. ⁊ accu.l.ij.
lib.xij.⁊ in aut.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.§.illud. col.ij.item
25 nobiliores † ⁊ honeſtiores eliguntur ad conſulatum. vt in aut.
de defenſor.ciui.§.interim.⁊.ff.eo.l.honores.in prin.ſed hone-
26 ſti † viri non debēt torqueri nec vilibus penis ſubijci. l. capita-
lium.§.omnes.ff.de penis.l.nullus.C.ad legem iuliam maieſt.
27 quod maxime † intelligit ibi Iacobus de Rebuffi.de conſuli-
bus ciuitatum ⁊ magnorum locorum ⁊ nobilium non autem
de conſulibus opidorum argu.l.athlete.§. primo iuncta.l.pro-
pter magiſtratum.C.eo.titu.j.de excuſa.tuto.ff.⁊.C. ⁊ qđ conſu
28 les ciuitatum † noſtri temporis habeant idem priuilegium ꝙ ⁊
decuriones vt non queſtionentur.tenet etiam Salice. aſſerens
ita tenere Doctor.in dicta.l.diuo Marco.C. de queſtio. ⁊ cum
conſules ipſi ſuccedant hodie loco decurionum.vt dicit glo. in
dicta rubri.C.de decurio.lib.x.⁊ in.l.ij.eo.titu.⁊ in.l.nulli.ff.qđ
cuiuſcunqꝫ vniuerſi.nomi.⁊ in.l.aliud.§.refertur.ff.de reg. iur.
⁊ in.l.ſi ex dolo.§.primo.ff.de dolo.vnde iſti conſiliarij ciuitatū
29 hodie habent † eandem poteſtatem ⁊ priuilegia que olim decu-
riones habebant:ita dicit etiam Io.de Plate.in prealleg.rub.
30 de decurio.⁊ qđ inter cetera habent † priuilegium vt etiam fini-
to officio minime torqueri poſſint in reuerentiam priſtine di-
gnitatis per tex.in preallegata.l.fi.ff.de decurio.⁊ glo. in rubri.
C.de decurio.lib.x.⁊ ibidem Ioan.de Plate. ex quibus omni-
bus ⁊ eorum ſingulis ſum voti minime procedi poſſe ad tortu-
ram contra prefatum Magnificum Antonium ⁊ in hanc ſen-
tentiam inclinauerunt omnes domini de Collaterali concilio
approbante quoqꝫ eodem illuſtr.do.locum tenente generali.

## Summarium.

1 ☞ Confeſſus commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem an
poſſit condemnari ſeu torqueri reiecta qualitate defenſionis. ⁊
plene nume.4.
2 Cōfeſſio qualificata an poſſit in parte negari ⁊ in parte ſperni.
3 Confeſſus homicidium verum ad ſuam defenſionem ſed non
probat an poſſit pena mortis naturalis puniri.
5 Delicta preſumuntur principaliter perpetrata animo nocēdi.
7 Ad torturam deuenitur in ſubſidium deficientibus probatio-
nibus.
Probationes delicti contra inquinatum de crimine purgant
per tormenta.nu.9.
8 Appellatio non admittitur a ſententia lata contra homicidaꝫ
in magna curia vicarie.
10 Appellatio eſt iuris remedium aduerſus grauamen.
11 Pena duplici non poteſt quis puniri pro eodem et crimine.
12 Bald.doctri.in.l.vnica.de confeſ.vbi vult torqueri confeſſum
ſe occidiſſe hominem ad ſui defenſionem:impugnatur ſup ipſa
qualitate defenſionis. limitatur pulchre in nu.13.
14 Iudex debet interrogare ſuper circunſtantijs vbi habet teſtes
ſuſpectos qđ falſum depoſuerint ad hoc vt eis credatur vel nō
credatur.
16 Iudex debet laborare vt intercipiat ⁊ inuoluat teſtem ſi ei ſuſpe
ctus videbitur etiam in his in quibus rei ſubſtantia non con-
ſiſtit.
17 Teſtium maiori numero etiam a me productorum ſtandū eſt
licet minor numerus aliter videlicet contrarium depoſuerit.

## Uotum.II.

Summi rerum opificis
preſidio iterato.Amen.In cauſa Coſmi Nau
clerij de Neapol.cum reuerendiſſimo fiſco ſup
homicidio commiſſo in perſonam Ferdinan-
di Bubuli al's Mareſcha per ipſum Coſmaꝫ
qui de plano faſſus eſt eundem Ferdinandum occidiſſe:verum
ad ſui defenſionem id verificare ſe offerens heſitatum fuit an re
iecta qualitate defenſionis probande poſſit Coſma ipſe torture
ſubijci cum confeſſus ſemel fuerit homicidium commiſiſſe nam
1 eo caſu ſi bene † conſideretur poſſet condemnari qđ plus eſt per
doctri.Bar. not. in.l.aurelius.§.idem queſijt.de libe.lega.vbi
aperte dixit eo caſu confeſſum poſſe condemnari per iudicem
virtute ſue confeſſionis:ex quo inquantū dixit occidiſſe ſtatur
ſue confeſſioni ſed qđ ſubdat ad ſui defenſionem id feciſſe non
eſt ei credendum ex quo habet iuris preſumptionem contra ſe
2 per.l.j.⁊.ij.ff.de ſica. ⁊ per.c.j.de preſumptio.† quia tūc confeſ-
ſio qualificata poteſt in parte acceptari ⁊ in parte ſperni. ita di
xit Bal.vbi magiſtraliter loquitur in.l.vnica.C.de confeſ. viij.
col.verſi.denuo quero.de queſt.quotidiana.⁊ in.l.ij.C.de dona
tio.ante nup.⁊ bene Abb.in.c.bone.el.ij.de poſtula. prelato.et
Alexan.in.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ver.ex predictis infertur.ff.
de verb.obli.veruntamen eſt qđ non poſſet pena mortis natu-
3 ralis † puniri prout pulchre tenuit Abb.in.c.auditis.pe.colū.
extra de preſcriptio.verſi.ſed contra predicta aſſerens hoc alibi
non reperiri ⁊ apud Modernos eſſe in ſummo cultu ſequitur
Feli.in.c.venerabilis.iiij.col.extra de exceptio.verſic.ij. not.vbi
idem repetit ⁊ in.c.ſignificaſti.el.ij.v.colū.extra de homi.⁊ in.c.
afferte.v.col.ver.reſponderi poteſt.de preſumptio.dicens ſimi-
liter iſtud dictum eſſe ſingulariſſimum ſequitur Alex.in.l.non
ſolum.§.ſciendum.ff.de ope.noui.nuncia.vbi dixit hoc dictum
eſſe ſignanter not.⁊ ſequitur Soci.in repeti.l.j.iiij.col. de vulg.
⁊ pupil.vbi dicit extollendo hoc dictum eſſe multum notandū
ſequitur

UVA. BHSC. IyR_279_2

ſequitur etiam Jaſ.in.l.vt vim.ff.de iuſt.⁊ iur.iiij.col.ſubdens
in practica hoc dictum ſibi feciſſe magnum honorem.
¶Verum in preſentiarum reſidet dubitari an poſſit ex predi-
ctis prefatus Coſma torture ſubijci vt veritatem explicite depo
nat reiecta qualitate defenſionis: ⁊ an interfecerit eundem Fer-
dinandum: ⁊ an acceſſiſſet deliberato animo vt occideret: an ve
ro ad eius defenſionem neceſſariam.
4 ¶†Et prima facie dicendum videretur qđ torqueri poſſit: cuȝ
ita in particulari tenuerit Bald.in dicta.l.vnica. C. de confeſſ.
quem ſequitur Lanfran.de Oria.in repeti.c.quoniã contra.in
verſi.confeſſiones.j.charta.verſi.iuxta premiſſa quero. extra de
probatio.⁊ idem etiam reperio tenuiſſe dominum Antonium
de Alexã.etate noſtra Doctorem excellentiſſimum in additio.
ad Bart. in.l.j.§. ſi quis vltro.ff.de queſtio.que additio incip.
Pone reus.vbi ſubdit eſſe nota.qđ al's ipſe dubitauit.Et pro
5 iſtius opinionis corroboratione adducitur † qđ delicta in du-
bio preſumuntur principaliter perpetrata animo nocendi ⁊
offendẽdi.vt not.glo.in.l.ſi non conuitij.C.de iniur.quam pro
no.allegat Cepo.in conſi.xxix.incipien.Viſo proceſſu curie ſup
homicidio prima colũ.Flori.in.l.j.§.cum arietes.ff.ſi quadru.
paupe.feciſ.dica.⁊ omne maleficium preſumitur in dubio iniu
ſte factum ex quo eſt de genere prohibitorum.vt in.l.j.C.de ſica.
⁊ in.c.j.de preſumpt.⁊ ponit Bald.in.c.ſicut nobis.in fin.de re
iud.Alex.in conſi.cxj.incip.ponderatis verbis.j.col.in.j.vol.
¶Vlterius tamen ⁊ rectius conſideranti contraria opinio ve-
6 rior apparebit ⁊ primo nam certum eſt qđ † ad torturam deue-
niri non poteſt niſi deficientibus probationibus: ⁊ ſic in ſubſi-
dium probationum.vt not.Pau.de Caſt.in.l.ſi quis in hoc ge
nus.C.de epiſco.⁊ cleri.Bald.⁊ Albe.de Roſa.in.l.obſeruare.
quorum appella.non recipiũ.Bald.in.l.milites.C. de queſtio.
⁊ plene Cepol.in conſilio.xxxij.incipiẽ. quidam ruſtici Vicen-
tini.ix.col.vbi ſubdit ꝙ eo caſu ſi iudex torqueret illum contra
quem ſubſiſterent probationes ⁊ ille perſeueraret in negando
7 qđ huiuſmodi probationes † contra ipſum purgarentur per
ipſa tormenta.⁊ licet Bal.in dicta.l.obſeruare.⁊ in.l.j.C.de iu-
ra.calum.dicat ꝙ imo iudex poteſt ſubijcere reum tormentis li
cet crimen ſit clare probatum ⁊ hoc vt ore proprio fateatur ⁊ ap
pellare non poſſit tanquam confeſſus ⁊ conuictus per tex.in di
cta.l.obſeruare.nã reſpondet Cepol.ꝙ hodie talis cauſa non de
bet mouere iudicem cum per totam Italiam cõmuniter ſit pro-
uiſum per ſtatuta terrarum vt a ſententijs capitalibus non li-
8 ceat appellare qđ maxime dico vigere in hoc regno in † homici-
dijs in quo per ritum magne curie vicarie cautum eſt vt a ſen-
tentia lata contra homicidam non admittatur appellatio ⁊ eſt
ſub rubr.in quibus cauſis appellare non liceat.
9 ¶†Item ⁊ ſecũdo preſuppoſito qđ per torturam probationes
per teſtes de viſu poſſint purgari ⁊ eneruari prout plene Alb.
⁊ ſucceſſiue Moder.in.l.edictum.ff.de queſtio.dicitur qđ eo ca
ſu reſultaret abſurdum videlicet ꝙ eſſet in facultate iudicis ab
ſoluere delinquentem ⁊ ipſum liberare per indirectum dum
ipſum hortaretur ad tollendum torturam patienter ſibi infe-
rendam quia forte non grauiter ſibi inferret quia eo caſu licet
conuictus fuerit per teſtes liberabitur.
10 ¶†Item ⁊ tertio cum appellatio ſit iuris remedium aduerſus
grauamen vt in.c.ſubiectum.⁊ in.c.cum ſpeciali.§.porro.de ap
pellationi.eo caſu ipſum non admittendo ſequeretur qđ iudex
poſſet ſic indirecte ⁊ violenter hominem necare auferendo eidẽ
beneficia appellationis a iure conceſſa qđ permitti non debet
iuxta ea que habentur per Bar.in.l.ij.ff.de re iudi. per Abba.
⁊ Philip.Franc.in.c.cum ſit romana.de appella.
11 ¶†Quarto ⁊ vltimo quia de eodemmet crimine non poteſt
quis duplici pena puniri cũ pene qualitas debeat culpe cõmen
ſurari per tex.in.l.ſancimus.C.de penis.⁊ in.c.queſiuit.in fine.
de ijs que fiunt a maiori parte cap.ita dixit Bal.in aut. vt om-
nes peregrini.in vltimo notabi.C.communia de ſucceſſio.⁊ ſic
cum pena homicidij ſit capitalis.vt in.l.nemo.C. de epiſco.au-
di.cum vulg.eo caſu homicida confeſſus duplicata pena affli-
geretur videlicet pena capitis ⁊ pena torture qđ non eſt dicen-
dum ita etiam in ſpecie dixit Tancred.de Corne. in ſua com-
pendioſa in rubrica de queſtio. circa materiam probationum
12 in vltima queſt. ⁊ ita etiam in proprijs terminis † recedendo
ab iſta doctrina Baldus in dicta.l.vnica.reperio fuiſſe doctri-
ne predicte reſponſum per Magnificum dominum Tho.de
Ferratijs de Brixia in ſuis cautelis in caute.v.in ordine.
¶Sed quia ad tollendum omne dubium fuit inſtanter peti-
tum per ipſum Coſmam ſe audiri in eius iuribus ex quo offe-
rebat docere ad eius defenſionem neceſſariam occidiſſe prefatũ
Ferdinandum quo caſu non habet locum doct.Bal.in dicta.l.
vnica.cũ ibi loquatur vbi ſimpliciter quis confeſſus fuiſſet ho-
13 micidium feciſſe ad ſui † defenſionem ⁊ non offerendo aliter
demonſtrare quod ad defenſionem fecerat ſed vbi quis obtulit
verificare homicidium ad defenſionem perpetraſſe tunc audi-
ri debet ita ad literam voluit idem Bald.in.c.dudum. penult.
colum.extra de electionibus.vbi magiſtraliter loquitur.⁊ ſic li
cet aliqui de concilio Collaterali fuiſſent alterius voti.attamen
quia Bald.in dicta.l.vnica.de confeſſionibꝰ. ⁊ dum tenet poſſe
procedi ad torturam preſupponit id locum habere datis defen
ſionibus ⁊ ſic dato termino ad probandum ⁊ non euacuata cõ
feſſione vt ipſe Baldus clariſſime loquitur.Ideo ſectati tutio
rem viam per hanc doctrinam Bald.in predicto.c.dudum.me
exiſtente relatore curie ⁊ ita votante videlicet eundem Coſmam
admittendum ad ſuas defenſiones fuit dictum meum votum
ſequutum per ceteros iudices ipſius magne curie ⁊ ſic fuit ad-
miſſus prefatus Coſma ad faciendum eius defenſiones. Qui-
bus demum peractis ⁊ publicato proceſſu compertum fuit te-
ſtes ad defenſam ipſius Coſme productos difformes in eorum
depoſitionibus.imo diuerſos ⁊ contrarios inter ſe ipſos. nam
aliqui ex ipſis interrogati ſuper exceptione per ipſum poſita
in qua aſſerebãt Ferdinandum occiſum per prius euaginaſſe
enſem contra ipſum Coſmam reſponderunt qđ prefatus Ferdi
nandus inſequebatur prefatum Coſmam proijciendo plures
ictus aduerſus ipſum cum enſe. ita quod prefatus Coſma re-
trocedebat ⁊ Ferdinandus proſequebatur ipſum prout proſe-
quutus fuit vſqȝ ad locum in quo Ferdinandus ipſe occiſus a
predicto Coſma.Alij vero teſtes eiuſdem Coſme contrarium
dixerunt deponendo quod predictus Coſma mortaliter pro-
ſequebatur ſeu inſequebatur ipſum Ferdinãdum admenando
plures ictus aduerſus ipſum vſqȝ quo peruenit ad locum in
quo predictum Ferdinandum occidit.Item aliqui ex dictis te-
ſtibus depoſuerunt videlicet vnus ex eis quod Ferdinandus
euaginauit enſem a principio vſqȝ ad medietatem enſis ⁊ impo
ſuit ſibi partem clamidis in brachio ipſam aduoluendo in bra
chio.Alius vero teſtis depoſuit quod predictus Ferdinandus
illico euaginauit totum enſem aduoluendo ſibi integram cla-
midem in brachio.Item aliqui depoſuerũt initium rixe fuiſſe
ante apothecam vitrarie.aliqui vero ante apothecam aroma-
tarie: ex quibus contrarietatibus inter eoſdem teſtes ⁊ ab ipſo
met Coſma productos cauſatur non modica ſuſpitio contra
ipſos ⁊ potiſſime contra ipſum Coſmam eoſdem producentẽ.
14 vnde † ſuccedit optima iuris diſpoſitio qđ vbi teſtes ſunt ſuſpe
cti qđ falſum depoſuerint debent pro cautela ſuper circunſtan-
tijs interrogari: vt perpendatur an verum vel falſum depoſue-
rint ⁊ ſic vt eis credatur vel non glo.eſt not.in.l.iiij.§.teſtibus.
ff.de teſti.Azo in ſumma de teſtibus. penultima columna.glo.
in.c.cauſamqȝ.verſic.tempore.de teſti.Specu.in titu.de teſti.§.
quid iam de interrogatorijs.Feli. in.c.cum cauſam.extra de te-
ſti.conſuluit Alexãder. in conſilio.xc.iiij.volumine.vbi in ſpe-
15 cie conſuluit quod dum iudex ſuſpicatur de falſitate † teſtium
debet teſtes ipſos interrogare ſi ſtarent vel ſederent tempore
eorum depoſitionis ⁊ de qualitate veſtium illorum de qui-
bus deponit ⁊ colore ⁊ de forma loquendi ⁊ an ſimul vel ſepa-
ratim peruenerint ad locum ⁊ ſic de ſimilibus vt ſic data diuer-
ſitate eorum dictis non erit ſtandum ⁊ bene faciunt. nota per
Bald.⁊ Salice.in.l.teſtium.C.de teſtibus.per Bald.in dicto.c.
cum cauſam.colum.v.⁊ ibi ſubdit qđ huiuſmodi interrogatio-
nes non fiunt fruſtra quia imo iudex quando ſuſpicatur con-
tra teſtem de falſitate debet laborare circa huiuſmodi interro-
gationes contra teſtes ⁊ dicit honorari per Azo.in loco predi-
cto ⁊ idem tenuit Bal.infra Margari.in verſic.iudex.verſicu.
cvij.⁊ proprie.in verſi.iudex laborare debet.vbi formaliter in-
16 quit quod † iudex debet laborare vt intercipiat teſtem ſi ei ſuſpe
ctus videbitur ⁊ dicit ita velle Innocen.in.c.cauſam.in fine.de
teſtibus.imo eoſdem teſtes interrogando de circunſtantijs li-
cet inuoluere etiam in ijs in quibus ſubſtantia rei non conſiſtit
ita concludit Decius in rubrica ea que natura de regu.iur. nu-
mero.4.⁊.5.numero.32.vnde multo magis erit in circunſtan-
tijs pertinentibus ad actum de quo queritur ita etiam conſu-
lendo tenet Alexan.in predicto conſilio.xc.⁊ idem Alexand.in
conſilio.cliij.v.col.in.v.volu.⁊ in conſilio.cliiij.ij.colum.eod.v.
volu.⁊ dixit Bald.in.l.fina.in fine commenti.C.de teſtibus.qđ
quando iudex habet teſtes ſuſpectos debet eos capere ⁊ inuol-
uere verbis nec dare eis dilationem ad eorum malitiã inſtruen
dam ⁊ allegat Azo.in ſumma eiuſdem titu.⁊ idem tenet Bal.
in.l.j.§.editiones.ff.de eden.refert ⁊ ſequitur Jacob.de ſancto
Georgio in.l.qui falſa.in fi.ff.de teſtibus.Ex quibus omnibus
per me allegatis ac apertis libris exhibitis viſum fuit commu-
ni voto Magnificorum iudicum ſociorum meorum eſſe proce-
dendum ad torturam contra prefatum Coſmam inquiſitum vt
explicite veritatem deponere debuiſſet ſuper homicidio per
ipſum commiſſo ſtante dicta diuerſitate. imo contrarietate



UVA. BHSC. IyR_279_2

marima inter teſteſmet per ipſum productos: ſed quia quãplures teſtes depoſuerant ꝙ primo loco Coſma ipſe inſultatus fuerat a predicto Ferdinando ⁊ proſequutus eundem Coſmã vſqȝ ad locum in quo occiſus fuit Ferdinandus prefatus ab eodem
17 Coſma ⁊ iuris diſpoſitione ſancitum eſt ſtandum eſſe † maiori numero teſtium a me productorum licet minor pars contrariũ probet ſeu dicat vt dirit pulchre Bart. in. l. j. ff. de vent. inſpi. ⁊ conſuluit Alexan. in conſilio. lxiiij. in. ij. volu. Cy. in. l. j. C. de iureiuran. ⁊ Barto. vbi ſupra dicit qđ eſt queſtio pulchra ⁊ quotidiana multum. Attamen concurrente marima perſeuerantia ipſius Coſme in tortura ſemper aſſerendo qđ ad defenſionem occiderat ⁊ ꝙ ipſe Ferdinandus eundem Coſmam proſequebatur cum enſe: ⁊ ipſe Coſma ſemper retrocedebat ⁊ reculabat ſe defendendo fuit tandem arbitratum per illuſtriſſimum ac reuerendiſſimum dominum Cardinalem Columnam locum tenentem generalem Ceſaree maieſtatis prefatum Coſmam eſſe condemnandum ad remigandum in triremibus reuerendiſſimis eius vita durante prout ita per ſue reuerendiſſime domi. ſchedulam condemnatus fuit: ⁊ certe prudentiſſime cum marima circunſpectione. adeo qđ meo iudicio quilibet merus iuriſconſultus aliter melius arbitrari non potuiſſet marime concurrente partis offenſe remiſſione in actis producta.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Juris Utriuſqȝ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Crimen veneni deteſtabile ⁊ execrandum ⁊ longe grauius homicidio ⁊ vendens ⁊ emens venenum puniuntur licet mors non ſequatur.
2 In criminalibus occultis que vt plurimũ per vnum ſolum cõmittuntur lex contentatur facilioribus indicijs.
3 Preſumptiones ⁊ coniecture ſufficiunt loco plene probationis in criminibus occultis ad torturam veluti in crimine veneni.
4 In his in quibus liquide probationes haberi non poſſunt ſufficit qđ iudex ex vehementi opinione ſe informet ⁊ coniecture habentur eo caſu loco probationis. ⁊ nu. 5.
6 Socius criminis probat contra ſociũ in criminibus occultis.
7 Fides torti augetur per torturam.
8 Ratione enormitatis criminis licet iura tranſgredi: ⁊ ꝙ ratione enormitatis criminis interdicitur audientia etiam comparentibus pro eo etiam aduocato.
Nobiles licet regulariter furcis non ſuſpendantur tamen ratione enormitatis criminis ſuſpendunt ⁊ in altioribus furcis.
9 Ex cauſa enormitatis criminis ex proceſſu informatiuo proceditur ad torturam.
10 Crimina atrocia non comprehenduntur in diſpoſitione generali: ⁊ indultus ſeu abolitio criminum non extenditur ad criminoſos grauiorum criminum nec ad crimen falſi. ⁊ nu. 11.
12 Una preſumptio tollitur per aliam ⁊ vnum indicium tollitur per aliud ⁊ vna coniectura per aliam. ⁊ nu. 13. ⁊. 14.
15 Confeſſio damnati ad mortem dum tranſmittitur ad ſupplicium in fauorem alterius nominati ⁊ inculpati per ipſuȝ ſi tũc ipſum exculpat tenet exculpatio in illius fauoreȝ. ⁊ nu. 16. ⁊. 17.
18 Seruus deponens contra dominũ in criminalibus an ⁊ quando probet.
20 Indicia ad torturam contra aliquem eliduntur per vnumquodqȝ ꝙ vrgeret in contrarium.
21 Teſtis vnus bonus facit indicium ad torturam niſi alia coniectura reſiſteret in contrarium.
22 Torquendus ſi ex proceſſu haberet aliqua indicia pro ſe: indicia que extarent contra ipſum debent eſſe magis vrgentia.
Prima limitatio ad preeminentiam magne curie vicarie vide in precedentibus numeris. 20. 21. ⁊. 22.
23 Inquiſitus contra quem extant indicia ad torturam ſi allegaret talia que ſi probaret non torqueretur debet ſuperſederi in tortura.
24 Secunda limitatio ad preeminentiam magne curie.
Preeminentia magne curie habet locum contra valde diffamatos ⁊ in notorijs criminibus concurrente leuitate vite torquendi.
25 Quando homo interfecit hominem omnes virtutes celorũ clamant ad diuinam maieſtatem.
26 Contra homines male cõditionis ⁊ fame poteſt procedi ad torturam non data copia indiciorum etiam de iure communi.
27 Tertia limitatio ex premiſſis qđ preeminentia prefata non habeat locum contra hominem bone fame.
28 Preſumptio delicti tollitur ex preſumptione bone fame.
29 Quarta limitatio preeminentie eſt ibidẽ.
Allegans teſtes contra ipſum productos eſſe ſibi inimicos capitales offerendo verificare in promptu eſt audiendus ⁊ ſuperſedendum in tortura.
30 Teſtes inimici non admittuntur etiam in crimine leſe maieſtatis nec hereſis.
31 Quinta limitatio ad preeminentiam predicta eſt ibidem.
32 Ad hoc vt procedi poſſit contra inquiſitum requiritur qđ ante omnia precedat infamia contra ipſum alias teſtes deponentes ſuper dicta inquiſitione non probant ſed corruit inquiſitio.
33 Judex poteſt ſe informare de infamia ſeu bona fama a teſtibus etiam inhabilibus ſine ordine in forma indicij receptis ⁊ ſine ordine indiciario.
34 Longe deterius eſt hominem veneno necare quam gladio occidere.
Sexta limitatio eſt in dicto numero.
35 Septima limitatio eſt qđ non habet locum preeminentia niſi precedat infamia.
36 Que requirantur ad hoc vt quis dici poſſit infamis per delictum.
37 Talis quis non dicitur niſi ſit pronunciatus pro tali.
39 Induſtria perſone officialis dicitur electa vbi dr̃ in commiſſione tu per te cognoſcas.
40 Informes per te ipſum ſi dicitur in literis apoſtolicis non poterit alteri ſubdelegari.
42 Judex in criminalibꝰ debet ipſe examinare teſtes nec notarius actorum hoc facere poteſt niſi ſibi committatur.
Preeminentia prefata non habet locum quando teſtes nõ fuerint examinati per magnam curiam ⁊ ſic erit octaua limitatio.
43 Nona limitatio eſt in nume. 43. vt non habeat locum preeminentia prefata vt ſi ſemel eſt data tortura poſſit reiterari.
44 Priuilegium contra ius debet intelligi vt minus ledat ius cõmune quam poſſit.

## Uotum. III.

ETerni numinis preſidio pia mente ac recto corde inuocato. amẽ.
¶ In cauſa inquiſitionis formate aduerſus honorabilem Galienum de Ciuitate Caue mercatorem ex vna. ⁊ reuerendiſſimum fiſcũ inquirentem ex altera ſuper venenatione et morte inde ſequuta in perſonam quondam Julij Longi in Ciuitate Licij preſentato proceſſu reuerendiſſimi Capitanei Licienſis introducto per appellationis remedium in prouinciali audientia Jdrontina inſtante orbato parente prefati quondã Julij appellante ac interpoſito decreto per eandem audientiã minime indicia contra ipſum fuiſſe purgata per torturam illatam quondam Antonio inquiſito tanꝙ mediatore veneni traditi ⁊ nihil confitente. Quamobrem reiterata tortura in eundẽ Antonium licet a principio negaſſet tandem predictum Juliũ venenaſſe aſſeuerauit mandato eiuſdem Galieni a quo venenũ ipſum ſeu arſenicum recepiſſe affirmauit ⁊ impoſuiſſe in ciato ſerupi traditi eidem Julio tunc infirmo qđ quidem per prius in curia eiuſdẽ Capitanei negauerat impoſuiſſe pretextu ꝙ tenebat mannam in manu tradendam eadem nocte honorabili Petrello ſimiliter infirmo: ⁊ ꝙ venenum prefatum prefatus Galienus ſibi conſignauerat in quodã cartocio eodem prius triturato per eundem Galienũ ⁊ hoc preſente quodam ſeruulo ſeu mancipio eiuſdem Galieni: qui ſeruus examinatus depoſuit ambos ipſos trituraſſe quandam rem albam qua aſſignata per prefatum Galienum eidem Antonio paulatim inſimul receſſerunt vſqȝ ad ianuam domus ad inuicem interloquentes.
¶ Galienus ipſe in ſua depoſitione aſſeuerat dediſſe rem albã in cartocio eidem Antonino que erat manna ſumẽda per Petrellum infirmum in medela ſibi danda eadem nocte ac deferẽda per prefatum Antoninum bene verum quod eam trituraſſe negauit cum manna non trituretur id probare ſe offerens vna cum etate ſeruuli prefati nunc non excedentis etatem vndecim annorum.
¶ Et tandem vltimo loco introducta cauſa per remedium appellationis ſimiliter in magna curia vicarie per prefatũ Galienum ⁊ querulante ac fiſci patrono inſiſtentibus debere ad torturam procedi contra prefatum Galienum.
¶ Concurrente inſuper pretenſa inimicitia inter ipſum querulantem ⁊ prefatum Galienuȝ annis elapſis fere decem ex cauſa
quarũdam

UVA. BHSC. IyR_279_2

quarũdam iniuriarum prolatarum ad inuicem heſitatum fuit
an torqueri poſſit ⁊ habita ordinatione ſuper puncto prefato
eſſe votandum coram reuerendiſſimo ⁊ Illuſtriſſimo domino
Cardinali Columna locum tenente generali Ceſaree maieſta-
tis dixi prima ꝯſideratione dicendũ videri qđ ſic preſuppoſita
1 criminis enormitate veneni † ꝙ deteſtabile ⁊ execrandũ eſt per
tex. in. l. j. C. de maleſi. ⁊ mathe. ⁊ in. l. j. §. j. ff. ad legem corneliam
de ſica. intantum qđ eſt longe grauius homicidio per tex. in di-
cta. l. j. de maleſi. adeo ꝙ in regno vendens ⁊ emens venenũ pu-
niuntur licet mors non ſequatur per tex. in conſtit. regni. Qui-
cunqꝫ toxicum maxime cum habeat ſecum admixtum crimen
proditionis vt inquit Bal. in. l. cum fratrem. C. de his quibus
vt indig. ⁊ in. l. nemo. C. de ſum. tri. ⁊ fide catho. ⁊ maxime cum
2 ſimus in † delictis occultis ⁊ que vt plurimum per vnum ſolũ
committuntur. ⁊ ideo lex eſt contenta facilioribus indicijs ad
torturam q̄ in alijs. ita Bal. in. l. nemo. C. de epiſco. aud. ⁊ in di
cta. l. cum fratrem. ⁊ conſuluit Alexan. conſilio. lxxvij. j. volu. ⁊
conſi. lxij. in. iij. vo. ⁊ Mod. Seneñ. in trac. ſynd. in ver. tortura.
¶ Item in occultis criminibus ex eorum natura veluti in ve-
nenatione nedum ex iuris diſpoſitione ad torturam verũetiã
ad condemnationem preſumptiones ⁊ coniecture ſufficerent
3 in locum † plene probationis. c. michael. extra de fili. preſby. c. ve
niens. el. ij. de teſti. Anto. de Butr. ⁊ ceteri in. c. iij. loco. extra de
probatio. ⁊ plene Iaſ. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. pretor ait. de
eden. ⁊ conſuluit Alexan. conſilio. xxiiij. in. ij. volu. ⁊ ante eum
Pau. de caſtro. in conſilio. cclxxviij. Viſo proceſſu. ⁊ ideo dixit
Bald. in. l. in illa ſtipulatione ſi Calendis in fine. ff. de verbo.
4 obliga. qđ in omnibus in quibus † clare ⁊ liquide probationes
haberi non poſſunt ſufficit qđ iudex ex vehementi opinione ſe
informet ⁊ alibi dixit ſatis ad propoſitum Angel. in dicta. l. ſi
5 quis ex argentarijs qđ vbi difficile eſt probare veritatem † facti
coniecture habentur loco plene probationis.
¶ Primo apparet in caſu de quo queritur nos eſſe in delictis
6 occultis in quibus † ſocius criminis probat contra ſocium per
tex. in. c. fi. extra de teſti. cogen. ita dixit Bal. ⁊ Sali. in. l. quoniã
liberi. C. de teſti. Anto. de Butri. in. c. quoniam. extra eod. titu.
Franc. de Are. in conſilio. lxj. ⁊ maxime ſtante eius depoſitione
ideſt ipſius Antonini facta in tortura ⁊ ſic magis augeť fides
7 torti vt no. in. l. ex libero. ff. de queſtio. ita dixit Bar. ⁊ Bald. in
l. j. C. de ſum. trini. ⁊ fide catho.
8 ¶ † Vltimo non obmittendum cenſeo ꝙ concurrente criminis
enormitate iura tranſgredi liceat per text. in. l. omnes. C. de de-
fen. ciui. vbi ratione enormitatis delicti inquiſito ⁊ pro eo com
parentibus interdicitur audientia per quem text. dixit pulchre
Ange. in tracta. malefic. in verſic. ⁊ veſtem celeſtem in verſi. non
obſtante qđ pro inſignibus malefactoribus iudex interdicit of-
ficiũ aduocato. hinc voluit Bal. in. c. obtẽtas qualit. olim feu.
alie. pote. qđ propter caſus terribiles licet iura tranſgredi. hinc
dixit Bal. in. c. cum quidam. in fine. de iureiuran. qđ licet nobi-
8 les furcis non ſuſpendantur † tamen concurrente enormitate
criminis ſuſpenduntur ⁊ altioribus furcis. vnde ſtante crimi-
nis immanitate videretur dicendum poſſe procedi ad torturã
ex proceſſu informatiuo contra prefatum Galienum per text. in
9 c. pro humani. de homi. in. vj. † ibi in verſi. probabilibus argu-
mentis per quem ita tenet Hoſtien. Ioan. Andre. ⁊ Geminia.
ac Philip. Franc. ibidem ⁊ ſequitur Hippoly. Marſil. in. l. j.
in princip. ix. columna. ff. de queſtionibus. Alexand. in conſilio
lxv. primo volumine. ⁊ in conſilio. xlj. ſecundo volumine. maxi-
me vigente in loco copia falſorum teſtium vt ibidem meminit
Alexan. ⁊ optime etiam conſuluit Andreas Barba. in ſuo con
ſilio penultimo. primo volumine.
10 ¶ † Maxime cum in qualibet diſpoſitione nunq̄ de iure intel-
ligantur crimina ⁊ delicta atrociora incluſa nec contineri pro-
ut in ſimili ponit gloſ. in. l. ſecunda. ff. arbo. fur. ceſa. quod pro-
pter immanitatem criminis reus mortuus poteſt dari beſtijs
laniandus in cibum licet in alijs debuiſſet humari ⁊ alibi dixit
gloſ. in. §. per contrarium inſtitu. de heredi. que abinteſt. defer.
qđ propter enormitatem criminis fama defuncti damnatur.
hinc Ludo. in. l. ſi quis in graui. §. hi quoqꝫ. ff. ad ſillan. dixit ꝙ
ſi per ſtatutum conceditur abolitio ſeu indultus delinquenti-
bus non extenditur ad criminoſos grauiorum criminum. ⁊ di
11 xit Bar. in. l. lucius. in fine. ad turpilla. † qđ eo caſu non compre
henderetur crimen falſi in remiſſione ſeu indultu. quibus non
militantibus ſum voti contrarij ⁊ contrariam ſententiam ar-
bitror de iure veriorem.
¶ Et in primis conſidero quod contra eundem Antoninum
dum fuiſſet formata inquiſitio venenationis prefate fuit com-
pertum quod in magazeno in quo ipſe degebat aſtabat quod-
dam mortarium marmoreum abſconſum ſubtus gradus in
quo pauloante fuerat audita trituratio ſeu ſonitus per vicinia
ſeu a vicinis ⁊ ipſo mortario viſo ac inſpecto per plures exper-
tos repertum fuit toxicum ſeu arſenicum fuiſſe in eo trituratũ
concurrente maxime querela vxoris defuncti venenati in qua
aſſerit ipſum Antoninum trituraſſe venenum in mortario pre
dicto exiſtente in magazeno ob quod aſſeſſor curie capitanei Li
cienſis cum magiſtro actorum acceſſit ſuper loco ⁊ comperto
mortario predicto illud exhibuit expertis iam examinatis ⁊ at
teſtati ſunt vt ſupra.
¶ Concomitatur etiam predictis venenum compertum fuiſſe
emptum per eundem Antoninũ a leone ſagiſta aromatario/vt
verificatum eſt ad inſtantiam eiuſdemmet curie coadiutoris
qui etiam produxit in teſtem Robertũ famulum prefati quon
dam Iulij deponentem de malo animo predicti Antonini ad-
uerſus Iulium ⁊ inſuper quod per Diomedem patrem ipſius
Iulij fuerat ſcriptum eidem Iulio vt ſub pena maledictionis
paterne eundem Antoninum dimitteret ab eius ſeruitijs. vn-
11 de ſuccedit iuris diſpoſitio quod vna preſumptio tollitur per
aliam dixit Barto. in. l. diuus. C. de integ. reſtitu. Cy. in. l. ſi cũ
dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimonio. Bald. in. l. fi.
de heredi. inſtitu. ⁊ in. l. quamuis. C. de impube. ⁊ alijs ſubſti. ⁊
13 conſuluit Alexand. conſilio. lxxvij. vbi dicit † qđ vnum indiciũ
tollitur per aliud ⁊ probat bene text. in. c. auditis. extra de cri-
mi. falſi. ⁊. c. tuam. ⁊ ibi gloſſ. extra de ſponſa. Ioan. de Ana. in
conſilio. xix. incipiente. Viſis inſtrumentis. in tertia columna.
Alexander in conſilio. cij. incipiente. videtur. vij. columna. pri
mo volumine. ⁊ habetur in. l. mater. ⁊ ibi Angelus ⁊ Salice.
14 C. de calumnia. ⁊ idem dicimus in coniecturis † quod vna con-
iectura tollitur per aliam Bald. in conſilio. cccij. incipiente. pro
ponitur. in. ij. volumine. Fulgo. in conſilio. clxxiij. incipiente. in
cauſa ⁊c. Angelus in. l. iniuriarum. in. §. ſi quis de honore. ff.
de iniurijs.
¶ Accedit inſuper quod dum prefatus Antoninus delictum
iam confeſſus fuiſſet tranſmiſſus ad ſupplicium ⁊ proprie eo
tempore quo eius peccata confeſſus fuerat ſacerdoti ⁊ exibat a
carcere vt duceretur per miniſtrum ſeu executorem iuſtitie ad
patibulum furcarum qui etiam ⁊ poſt in itinere ⁊ vſqꝫ ad lo-
cum patibuli ⁊ mortis inſtantis ſemper aſſeruit ⁊ aſſerebat ſe
falſo inculpaſſe predictum Galienum ad alterius ſuggeſtionẽ
⁊ quod Galienus fuerat innocentiſſimus. quo caſu licet ſtetur
contra ſe ipſum confeſſio tamen predicta ſua ad exculpationem
15 ipſius Galieni probabit † ⁊ proficiet eidem Galieno ita in pro-
prijs terminis voluit Andreas de Iſernia. in conſtitu. regni ſi
damna clandeſtina col. verſic. ⁊ idem etiam
voluit Hyppo. Marſi. nullam de andr. faciens mentionem in
ſua practi. criminali. in. §. reſtat. in. iiij. colum. pro quorum opi-
nionis corroboratione facit ratio a communiter accidentibus
cum quilibet videns ſe de proximo moriturum non preſuma-
tur mentiri aut deum offendere ⁊ maxime tali tempore quo ani
ma diſceſſura eſt a corpore ⁊ experientia quotidie comperimus
ſicarios ac facinoroſos tunc temporis ad maximam contritio-
nem ⁊ penitentiam redactos ob qđ pulchre refert diuus Hiero
nymus quod facile omnia contemnit qui cogitat ſe moriturũ
⁊ multo fortius q̄ reperiť in inſtanti periculo mortis ⁊ minime
euadere poſſe preuidet. ⁊ ſic aſſerens quem conſtitutum in mor
16 tis articulo † mentiri diceret contra veriſimile: contra quod ve
niens audiri non debet. ita dicit Petrus de Anchar. in conſi-
lio. clvij. incipien. viſa facti narratione. in. vij. col.
¶ Nec militaret dicere prout dicit Baldus in titu. de pace con-
ſtan. in verſic. vaſalli. quod non omnis qui moritur ſit ſanctus
Ioannes Baptiſta ſeu Euangeliſta; nam ex hoc non tollitur
quin maior pars migrantium ab hoc ſeculo non nitatur mori
abſqꝫ onere conſcientie vt a communiter accidentibus comper
tum eſt: quod eſt validum argumentum ⁊ non a raro contingẽ-
tibus. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. l. palam. ff. de
ritu nupti. ⁊ leges adaptantur ad ea que frequentius accidunt
17 vulga. l. nam ad ea. de legibus. † ⁊ maxime cum conſtitutus in
mortis articulo non preſumatur mentiri. ita Bald. in conſilio
xxv. incipien. caſus ſuper quo. ij. colum. in primo volumi. cum
nemo preſumatur immemor ſalutis eterne. l. fi. C. ad legem iul.
repetun. c. ſancimus. j. queſtio. vij. ⁊ maxime dum laborat in ex-
tremis quia eo caſu non preſumitur mentiri dum cogitat eius
animam breui ab eius corpore ſeparari. ⁊ idem reperio conſu-
luiſſe eundem Marſil. in ſuo conſilio centeſimonono. penulti.
columna. 30. numero ⁊. 31.
¶ Nec militaret depoſitio olim ſeruuli ipſius Galieni de qua
ſupra dum depoſuit vidiſſe triturari quandam rem albam per
ambos ⁊ quod demum illa appoſita in Cartocio per prefatum
Galienum eandem aſſignauerat eidem Antonino accedendo
cum eo vſqꝫ ad ianuam domus in qua aſtitit per certum tem-
poris ſpatium cum eo ſecrete alloquendo.



UVA. BHSC. IyR_279_2

¶Antonīnas vero nihil de trituratione predicta nec per ſe
nec per Galienum facta depoſuit nec quod ſteterit poſt habitū
cartocium cum ipſo aliter loquendo ſed ſolum depoſuit quod
aſſignato ſibi cartocio dixerat ſibi. va mo che e andato Rober-
to per lo ſeruppo ⁊ ponencello dentro: ⁊ ſic ipſe receſſit quod
quidem non apparet eſſe abſq; diuerſitate imo contrarietate
inter eos: ⁊ tamen circunſcriptis predictis abſq; veri preiudi-
cio depoſitio illius ſeruuli contra dominum non tenet quan-
do vere ſeruulus ille fuiſſet maior etate niſi alia concurrerēt in-
18 dicia contra † dominum. vt dicit Barto. in. l. inter omnes. in. §.
ſi recte. ff. de fur. Barto. in. l. quero. in fine. ff. de edil. edic. ⁊ in. l.
cum probatio. ff. de probatio. ⁊ conſuluit Alexander in conſi-
lio. xxiiij. in ſecundo volumi. imo etiam ſeruus qui liber reputa
retur teſtis eſſe non poteſt dicit Specu. in titu. de teſtibus. §. j.
19 verſicu. quid ſi tantum. maxime † cum dicatur vilis perſona ⁊
ſic non poteſt in cauſa graui imo grauiſſima prout eſt iſta teſti-
ficari niſi cum tortura. ita voluit Bald. in. l. milites. C. de que-
ſtionibus. ⁊ melius in auten. ſi dicatur. vltima columna. verſi.
tertio caſu. C. de teſtibus.
¶Unde ſatis ad propoſitum ex prefatis ſuccedit magna imo
maxima eliſio indiciorum prefatorum ⁊ iure cautum eſt quod
20 vbi extarent indicia ſufficientia ad torturam † contra aliquem
vnumquodq; quod vigeat in contrarium illa elideret intantū
quod torqueri non poſſet vigore illorū indiciorum voluit Jo.
And. in regula cum in contemplatione de reg. iur. Bal. in. l. fi.
C. de pba. ⁊ in. l. j. ad fi. C. communia de leg. ita in ſpecie conſu-
luit Alexand. de Jmo. in conſilio. clxxix. tertia columna. ſecun-
do volumine. ⁊ ideo dixit in ſpecie Bald. in. l. ij. prima colum.
quorum appella. quod licet vnus bonus teſtis faciat indicium
21 ſufficiens † ad torturam id intelligendum eſt niſi aliqua alia cō-
iectura reſiſteret in contrarium. ita etiam conſuluit Alexander
in conſilio. cxxiiij. incipien. quoniā abunde deductum ⁊ allega-
tum eſt in. ij. col. in ſexto volu. ⁊ ideo non ab re dixit Bartol. in
l. j. §. ad queſtionem. verſicu. nec facile. ff. de queſtio. quod quan
22 do torquendus † habet aliqua indicia pro ſe indicia que vigent
contra ipſum debent eſſe magis grauia ita quod preponderent
adeo vt ad torturam deueniri poſſit. idem referunt ⁊ ſequuntur
Moder. Senenſes in tracta. de indi. ⁊ tortu. v. charta. in verſic.
circa quintam queſtionem. verſicu. illud eſt bene not. ⁊ iſta erit
prima limitatio ad preeminentiam magne curie vicarie vt eius
virtute procedi non poſſit ad torturam quando aliquid vige-
ret contra indicia vt ſupra ſeu quando aliqua coniectura reſi-
ſteret in contrarium ſeu quando in informatione capta contra
inquiſitum eſſent aliqua indicia pro ipſo inquiſito id eſt ī eius
fauorem ⁊ illa que apparent contra ipſum non eſſent longe ma
gis grauia per. ſ. dicta ⁊ licet poſſent ad prefata dici eſſe tres li
mitationes ad preeminentiam prefatam attamen quia reflectū-
tur in vnum ego poſui pro vna tantum.
Item adducitur quod Galienus ipſe allegauit ſeu obiecit ſer-
uum illum eſſe impuberem ⁊ minorem vndecim annorū ⁊ tem
pore lati teſtimonij ſunt iam duo anni elapſi erat iam minoris
etatis vndecim annorum offerendo illud verificare quod tan-
to magis eſt offerendo inſuper ſe probaturū rem illam albam
quam dederat Antonino fuiſſe mannam eidem erogatam pro
medela petrelli prefati vt ſupra. Ex quibus videtur talia in me
23 dium adducere † que ſi probaret ceſſare deberet tortura. ⁊ ideo
eo caſu audiendus eſt ſuperſeſſa tortura. ita in proprijs termi-
nis tenet Gandi. in tracta. malefic. ſub rubrica quis ſit effectus
queſtionis in verſicu. ſed quid erit. de queſtio. de facto ſubdens
quod ita ſuper hoc ſibi conſuluit domi. Lambertinus Ram-
polus. ⁊ idem voluit Paulus de Leaz. in commento. c. grauis.
de depoſitio. circa vlti. col. ⁊ idem in proprijs terminis reperio
conſuluiſſe Alexand. in conſilio. lxv. in primo volu. ⁊ idem in
regno tenet in ſpecie dominus Bartholo. de Capua. in. c. regni
incipiente: ſi iuſte quis appellauerit. ſub titu. quod recipiatur
appellatio a tormentis in additione incipien. ſed pone. circa fi.
in char. lxxiij. ⁊ ratio vrgentiſſima ſuperſedendi in tortura erit
vt ipſi dicunt quod ſi poſt torturam differetur defenſio nunq̄
per appellationem poſſet poſtea recuperare detrimentū mem-
brorum ⁊ ſic poſt ſibi illatam torturam tarde probaret cū iſtud
grauamen poſtea non ſit reparabile. l. ſecūda. ff. de appellatio.
recipien. ⁊ idem probat prefatus dominus Bartholomeus de
Capua vbi ſupra dicens quod ſero appellaretur ſi prius pone-
retur ad torturam ⁊ iſta erit ſecunda notabilis ⁊ menti tenen-
da limitatio ad preeminentiam magne curie vicarie.
¶Nec reſpectu enormitatis criminis vendicaret ſibi locū pre-
eminentia predicta in caſu premiſſo cum illa ortum ſumpſerit
a capitulis regni. ⁊ preſertim a cap̄. in accuſatis. a cap̄. tormētis.
a cap̄. iuris cenſura. a cap̄. prouiſa iuris ſanctio. ⁊ a litera arbi-
trali ſi cum ſceleratis ⁊c. que melius ⁊ clarius ceteris loquitur:
ex quorum capitulorū ⁊ literarum diſpoſitione apparet conceſ
ſa dicta preeminentia torquendi eidem magne curie ex proceſſu
informatiuo, vt dicit Par. de Puthe. in tracta. ſyndica. in ver.
tortura. in. c. quia plerunq;. in verſi. an ſi quis dixerit. ij. col. vbi
ſubdit ꝙ raro vtitur magna curia preeminentia prefata niſi in
24 latronibus inſignibus † valde diffamatis ⁊ in notorijs crimini
bus concurrente tamen leuitate vite torquēdi. ⁊ idem ſequitur
affli. noſter Neapolitanus in ſuis deciſio. quas dicit eſſe. ſ. dicti
concilij in deciſ. cccxcj. vbi in ſpecie teſtatur fuiſſe in. ſ. dicto con
cilio dictum ⁊ concluſum tam per iudices magne curie vicarie
quam per. ſ. dictum concilium quod contra latrones inſignes
diſrobatores ſtratarum: incendiarios violentos raptores ⁊ cō-
mittentes grauia crimina contra quos laborat infamia contra
iſtos procedi poteſt iuris ordine non ſeruato ⁊ ſic ex proceſſu in-
formatiuo ad torturam: ſed ſi inquiritur contra vaſallum regis
bone fame de aliquo delicto non notorio tunc non eſt iuſtuz qd
procedatur ad torturam ex proceſſu informatiuo quia eſſet tol-
lere defenſionem ꝙ iura abhorrēt ⁊ ita demū ſubdit vidiſſe ſer-
uatum ⁊ hoc reſpectu ſtilus in ipſa magna curia qui ſtilus ſer-
uari debet. ita in particulari conſuluit Alex. de Jmo. in conſi.
xlj. incip. habita ſuper contentis. vlti. colū. in. ij. vol. vbi etiam
dicit ꝙ ſtilus ⁊ conſuetudo poſſit derogare ſolennitati citatio-
nis vt dicunt Bar. ⁊ Sali. in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. ⁊
idem reperio conſuluiſſe Alex. in ſuo conſi. lxv. in. j. volu. ꝙ ma-
xime intelligendum eſt cum grano ſalis vbi agitur de vita ho-
minis cum ad deum ſpectet quando velit hominem mori quia
vt dicit Hermogenes Philoſophus vt refert Ariſto. in lib. de
regimine principis in. c. de regis iuſtitia. ꝙ quando creatura in
25 terficit † creaturam omnes virtutes celorum clamant ad diuinā
maieſtatem dicentes domine domine ſeruus tuus vult eſſe tibi
ſimilis: ⁊ Deus reſpondet ipſe interficit ⁊ interficiet: mihi vin-
dictam ⁊ ego retribuam. ⁊ ideo quando iudex rite ⁊ recte ali-
quem condemnat ad mortem hoc facit tanquam miniſter dei:
ſecus quando non rite nec recte ⁊ ideo ſatis aduertendum.
¶Et vltra predictam preeminentiam ⁊ capitula regni ex qui-
bus ſtilus ſeu preeminentia prefata dicitur emanaſſe: extat etiā
26 iuris communis † diſpoſitio vt contra hominem male condi-
tionis ⁊ fame poſſit iudex procedere ad torturam non data co-
pia indiciorum. ita tenet ſingulariter Guido de ſuza. in tracta.
malefi. ſub rubri. qualiter fuit inquiſitio in prin. Gand. in trac.
malefi. ſub rubrica quomodo cognoſcatur de malefi. per inqui
ſitionem in verſi. ſed quero facta ⁊ completa. ⁊ ibi allegat hoc
voluiſſe Specu. de quo ibi per eum ⁊ ita etiam prefatos Doct.
referendo tenet Auguſti. Ari. in addi. ad Ange. in trac. malefi.
in verſi. fama publica. in. v. char. in ver. item aduertas. in addi.
incipi. tu autem. in hac materia adde vnam ſingularem limita-
tionem: verum limitat procedere quando iudex ex officio pro-
cederet ſecus ſi ad poſtulationem partis quia tunc eſſet danda
copia. ⁊ idem refert ⁊ ſequitur Hippoly. Marſi. in. l. j. viij. col.
verſi. ⁊ inquantum. ff. de queſtio. ⁊ ideo ex ſupraſcriptis elicio
tertiam limitationem ad preeminentiam magne curie vt non
27 habeat † locū contra hominē bone fame etiam ꝙ contra ipſum
exiſteret indicium ad torturā ſufficiens. vt pulchre voluit Bal.
in. l. fi. in fine. vlti. col. de probatio. vbi in ſpecie dicit ꝙ licet con
tra inquiſitum ſit indicium ſufficiens ad torturaz ſi tn̄ ſit bone
fame non poterit torqueri. idem refert ⁊ ſequitur Alex. ī. l. fi. in
apoſtil. ff. de q̄ſtio. ⁊ idē Alex. in cōſi. xc. incip. viſo themate ante
ſcripto. pe. col. in. iij. vol. Catald. de Uixo. in trac. ſyndi. in verſi.
cccccxlij. incip. adde quia ſepe Corne. in conſi. lviij. incip. viſa in
quiſitione. iiij. col. ij. vol. Cepol. in conſi. xl. incip. lucius. ix. col.
Alexand. in. l. fi. ff. de queſtio. iiij. ⁊ pe. apoſtil. Philip. Decius
conſilio. clxxxix. incipien. letatus ſum. penulti. colū. vbi allegat
Bald. in. l. j. in fine. C. loca. dicentem ꝙ preſumptio delicti tolli-
28 tur ex preſumptione † bone fame. imo ex bona fama indiciū tale
ſufficiens ad torturam extinguitur voluit Bald. ⁊ Jo. de imo.
in. l. fi. ff. de heredi. inſtitu. Sali. in. l. fi. vlti. colū. de queſtio. Au-
gu. in additio. ad Ange. in verſi. fama publica. in additio. ma-
gna incip. tu autem in hac materia. ⁊ idem pulchre conſulendo
ſequitur Hippo. Marſi. in ſuo conſi. lxxiiij. iiij. col. j. vol.
¶Primo allegauit prefatus Galienus nonnullos teſtes exami
natos contra ipſum eſſe ſuos inimicos capitales. ⁊ ideo limito
⁊ quarto non habere locum preeminentiam prefatam vt quis
torqueri poſſit ex proceſſu informatiuo vbicunq; torquendus
29 dixerit teſtes examinatos † contra ipſum eſſe ſibi inimicos capi
tales id probare ſe offerens incontinenti quia eo caſu debet au-
diri nec poterit ad torturam procedi ſed interim differri tex. eſt
in. §. ſi vero quis dicat. in aut. de teſti. ita in particulari voluit
Philip. in. c. ex parte. vlti. colū. extra de teſti. ⁊ idem ante eum
voluit Andreas de Jſer. de quo Feli. non meminit in conſtitu.
30 regni humanitate. penul. col. † quod comprobando dico quod
licet

UVA. BHSC. IyR_279_2

licet in crimine leſe maieſtatis admittantur teſtes inhabiles et
infames:ſicut etiã in crimine hereſis vt inquit Bar.in.l.in que
ſtionibus.ff.ad.l.iul.maieſtatis plene Alexan.in conſilio.xj.in
primovolumi.attamen non admittentur teſtes inimici vt dicit
Bar.in.d.l.in queſtionibus.ꝛ ante ipſum Specu.in titu.de ac-
cuſa.§.j.verſicu.ſi.Alexand.conſilio.cxxvj.in quarto vol.Par.
de pute.in trac.ſind.in ver.ſuſpitio vbi nullam de preallegatis
deciſionibus mentionem facit.
¶Item huiuſmodi preeminẽtia ſumpta ex prefatis capitulis
regni non ita nude ꝛ indiſtincte locum habere intelligenda eſt
ꝛ indifferenter ſed cõtra diffamatos ꝛ reprobos vt patet ex ver
bis dicte litere arbitralis ſi cuꝫ ſceleratis ꝛc.ibi dum dicit quos
notabiliter fama grauat ꝛ infra ibi aut infamatos.Item habe
bit locum contra infamatos grauiorum ſcelerũ ꝛ vulgari quo-
dammodo populi opinione grauatos:item vendicat ſibi locũ
iuxta mentem ꝛ verba ipſorum capitulorum vcꝫ contra reitera
tores criminum quod ſatis ponderandum eſt vt apparet in ca-
pitulo prouiſa iuris ſanctio ibi frequentiuſq; peccantibus ꝛ in
capitulo creſcit culpa ibi aggreſſiones ingeminant ꝛ in capitu.
ſi cum ſceleratis.quod litera arbitralis eſt ibi quos crebra com-
miſſio criminum dat inſignes ꝛ ſic apparet quod non indiſtin-
cte contra quẽlibet delinquẽtem ſeu inquiſitum de crimine niſi
concurrente mala conditione ꝛ fama que non concurrũt aduer
ſus prefatum Galienum mercatorem legalem ꝛ optime fame:et
ſic cum non appareat de diffamatione ſeu infamia cõtra ipſum
31 que ante omnia †ꝓcedere debet corruit inquiſitio ipſa ꝛ ſic quin
to limito non habere locum preeminẽtia prefata vt habetur in
capi.qualiter ꝛ quando el.ij.de accuſa.ꝛ in capitu.j.ꝛ.ij.eodem
titu.in ſexto ꝛ in.c.licet heli.de ſimo.ita dicit Specu.in titu.de
inquiſi.§.j.in prin.Sali.in.l.quod promulgatis.C.de offic.pre-
fec.vrb.Rapha.Cuma.in conſilio.cxxxv.incipiẽte ad primũ in
princi.ꝛ intantum hoc eſt verum quod inquiſitio nõ procedit
contra non diffamatam quod licet teſtes producti ſuper huiuſ-
modi inquiſitione probent crimen de quo tamen inquiſitus nõ
32 erat diffamatus †tamen tales teſtes illi inquiſito non preiudicãt
ita ſpecu.in titu.de inquiſitio.§.nunc videndum.iij.colum.in
prin.refert ꝛ ſequitur Bal.ibi in additio.in vltimo verſiculo ꝛ
idem tenet Specu.expreſſius in titulo de inquiſi.§.nunc tracte-
mus.xj.col.verſi.nam ſi aliqua ꝛ eſt recte intuenti text.expreſſus
in.c.inquiſitionis.§.tertie dubitationis.de accuſa.ꝛ ideo dicit
Bal.in capitulo primo.de offi.ordi.quod ſi ſtatutum dicat qđ
poteſtas in criminalibꝰ libere poſſit inquirere quod tamẽ pro-
pter hoc non poterit inquirere non precedente infamia ꝛ idem
tenet Joan.And.in capitulo cum oporteat in princi.de accuſa
tionibus refert ꝛ ſequitur Jaſo.in.l.milites.C.de teſtamen.mi-
lita.vbi ſubdit qđ licet Papa mandet inquiri cõtra aliquos in
genere:tamen hoc mandatum pape debet intelligi ꝛ limitari
infamia precedente ꝛ non aliter:ꝛ idem tenet Cardina.in clemẽ
tina prima in ſexta columna verſiculo nono quero de offi.ordi
na.vbi in ſpecie dicit quod tenet ſtatutum ſuperioris mandans
quod poſſit inquiri contra non diffamatum ꝛ ſic erit quinta li
mitatio ad preeminentiam prefatam.Non tamen omittendum
cenſeo tanquam pulchrum ꝛ ſubſtantiale dictum in hac mate-
33 ria quod †ad probationem infamie ſeu diffamationis aut bone
fame poteſt iudex ſe informare ſine ordine iudiciario ac ſine or-
dine in forma iudicij recepto ꝛ etiã per teſtes inhabiles:ita pul
chre Bal.in.l.qui teſtamento.§.contrarium.ff.de teſtamen.alle
gat Innocen.in capitulo cum in tua.extra de ſponſa.ꝛ facit be-
ne not.per Panormita.in capitulo primo.in ſi.commẽti extra
de poſtu.prela.refert ꝛ ſequitur Jaco.de ſan.Georg.in.l.teſtiũ.
§.eiuſdem quoq;.iiij.col.C.de teſti.
¶Nec ſuffragaretur fiſco dicere quod hic Galienus alias fuit
infamatus de homicidio ſunt iam multi anni elapſi ꝛ ſic argui-
tur male fame quo caſu videtur habere locum preeminẽtia pre-
fata nam reſpondetur qđ licet de hoc taliter non conſtet ex quo
poſſet mala fama ĩferri:attamẽ illa nõ eſſet in eodẽ genere mali
id eſt in venenando cum longe deterius ſit hominem veneno ne
34 care ꝙ gladio †occidere per text.in.l.j.de maleſic.ꝛ mathe.ꝛ ad
hoc vt mala fama ſortiatur effectum ſuum ꝛ locum habeat re-
quiritur quod fuerit in eodem genere mali non autem in diuer
ſo genere:ita dixit Barto.in.l.caſſius.de ſenato.Bald.ꝛ Imo.
in.l.vlti.ff.de heredibus inſtituendis.vltima columna ꝛ ſubdit
Joan.de Imo.verba Bal.eſſe bene not.pro limitatione dicte re
gule ſemel malus:ꝛ idem conſuluit in ſpecie Alexã.de Imo.in
conſilio quinto in ſecunda columna primo volumine incipien-
te in cã inquiſitionis ſequitur cotta in memoralibus ſuis in v-
ſic ſemel malꝰ ꝛ iſta erit ſexta limitatio ad preeminẽtiã prefatã.
¶Item ꝛ ſeptimo limito non habere locum preeminentiã pre
35 fatam niſi precedat †infamia in perſonam torquendi vt omnia
ſupradicta regni capitula expreſſe loquuntur ꝛ tenet Andreas
de Iſernia in conſtitu.ſi damna dum dicit quod requiritur le-
uitas vite torquendi vt tortura ipſa locum habeat ꝛ in hoc ſatis
eſt bene aduertendum quia ad probationem infamie non ſuffi-
cit quod ita dicatur vel quod ita dictum ſit niſi etiam cõuictus
fuerit ita ad literam dicit And.de Iſernia in titulo de pace te-
nenda.in verſicu.publici latrones ꝛ probatur bene per text.in
l.ictus fuſtium.ꝛ ibi Barto.ꝛ doctor.C.de infa.ꝛ ideo dixit Pe
trus de Ancharano in conſilio centeſimo octuageſimonono in-
36 cipiente tribus de cauſis quod †ad hoc vt quis dicatur infamis
ob delictum ſeu crimen requiritur eius confeſſio in iudicio vel
ſentẽtia iudicis nec ſufficit ꝓbatio criminis allegat ita voluiſſe
Joan.And.in capitulo ſi quis.de preſcriptio.in ſexto ꝛ dicit ꝙ
pro hoc facit not.in clemen.religioſi extra de ſentẽtia excommu-
nicatio.ꝛ refert ꝛ ſequitur Hippoly.Marſi.in ſua practi.cauſa
rum crimi.in.vj.char.in verſicu.aggredior.verſicu.pro quo etiã
facit nam non ſtatim quod quis accuſatur de crimine reus eſt
aut dici poteſt:ſed quiꝰ conuincitur tex.eſt in capitulo finali.
in ſi.xv.diſtin.in vlti.q.ꝛ in capitulo nonne.viij.q.iiij.ꝛ in capi-
tulo eorum.xj.queſtione tertia ꝛ in capitulo laudabilem.vt lite
penden.ꝛ tenet Specu.in titu.de aduo.§.ſequitur circa princi.
ꝛ conſuluit Hippoly.Marſi.conſilio.lij.numero decimoſepti-
37 mo in primo volumine.†Nam quis non dicitur talis donec
ſit pronunciatus pro tali dixit Specula.in titulo de inſtrumen.
edit.§.reſtat verſiculo quid ſi tabellio.in verſiculo quid ſi confe-
ctum.Soci.in conſilio.lj.incipiente preſtantiſſime Doctor.iij.
colum.Pau.de caſtro conſilio trigeſimoſecundo in fine verſicu.
Pet.de Anchara.conſilio centeſimo quadrageſimoprimo inci
piente per prefata ꝛ idem Hippoly.Marſil.in conſilio ſexage-
ſimoquarto numero decimoquinto ꝛ conſi.ſeptuageſimoquar-
to numero trigeſimoquinto ꝛ conſilio octuageſimoſecundo nu
mero vigeſimooctauo in ſecundo volumi.ꝛ conſilio nonageſi-
moquarto numero tertio ꝛ trigeſimoquinto eodem volumine.
¶Item proceſſus curie prefate non fuit fabricatus in magna
curia vicarie:ſed in curia capitanei licienſis ac etiam in prouin-
ciali audientia idrontina ꝛ hec preeminentia conceſſa fuit ma-
giſtro iuſticiario per verbum tu ꝛ tibi committimus vt appa-
38 ret in ſupradictis capitulis †ꝛ clarius in dicta litera arbitrali ſi
cum ſceleratis ꝛ ibi in verſi.tu ſolus ꝛ magis infra ſi tibi conſti-
terit ꝛ inferius ſi tibi conſtiterit per teſtes quos tantum ad tui
informationem recipere te volumus clariſſime liquet quod re-
gens ꝛ iudices debent ipſi capere informationem ꝛ videre ꝛ co-
gnoſcere teſtes quomodo ꝛ qualiter deponant contra inquiſitũ
ad hoc vt ſit locus torture iuxta illud tu magis ſcire potes ꝛ ma
xime cum tractetur de maximo preiudicio torquẽdi ex proceſſu
informatiuo ꝛ ipſe debet ꝓſpicere omnia iuxta mentem dicti ca
pituli ꝛ non confidere de vita ꝛ honore hominis vni ſcribe fiſca
li preſertim cum.d.litera arbitralis hoc expreſſe ꝓ̃ſupponat in
verſic.tu ſolus.ꝛ ideo ſuccedit quod dixit pulchre Bal.ꝛ Imo.
39 in capitulo fina.extra de officio delegati.quod †ſi eſt mãdatum
officiali per hec verba tu per te cognoſcas eſt electa induſtria per
ſone vt non poſſit per alium explicari ꝛ tamen magis eſt dicere
tu ſolus vt hic iunctis etiam verbis ſubſequentibus ꝛ pariter
propter excellentiam perſone ꝛ dignitatem cui fuerunt verba
dictorum capitulorum directa cenſetur electa induſtria perſone
l.j.ff.de offi.prefe.preto.
40 ¶†Item ſi in literis apoſtolicis dicitur informes per te ipſum
important hec verba quod debeat per ſe ipſum informare ꝛ nõ
per alium ſubſtitutum loco ſui et ſic nõ poſſet alteri ſubdelega-
re vt in capitulo fina.de officio delegati.capitulo cum dilecta.ꝛ
ibi not.de reſcriptis.l.vnica.§.non autem.C.de caducis tollen.
nam important iſta verba ac ſi dictum fuiſſet perſonaliter te in-
formes:vt in.l.fideicommiſſa.§.fina.verſiculo per ipſum id fieri
ff.de lega.iij.ita conſuluit Alex.in conſilio.cxvij.in ſecundo vo
lumine in vltima columna vnde cum non fuerint recepti teſtes
per magnam curiam nec in magna curia apparet nõ eſſe locum
preeminentie predicte maxime cum virtute illius geminationis
illiꝰ ꝓnominis tu tu ſeu tu parte ꝛc.non poteſt alteri ſubdele-
gari ꝛ iſtud dictũ dicit eſſe ſingula.ꝛ nouũ ꝛ paucis cognituꝫ
Jaſon May.i.l.prima ſeptima columna in ſeptima limitatio-
ne.ff.de officio eius.idem Jaſon.in.l.penultima.ad finem.C.de
pactis.ꝛ in.l.prima.§.primo.in primo notabi.circa finem.ff.de
acquirenda poſſeſſione ꝛ ſequitur Barba.in conſilio primo in
cipiente ex ſacris columna vigeſimaquinta.verſiculo ꝛ eſt pon-
derandus in primo volumi.ꝛ Corne.in conſilio.lxvij.incipien.
plene quidẽ ꝛ egregie.ij.col.vbi plura ſimilia reaſſumit.ꝛ ſic pre
allegata procedere debẽt in caſu ꝓmiſſo cũ nõ fuerint examinati
teſtes ꝑ ipſam magnã curiã nec ẽt ꝑ capitulũ licienſe aut audito
rem prouincialem ſed per notarium actorum capitanei quo ca-
ſu nõ poteſt procedi ad torturã niſi quando per iudicẽ fuiſſent
42 teſtes †examinati ita tꝫ Hipp.Marſi.in.l.j.iiij.co.v.vij.regrit.

UVA. BHSC. IyR_279_2

ff.de queſtio.vbi dicit quod in cauſis criminalibus debet iudex
ipſe recipere ⁊ examinare teſtes nec notari⁹ hoc facere pōt abſqꝫ
cōmiſſione iudicis et ex cauſa:ita colligitur ex not. in clemen.j.
de officio delega.⁊ ibi clarius gloſſ.⁊ Baldus in rubrica de cō-
trouer.inueſti.ſecunda columna ⁊ facit text.in auten. apud elo-
quentiſſimum.C.de fide inſtrumen.⁊ ibi docto.⁊ Specu.in tit.
de teſte.§.primo verſiculo item quod eſt criminalis: et tenet in
ſpecie glo.Bald.⁊ Paulus de caſtro.in.l. hac conſultiſſima.§.
fina.verſiculo depoſitiones.C.de teſtamen.⁊ ſic iſta erit octaua
limitatio ad dictam preeminentiam videlicet vt locum non ha
beat quando teſtes non fuerunt examinati in eadem magna cu
ria ⁊ ita ſemper vidi ſeruatum maxime quando non fuerunt
examinati per actuarios eiuſdem magne curie.Nono et vltimo
limito preeminentiam predictam minime locum habere poſſe
vbi ſemel fuiſſet tortura illata inquiſito ſeu accuſato non da-
tis ſibi prius defenſionibus ex proceſſu ſic informatiuo. Nam
non poterit iudicio meo ex proceſſu informatiuo reiterari cum
talis preeminētia intelligi debeat de prima vice tantum ⁊ ſic de
primo actu per tex.in.l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de le-
ga.iij.et in.l.cum pater.§.pater certam in fi.de lega.ij.quod ma
xime procedit cum iſtius preeminētie materia ſit odioſa quod
quis non datis ſibi prius defenſionibus que ſunt de iure natu-
rali torqueat̃ ⁊ ideo diſpoſitio ipſa debet in primo actu reſtrin
gi.c.non poteſt.§.j.de preben.in ſexto.⁊ facit quod no. Bal. in
l.licet.in quarta queſtione.C.loca.⁊ in.l.diuortio.§.quod in an
no.ff.ſoluto matrimonio.cuꝫ agatur de graui preiudicio quod
quis inauditus retorqueatur. Ideo tanto magis nō debet ha-
bere locū reiteratio. ſed debet preeminentia ipſa de primo actu
intelligi ex cauſa grauiſſimi preiudicij per ea que not.Anto.de
butr.in conſilio trigeſimo incipiente dubium ingerit columna
tertia.⁊ eſt bonus tex.in.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verborꝫ
ſignificatio.⁊ faciūt optime relata per Iaſ.plene in duobus.§.
ſi ei qui.ff.de iureiuran.cum hoc ſit priuilegium contra ius vt
44 inauditus torqueatur debet priuilegium ipſum intelligi vt mi
nus ledat ius cōmune ꝙ poſſit ⁊ pariter vt minus ledat ius al-
terius ita Baldus in.l.non ſine.de bo.que libe. capitulo quod
dilectio.⁊ ibi Panormitanus de conſanguinita.⁊ affini. Pa-
nor.in capitulo cum dilectus de clericis non reſidē.Alex.in cō-
ſilio.xv.in ſecundo volumi.Franci.Curti.cōſilio decimotertio
vltima colū.⁊ cum pluries magnificus fiſci patronus importu
naſſet iudices ſuper reiteratione torture ex ꝓceſſu informatiuo:
ex predictis ſemper mihi durū imo crudele viſum fuit cum iu-
ris cenſura non ſuadeat:vnde ex premiſſis ad laudem omnipo
tentis dei patris ſpiritus ſancti Ieſu Chriſti eiuſqꝫ genitru-
cis intercedentis glorioſe Marie ſit finis impoſita huic intel-
ligentie interpretationi : ac declarationi preeminentie ma-
gne curie vicarie : his fimbrijs ita dilatatis ad quas tot diui
legum patres regnicole minime aduerterunt ſed ſicco pede per
tranſcundo nobis poſteris materiam inueſtigandi dimiſerūt.
Ego Thomas Gramaticus Iudex magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Iuris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ In ſcemate concubine dicitur animi deſtinatio ⁊ proteſta-
tio que faciat mulierem concubinam.
2 Concubinatus an preſumitur exiſtente diſparitate perſonarum
non apparente de voluntate amborum quod voluerunt cōtra-
here concubinatum ⁊ non precedente proteſtatione concurren-
te continuatione temporis in concubinatu ⁊ qđ non breui du-
rauerit conuerſatio.
3 Diuturna cohabitatio ad inuicem an purget vetus ſtuprum et
preſumatur concubinatus.
4 Si mulier habet liberum arbitrium eundi ⁊ redeundi a concu
binario ⁊ animum retinet cum eo ⁊ vult concubinatum ⁊ non
contradicit ex tali perſeuerantia abſqꝫ vlla proteſtatione preſu
mitur concubinatus.
5 Obſcuro loco nata que dicatur ⁊ an baſtarda ita dici poteſt.et
nume.22.
6 Ad iuſtificandum concubinatum eſſe oportet plura concurre-
re imo ſeptem requiſita de quibus.⁊ numero.7.8.9.10.11.12.13.
14.15.16.17.18.⁊.19.
Virgo nec vidua honeſte vite poteſt eſſe concubina quia cū eis
contraheretur ſtuprum ⁊ non concubinatus niſi ab initio inter
terceſſerit proteſtatio.
17 Habens rem cum concubina alterius que nomē honeſte mulie-
ris non perdiderat committit ſtuprum.
18 Virgo vel vidua poſtꝗ̃ fuit ſtuprata ⁊ ſic a principio fuit deli-
ctum ex cohabitatione continuata non purgatur ſed augetur
delictum.
20 Mulier baſtarda nuptui tradita viro honeſto legitimo ⁊ na-
turali efficitur legitima ob qualitatem mariti.⁊ numero vige-
ſimoprimo.
25 Cognoſcens carnaliter virginem vel viduam abſqꝫ violentia et
ſine armis nō habet locum pena raptus:ſed ſi eſt nobilis amit-
tit dimidiam partem bonorum ſi autem vilis debet corporali-
ter puniri:ſed non mori ſed ſi abſqꝫ vi cognouerit eo modo pu-
nietur:tamen pena talis non excedet relegationem ſi mulier ho
neſta cognita fuerit quia habebit locum talis pena ſiue volens
ſiue nolens quia preſumitur ſeducta bonis verbis.
Pena ſtupri eſt pena dimidie p̃tis honorū cū relegatiōe.n.24.
Vbi pena pecuniaria dependeret ex delicto ſi non habet in ere
luat in corpore.

## Votum.IIII.

Redemptoris gentium
ſuffragio repetito.Amen.In cauſa honorabi-
lis mercatoris Bartholomei Fontana placenti
ni cum Adriana argenta querulante muliere
honeſtiſſima ex altera ⁊ reuerēdiſſimo fiſco ſu-
per pretenſo ſtupro commiſſo per eundem Bartholomeum in
perſonam prefate argente:eſt videndum an poſſit firmari ſtu-
prum fuiſſe commiſſum per eundem ita quod pena ſtupri puni
ri poſſit.
¶ Et prima conſideratione dubium faciebat quod non ex quo
retenta fuit in domo per eundem Bartholomeum in ſcemate
concubine vt in.§.ſi quis in autē.quibus mod.natura.effi.ſui.
1 ⁊ in.c.is qui.xxiiij.diſtinc.⁊.c.ſequen.⁊ dicitur in ſcemate † con-
cubine animi deſtinatio ⁊ proteſtatio que faciat mulierem con-
cubinam.l.pe.ff.de concubi.liquet enim multoties ⁊ coram plu
ribus eundem Bartholomeum dixiſſe ipſam Adrianā in con
cubinam tenere.Et pariformiter Adrianam eandem dixiſſe ſe
contentari in concubinatu permanere cum predicto Bartholo
meo ⁊ alibi dicitur in ſcemate concubine id eſt in habitu vt in
§.conſideremus.in autenti.de trien.⁊ ſemiſ.verſiculo nunc.Itē
preſumendum eſt etiam quod Adriana ipſa fuerit concubina
prefati Bartholomei reſpectu imparitatis perſonarū cum pro
batum fuerit prefatam Adrianam eſſe ſpuriam ⁊ ipſum Bar-
tholomeum eſſe de principalibus ⁊ honoratis ciuibus placētie
quo caſu ſi dici poſſet non apparere de voluntate ipſorum vo-
lentium contrahere concubinatum:⁊ ſic voluntas eſſet dubia
reſpectu imparitatis perſonarum non precedēte proteſtatione
concubinatus tunc etiam indubitanter preſumitur concubina-
2 tus etiam † proteſtatione omiſſa.l.donationes in concubinam
ff.de donatio.l.libere.ff.de ritu nup.⁊ preſertim dum non breui
durauerit conuerſatio ſed temporis continuatio inter omnes
proceſſit:nec preſumptum poteſt cadere matrimoniuꝫ in regno
propter ſolennitatem omiſſam obuiante ſibi queſtione regni:⁊
tunc magis in regno preſumitur concubinatus ſecūdum Iaco.
de Belui.qui ſic tenuit in quadam ſua diſputatione incipiente
reuerendiſſima conſtitutione cauetur:ita in proprijs terminis
tenuit Luca.de penna in.l.ſi coarctalis.C.de coarcta.lib.xij.Lu-
doui.de Sard.in ſuo trac.legitim. in prima char.in.iiij.⁊.v.col.
vbi formaliter meminit de dicto Iaco.de belui.preallegato ⁊ de
reuerendiſſima conſtitutione prefata prout Lucas licet de luca
3 nihil dixerit bene ſubdit qđ ſi diu cohabitauerint † tunc purga-
bitur vetus ſtuprū ⁊ preſumit̃ cōcubinatus vt inquit gl.in aut.
quib.mod.natu.effi.ſui.§.eos.col.ij.vnde licet dici poſſet qđ cū
nō appareat expreſſe de cōſenſu cōcubinario ſit res dubia quo
caſu reſultat ꝙ nō eſt cōcubinatus ſꝫ ſtuprū niſi ſit obſcuro loco
nata nā iſto caſu in dubio ꝓ̃ſumit̃ cōcubinarius cōſenſus ꝑ tex.
in.l.in cōcubinatu.ff.de cōcubi.ita magiſtraliter loquit̃ ꝓ̃fatus
Ludo.de Sard.in tra.ꝓ̃fato in prima char.ꝓ quo facit.l.j.ff.de
cōcubi.in gl.⁊.l.iij.⁊ qđ.§.itē eadē.l.iulia.inſti.de publi.iudi.lo
quit̃ in vidua vel virgine hōneſte vite vel in vidua ſtuprata non
precedente proteſtatione cōcubinatus vera ſunt originalia An-
dree de Iſer.in cōſtitu.regni ſi quis rapere de rap.virg.j.col.et
plus ſubdit Luc.de pen.in.d.l.ſi coarctalis ꝙ ſi mulier hꝫ libe-
4 rum † arbitrium prout iſta hꝫ ac etiā poteſtatē eundi ⁊ redeūdi
⁊ animū retinet cū viro ⁊ vult cōcubinatū ⁊ nō contradicit ex ta
li perſeuerantia abſqꝫ vlla proteſtatione preſumit̃ cōcubinatus
argu.l.poſtlimininium.ff.de capt.⁊ poſtlimi.reuer.in.§.ſi.⁊.l.ſi
captiuus.⁊.l.ſi quis ingenuam.⁊.l.non vis.§.ſi captus.ff.de re
mili.⁊.l.pe.ff.de concubi.

Et ad preſumendum

UVA. BHSC. IyR_279_2

¶Et ad preſumendum omnino eſſe concubinatū ſatis dici po-
5 teſt obſcuro† loco nata cum ſit baſtarda imo ſpuria quo caſu di-
citur vilis perſona tex. eſt in. l. humilē. C. de inceſt. nupt. ita dicit
Alex. in conſi. xlvij. in. iiij. volu. in. ij. col.

¶Itē licet non appareat de aliqua precedēti proteſtatione con
cubinatus attamē cum alio modo appareat de concubinali cō
ſenſu vt probatum eſt ipſam dixiſſe ſe contentari ergo non fuit
commiſſum ſtuprum ita Bal. in. l. eam quam. viij. col. C. de fidei
com. verſi. denuo dubitatur an noua proles ꝛc. ſicqꝫ attentis pre
miſſis prima facie dicendum videretur non eſſe dubitādum de
concubinatu ꝛ prefatum Bartholomeum nullam incurriſſe pe
nam ſtupri cum lege permittente fecerit. Quibus non obſtanti-
bus recte conſideranti contrariam ſententiam arbitror de iure
veriorem ex pluribus infra dicendis.

6 ¶†Et primo ad hoc vt iuſtificari poſſit concubinatus oportet
plura concurrere ꝛ principaliter quod ſit talis cum qua poſſit
conſiſtere matrimonium vt in auť. licet matri ꝛ auie. §. ad hec. ꝛ
quod not. in. l. j. verſicu. committit. ff. de concubi. cuius contra-
rium Bartholomeus ipſe nixus fuit probare probando diſ-
paritatem.

7 ¶†Secundo requiritur quod ſit vnica cōcubina ꝛ in domo re-
tenta. §. palam. in auť. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi vero effuſa. ꝛ
c. chriſtiano. xxviij. diſt. nam ſicut vnica debet eſſe vxor ita ꝛ con-
cubina. c. is qui. xxxiij. diſt. ꝛ capi. ſequen. ꝛ voluit Azo in ſum-
ma eodem titulo quod quidem Bartholomeus ipſe non arti-
culauit nec reprobauit.

8 ¶†Tertio requiritur quod ſit retenta in domo in ſcemate con
cubine vt in. c. ſi quis autem. eo. titu. ꝛ. d. c. is qui. ꝛ c. ſeq. quod
eſt vt precedat proteſtatio que faciat mulierem concubinā. l. pe.
ff. de concubi. ꝛ quod intendit ipſam tenere in ſcemate concubi
ne id eſt in habitu: vt in. §. conſideremus. in auť. de triē. ꝛ ſemiſ.
9 verſi. nunc ꝛ que proteſtatio requiritur† de neceſſitate quod fa-
cta ſit a principio nec ſufficeret ſi ex poſtfacto fieret prout dicit
glo. in. l. in concubinatu. ff. de concubi. ꝛ tenet Bart. in. l. pacta
nouiſſima in ſecunda lectu. C. de pact. Nico. de Neapoli. Rayñ.
de Forli. ꝛ Alberi. in. d. l. in cōcubinatu ꝛ dicitur in ſcema quaſi
imago vel figura ſcilicet quaſi recte teneať ꝛ tamen dicit lex pro-
teſtationem eſſe faciendā quod pro concubina teneatur per le-
gem in concubinatu preallegatā. Ita concludit Joannes lupi.
de palatijs in repetitio. rubrice in capitulo per veſtras extra de
donatio. inter virum ꝛ vxorem in verſic. idem dicendum in cle-
rico quarta columna in. xix. charta. ꝛ idem tenuit ſatis magi-
ſtraliter Neapo. Sebaſtia. in conſuetu. Neap. incipiente ſi quis
vel ſi qua in verſiculo preterquam in ſexta columna verſicu. ſed
10 quid in matre naturali tantum† ꝛ ibi ſubdit quod al's ſine pro
teſtatione non licet habere concubinam: ſed oportet ipſam in
vxorem habere vel de ſtupro teneri vt. d. l. in cōcubinatu. ꝛ ideo
dicta proteſtatio requiritur a principio.

¶Quarto requiritur quod ducatur a viro in domum ſuam ꝛ
11 publice cum ipſa cohabitet. vt in dicto. §. conſideremus in auť.
de trien. ꝛ ſemiſ. ꝛ in. §. ſi quis autem in autenti. quibus mo. na-
tural. efficiuntur ſui. et gloſſ. ff. eodem. l. penul. ꝛ ibi Dynus et
Barto. Intelligendo ſiue ad domum viri ſiue mulieris dum-
modo inſimul habitent gloſſ. ff. eodem. l. penulti. ꝛ patet etiam
in dicto. §. conſideremus verſiculo quod hic dicimus facit gloſ.
ff. de adulter. l. nec in ea. §. ius occidendi. hec enim habitatio ta-
lis eſſe debet vt inſimul viuant et ſic cōmenſales ſint vt in. l. maſ
ſurius. ff. de verbo. ſigni. Nam al's non dicuntur cohabitare. l. ſi
quis ita. ff. de conditio. ꝛ demon. ꝛ no. per Barto. ꝛ Bald. in. l.
j. C. de legi. et poteſt reddi ratio cohabitationis: quia cum de-
beat inter eos indubitatus eſſe affectus per hanc cohabitatio-
nem indubitatiſſimus retinetur. Concubina enim licet ſine do
talibus inſtrumentis publice tamen ducitur ſicut vxor ꝛ ab vxo
12 re in alio quam in dignitate non differt. l. item legatum. §. par-
ui. ff. de legatis tertio ꝛ in ſolennitate quia vxor cum ſolennita-
te ducitur concubina autem ſine ſolennitate vt no. Archi. ꝛ Hu
go. in dicto capitulo is qui ducit omnia agat ꝛ cetera. que cō-
cubine fuerūt Abraā etiā illius vxores dicte ſunt vt ait Augu.
xvj. de ciuitate dei. c. xxxiiij.

13 ¶†Quinto requiritur ꝙ ſit circa perſonas impares vꝫ ꝙ vir
ſit Illuſtris aut magnus mulier vero inferioris cōditionis ita
de his omnibus requiſitis concludit ꝛ firmat Luc. de penna. in
dicta. l. ſi coarctalis. ꝫ. allegata. C. de coarcta. libro. xij. imo plus
ſi non apparet quod interuenit conſenſus concubinarius ſi in-
teruenit ꝛ eo caſu non eſt concubina ſed erit ſtuprum vt optime
et magiſtraliter declarat Ludouicus prefatus in dicta. l. tracta.
legitima. in prima char. quod maxime dicit procedere vbi mu-
lier eſt honeſta ꝛ libera prout in caſu de quo agitur ꝛ tunc vbi
concurrunt ſupradicta requiſita preſumitur concubinatus: ꝛ ſi
non apparet quod fuerit vnica ꝛ in domo retenta vt ſupra pre-
ſumitur imo erit ſtuprum commiſſum ꝛ quod ita intelligitur
text. in. l. ſi vxor. ff. de adulte. verſicu. ſed in ea quidem contra
14 dicere illi legi in concubinatu.† Nam ad preſumendum concu-
binatum requiritur conſenſus concubinarius ꝛ expreſſus quā-
do mulier eſt honeſte vite ꝛ ingenua prout in caſu de quo agitur
per tex. in. d. l. in concubinatu.

15 ¶†Sexto ꝛ vltimo requiritur quod ſit talis mulier cū qua non
committatur ſtuprum vt. ff. eod. l. j. §. j. ideo nec virgo nec vidua
honeſte vite poteſt eſſe concubina quia cum eis contraheretur
ſtuprum. l. ſtuprum. ff. de adulte. l. inter. §. j. eo. titu. ꝛ in hoc mul
ti falluntur dicit Lud. prefatus quia credunt ſufficere quod ſit
ſolutus cum ſoluta quod tamen intelligēdum eſt niſi ab initio
16 fiat proteſtatio† quod velit eam habere in cōcubinam vt ſupra
oſtenſum eſt per. d. l. in concubinatu. cum gl. idem firmat And.
de Iſer. Euangeliſta in regno in conſtitutione regni ſi quis ra-
puerit ſub rubrica de rap. ꝛ violē. quem etiam refert ꝛ ſequitur
Joan. Bapti. de ſancto Seueri. in. l. ſi qua illuſtris. C. ad ſena.
conſul. orficia. in. x. columna vbi refert verba originalia ipſius
17 And. ꝛ plus ſubdit quod habens rem† cum cōcubina alterius
que nomen honeſte mulieris non perdiderat committit ſtuprū
ꝛ punitur licet ille alias eſſet perſona vilis. l. inter liberas. ꝛ. l. ſi
vxor. ff. de adulte. ꝛ ibi doc. ꝛ plus infert Ludo. vbi ſupra quod
18 poſtqꝫ ſtuprata fuit virgo† vel vidua ꝛ ſic ab initio fuit delictum
ex continuata cohabitatione non purgatur ſed augetur capitu
lo noſtrates. in fin. extra de conſanguinita. ꝛ affinitate. ꝛ capitu.
cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam per adul-
te. pollu.

¶Item vltra quod debebat talis conſenſus interuenire a prin.
19 requiritur† etiam quod fuiſſet conſenſus manifeſtus. d. l. in con
cubinatu. ſed in caſu de quo agitur ſolum tacitus preſupponit
ergo non confirmatur per regulam iuris quod ab initio ꝛ alle-
gans concubinatum ſe fundat ex tacito conſenſu preſumpto a
lege: ꝛ probando ſolum diuturnam cohabitationem non ſuffi-
cit ad preſumendū nouum conſenſum ſed preſumitur antiquū
conſenſum durare. l. in verbis. §. vltimo. ff. de preca. ꝛ in capitu.
fina. de coniug. ſeruo. vbi not. ꝛ ſic non militabit dicere quod ſi
non interuenit proteſtatio dummodo aliter appareat de concu
binali cōſenſu non erit ſtuprum per. l. ſi quis viduam. ff. de que-
ſtioni. ꝛ. d. §. conſideremus. in autenti. de trien. ꝛ ſemiſ. ita Bal.
in. l. eam quam. C. de fideicommiſ. ꝛ Joan. Lup. in repeti. rubri
ce extra de dona. inter virum ꝛ vxorem. in verſiculo idem eſt di-
cendum in clerico in. iiij. col. in. xix. char. nam cum non fuerit cō-
ſenſus manifeſtus diuturna cohabitatio ꝛ extra domū nō eſſet
ſufficiens per ſupra dicta.

¶Nec obſtabit quod ſupra dictum eſt prefatam Adrianā eſſe
20 baſtardam ſeu ſpuriam ꝛ ſic vilem perſonam per. l. humilē. C.
de inceſt. nup. ꝛ Alex. in conſilio quadrageſimoſeptimo in quar
to volumi. ꝛ ſic videatur obſcuro loco nata: nam cum ante eius
viduitatem fuerit nuptui tradita honorabili quondam Joan-
ni ſuprano legitimo ꝛ naturali ac optimo ciui prout notorium
21 eſt ipſa quoqꝫ Adriana effecta eſt legitima† ob qualitatem ma-
riti prefati cum capacitas prefati eius viri primi ad vxorem por
rigatur vt not. Bal. in. l. ſi quis. per illum text. C. de natu. liber.
ita tenet ꝛ ſequitur Philip. Decius in. l. femine. ff. de regu. iur.
22 item nec dici poteſt obſcuro loco nata† ex quo eſt baſtarda ſed
illa quam quis cognouerit ſeu tenuerit damnataꝫ ex adulterio
vel de vili genere ꝛ abiecto natam vt ex arenario vel ſimili vel
eam que ſui corporis queſtum fecit vt in. l. in concubinatu. ſm
Ang. in. d. l. §. j. de concubi. ita inquit Jo. Bapti. de ſan. Seue.
in. d. l. ſi qua illuſtris. xj. col.

¶Nec opitulabitur depoſitio duorum teſtium atteſtātium qḋ
ipſa Adriana dixerat ſe contentam ſic morari in concubinatu
cum eodem Bartholomeo quia ipſam euaſerat a malo itinere
ꝛ fortuna ex quo vt ex eorum depoſitionibuſmet liquit depo-
nunt ſe ſeruitores ꝛ domeſticos ipſius Bartholomei ꝛ eius fra-
tris et demonſtrant ex eorum verbis affectare victoriam curie
pro eodem Barthomeo ꝛ non concordantur ad inuicem.

23 ¶†Ultimo non omitto quod magiſtraliter loquitur Guliel.
de Cuneo in. l. raptores. ſecunda columna. C. de epiſcopis ꝛ cle-
ricis. ibi duntaxat quod ſi quis cognouit virginem vel viduam
ſine violentia ꝛ ſine armis non habet locum pena raptus ſed ſi
eſt nobilis debet amittere dimidiam partem bonorum ſi autem
eſt vilis debet corporaliter puniri non tamen vt moriatur vt in
§. ſecundo inſtitu. de publicis iudi. vbi dicitur in litera ſi ſine
vi cognouerit iſta pena puniatur ꝛ non excedet talis pena rele-
gationem quod eſt verum dicit ipſe etiam ſi mulier honeſta vo-
lens cognita fuerit quia habebit locum talis pena ſiue volens
ſiue nolens quia preſumitur ſeducta bonis verbis lege prima.
§. primo. C. de rapt. virgi. ꝛ idem tenuit And. de Iſer. in tit. que
ſint regalia. in ver. contrahentium inceſtas nuptias. iiij. colū. in

UVA. BHSC. IyR_279_2

verſi. multis videtur hoc eſſe verum ⁊ ibi ſubdit idem eſſe ſi in-
terpellaſſet vel ſolicitaſſet vel odioſis actibus circũueniſſet li-
cet poſtea volentem hoc ipſum velle mulieris eſt. Nam ſicut po
teſt rapere ipſa virum ita etiam poterit velle ſine voluntate viri
ſe ſtuprari et tunc ad publicationẽ dimidie partis bonorũ quã
tũcũq; quidem voluerit mulier ſexu infirma vir diſcretior non
debet totaliter impudice ſe commiſcere ſibi ⁊ ideo punitur pu-
blicatio eſt dimidie partis bonorum ⁊ voluntas mulieris excu-
ſat tunc a tanto.
¶ Ex quibus omnibus dixi eundem Bartholomeum eſſe pe-
na ſtupri puniendum verum quia depoſuit ſe nihil habere nec
poſſidere dum interrogatus fuiſſet quidnam haberet in bonis
Attamen ex ſuperabundanti facta perquiſitione in eius domo
per apparitores curie quicquã repertum extitit ⁊ non abſq; no
toria fraude cum ab initio eius capture ⁊ carcerationis multa
⁊ quãplura bona ac merces extitiſſent ⁊ in domo ⁊ in apotheca
ſubtus domum et non tenuis valoris. Ideo cum ex iuris diſpo
ſitione ſancitum ſit ꝙ data inquiſito impotentia ſoluendi pe-
24 nam pecuniariam: prout eſt in ſtupro in quo eſt pena dimidie
partis bonorum cum relegatione per. §. item. l. iulia. inſtitu. de
publi. iudi. debeat inquiſitus ipſe pena corporali affligi vt in. c.
finem litibus extra de dolo ⁊ contumacia ⁊ in. l. fina. ff. de in ius
vocã. ita dixit Panor. in. c. ad librandã de iude. in ſecundo not.
quod maxime procedit vbi tale debitum procederet ſeu depen-
25 deret ex delicto quo caſu non habens in ere luat in corpore: vt di
cit glo. in. c. j. xv. q. vj. Bald. in. l. fina. §. et ſi prefatam. ij. colum-
na. C. de iure delibe. Alber. in. d. l. fina. de in ius vocã. licet de gl.
predicta non meminit. ideo ſum voti prefatum Bartholomeũ
eſſe per triennium in inſula relegandum caprarum et ita execu-
tum fuit per magnã curiã conſenſu omnium.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Juris Utriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Teſtis deponens falſum in iudicio cõtra fiſcum qua pena
veniet plectendus. ⁊ nu. 2.
3 Quando pro aliquo delicto veniret imponẽda pena mortis ſeu
ex aliqua cauſa minoratur pena illa nõ debet eſſe corporalis ſed
pecuniaria.
4 Teſtis deponens contra fiſcum ad defenſionem alterius nõ eſt
pena ordinaria plectendus.

## Uotum. V.

SAluatoris mundi ſuf-
fragio inuocato. Amen. In cauſa honorabilis
Luce de Lando de Neapo. cum reuerendiſſimo
fiſco ſuper eius falſa depoſitione facta n fauorẽ
magnifici Antonij de Alexandro qui eundem
Lucam ad eius defenſionem in teſtem produxit contra fiſcum.
Heſitatum fuit in magna curia vicarie ⁊ in reuerendiſſimo col-
laterali concilio qua pena veniat Lucas ipſe plectẽdus cum id
1 confeſſus fuerit † ⁊ prima facie videretur dicendũ ꝙ pena capi-
tali ex quo falſum in cauſa capitali depoſuit ⁊ doloſe teſtimo-
nium perhibens in cauſa capitali debet puniri pena. l. corne. de
ſica. l. j. §. j. ff. ad. l. corne. de ſica. per ꝙ dixit ſing. Bald. in. c. j. no-
na col. in ver. itẽ qd falſo. de pace tenen. in vſi. feu. qd teſtis falſus
ſuſtinet eãdem penam qua puniretur inquiſitus de crimine in-
tentato ſi crimen fuiſſet vere probatum idẽ voluit ipſe Bald. in
l. preſbyteri. C. de epiſ. ⁊ cleri. ij. col. verſicu. ex qua materia ⁊ in
c. j. §. iniuria. in fi. verſic. de pace iura. fir. ⁊ in. c. ſicut. extra de te-
ſtibus. ⁊ ibi domi. ⁊ Feli. in. iij. nota. ⁊ ſequitur Joã. de Ana. in
c. j. de crimine fal. nec videtur eſſe in conſideratione quod depo-
ſuerit in fauorem accuſati ⁊ contra fiſcum cum falſitas ita com-
mittatur ſi teſtis dixerit falſum contra fiſcum ſicut ſi contra in-
quiſitum quinimo grauiori pena videretur plectendus ex quo
ſi deponendo in perniciem priuati deberet pena capitali puni-
ri multo fortius dicendam videretur quando contra fiſcum de-
poneret ſiue contra rem publi. vt iuſtitia ſuum debitum nõ ſor-
tiatur effectum argumento auten. multo magis. C. de ſacroſan.
eccleſijs.
¶ Quibus non obſtantibus rectius conſiderando contrariam
ſententiam arbitror de iure veriorem: vꝫ quod non debeat pe-
2 na capitali nec corporali affligi † ex quo ſi quis depoſuerit fal-
ſum contra fiſcum nihil realiter aufert fiſco nec dicit fiſco nocere
qui tractat de penali ⁊ odioſo lucro cum alterius iactura prout
dicit valde ſolenniter Bal. in. l. parentes. de teſtibus. ſequitur ⁊
refert Feli. in. c. literas. iij. col. de preſump. ſed ſi falſum deponit
contra inquiſitum ponit ipſum in diſcrimine vite ſeu amiſſio-
nis membrorum non obſtante eius innocentia ⁊ ideo dum de-
ponit contra fiſcũ non debet eo caſu puniri ac ſi depoſuiſſet con
tra priuatum quod videtur ſatis probari ex text. in. l. j. §. ſupra
allegata verſi. quo quis publico iudicio damnaretur ⁊ ſic vendi
cat ſibi locum tex. ipſe in caſu in quo quis condemnaretur vnde
videtur excludere alios caſus. l. cum pretor. ff. de iud. l. maritus.
C. de procu. ita in ſpecie reperio tenere Hippoly. Marſil. in. d.
l. j. §. j. ij. colum. vbi ſubdit ſe credere verius quod talis ſit puniẽ
dus de periurio ⁊ non pena mortis.
¶ Quod corroboro nam quãdo pro aliquo delicto venit impo
3 nenda † pena mortis ⁊ ex aliqua cauſa minoratur pena vt in ca-
ſu de quo agitur quia contra fiſcum huiuſmodi pena minorata
non debet eſſe corporalis ſed pecuniaria vel alia que non ſit cor-
poris afflictiua vt ꝓbatur in. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. impe-
ratores. ⁊ ibi doc. ff. de adulte. ⁊ in. l. j. §. fi. ff. de ſica. ⁊ in. l. ſi quis
in graui. §. ſi tamen. ff. ad ſillan. ⁊ in. l. iulia. ff. ad. l. iul. repe. §. fi.
quam pro no. allegat Bal. in. l. aditos. C. de epiſco. aud. ⁊ in. l. j.
C. ne de ſtatu defun. Ange. de Are. in trac. maleſi. in ver. preſen-
te gayo ⁊ appel. verſicu. quid autem ſi non obſtante el. j. ⁊ plene
Hippoly. in. l. j. §. diuus adrianus. v. col. ff. de ſica. ⁊ in. l. diuus
adrianus. j. col. ff. eo. titulo ſed quid opus eſt ire per mendicata
ſuffragia ego dico ⁊ teneo pro conſtãti quod in caſu de quo agit
Lucas ipſe non depoſuit contra fiſcum in cauſa in qua veniat
imponẽda pena mortis nec mortis naturalis nec ciuilis ſed de-
poſuit falſum examinatus ad defenſionem prefati. d. Anto. de
Alexandro ad euitandũ ne de vulnere vt pretẽditur per ipſum
illato Petro coppule puniret quo caſu cũ ꝯtra fiſcum deponat
4 nõ venit pena ordinaria plectẽdus ita in pticulari † p optima iu
ra ⁊ fundamẽta ꝯſuluit. d. Alex. de Jmo. i ſuo cõſi. lv. in fi. i. vij.
vo. ⁊ añ eũ i ppꝛijs terminis ita repio voluiſſe Guliel. de Cu. de
quo Alex. aľr nõ meminit cũ ipſum nõ viderit vt arbitror in. l.
pſbyteri. C. de epiſ. ⁊ cle. ex quibꝰ oĩbꝰ cõcludo pfatũ Lucã nõ eẽ
pena ordinaria piurij puniendũ ⁊ tãdẽ facta relatiõe p magnã
curiã in reuerẽdiſſimo collaterali ꝯcilio fuit pfatꝰ Lucas condẽ-
natꝰ ad ſeruitia reuerẽdiſſimarũ triremũ ad remigandũ ad tps
lꝫ p priꝰ aľr votaſſet ⁊ ipſum condẽnaſſet ad manꝰ mutilationẽ.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Juris Utriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Confeſſio ſeu nominatio ſocij criminis in caſibꝰ in quibus
noceret nunꝙ facit indicium ad torturam niſi habeat alia ad-
minicula contra nominatum ⁊ ita communiter tenetur.
3 Et vnum ex adminiculis eſt ſi talis nominans habebat cõuer-
ſationem cum nominato.
5 Jnimicitia reſultat ex verbis iniurioſis prolatis.
6 Jnimicus teſtis vt repellatur vt non poſſit contra aliquem de-
ponere non eſt neceſſe quod ipſe teſtis ſciuerit illum contra quẽ
deponit ſibi feciſſe aliquam iniuriam dummodo cum effectu
ſit facta.
7 Confeſſus delictum non precedentibus indicijs tortus ⁊ confeſ
ſus etiam ſi perſeueraſſet ⁊ ratificaſſet eius cõfeſſio predicta nõ
erit valida. ⁊ nu. 8. 9. 10. ⁊. 13.
8 Confeſſus delictum in tortura non precedentibus indicijs non
tenet talis confeſſio id tamen intelligendũ eſt vbi magna fuiſſet
tortura ⁊ tortus fuiſſet debilis aut infirmus ſecus ſi tortus fuiſ
ſet robuſtus ⁊ tortura fuiſſet modica ſeu parua quia tunc vale-
bit confeſſio.
9 Confeſſio per tormenta extorta non precedentibus indicijs eſt
ipſo iure nulla nedum contra ſe ſed etiam contra alios contra
quos vt teſtis depoſuiſſet.
10 Depoſitiones teſtiũ tormentatorum abſq; indicijs nihil valent
nec faciunt indicium contra illum contra quem deponunt.
11 Confeſſio extorta per tormenta abſq; indicijs non tenet etiã qđ
poſt ipſam ſuperuenirent indicia.
14 Paria ſunt confiteri in tormentis vel metu tormentorum.
15 Ubi fuiſſet aliquod mandatũ alicui nõ tamen in atrocibus li-
cet acceptaſſet mãdatũ nõ ſequuto effectu nõ eſt in aliqua pena.
16 Tortus ſi contradicit ijs que cum iuramento dixerat tanꝙ per
iurus non creditur ei.
17 Torqueri quis non poteſt vltra tertiam vicem. ⁊ nu. 18.
19 Depoſitio teſtis ſeruitoris ſeu domeſtici nullum indicium facit
contra dominum.

Si inquiritur

UVA. BHSC. IyR_279_2

20 Si inquiritur de mandato ad homicidium contra aliquē qui
erat capitalis inimicus occiſi certe preſumendum eſt potius ex
proprio odio occidiſſe ꝙ ex cauſa mandati.
In cauſa capitali contra Comitem aut Baronem requiruntur
duo Comites aut quatuor Barones aut octo milites aut ſexde-
cim burgenſes.ibidē nume.21.vbi idem procedere dicitur in fi-
lio comitis.
29 Filius dicitur poſſidere feudum etiam viuo patre.ibidem nu-
mero.23.

¶ Thomas Gramaticus.

## Votum.VI.

**S**ummi opificis p̄ſidio
repetito.Amen.In cauſa excellentis Comi-
tis noye necnon ⁊ Magnifici Pirri Anto-
nij eius filij cum reuerendiſſimo fiſco ſuper
homicidio commiſſo in perſonam quondā
Magnifici Sergij Carrani Juris vtriuſqꝫ
Doct.de ciuitate Tarenti.
¶ Producitur in primis pro parte reuerendiſſimi fiſci depoſi-
tio Jacobi de Sabia domeſtici ac ſeruitoris prefati Comitis
qui licet pluries interrogatus in tortura ſemper negauerit actū
diuerſis vicibus iteratus ad torturam tandem confeſſus eſt pre
fatum Magnificū Pirrū Anto.filium prefati Comitis vna ſe-
cum ⁊ cum alijs in homicidio prefato interueniſſe de ordinatio
ne ⁊ mandato prefati Comitis licet vltimo loco aſſeruerit caſu
ibidem in loco perpetrati homicidij ſe reperiſſe pertranſeūdo
per ſedile porte noue dum accederet ad maritimam tranſmiſ-
ſus per excellentem dominam Comitiſſam vt emeret quaſdam
tabulas:⁊ ſic non aliter interueniſſe vt per prius depoſuerat in
perpetratione homicidij prefati veruꝫ deponit ſibi fuiſſe a pre
fato Comite iniunctum vt aliquem qui Sergium ipſum inter-
ficeret comperiret etiā mediante pecunia quo caſu licet depoſi-
1 tioni † torti abſqꝫ alijs adminiculis non ſtetur.l.j.iiij.reſponſo
ff.de queſtio.vt refert Albe.in.l.fi.C.de accuſa.in prin.fin.colū.
qui concludit poſt multa quod in caſibus in quibus noceret
2 nominatio ⁊ confeſſio † correi nunquam facit indicium ad tor-
turam niſi habeat alia adminicula contra nominatum ⁊ ita cō-
muniter tenetur prout refert Marſil.in.l.j.§.diuus antoninus
ff.de queſtio.⁊ in ſua practica in verſi.diligenter.⁊ vnum ex ad-
3 miniculis erit ſi talis nominās † habebat conuerſationem cum
nominato ita conſuluit Bal.in conſi.xcv.in primo volu.regula
iuris eſt ⁊c.ſed hic Jaco.erat famulus ergo ⁊c.Concurrente in-
4 ſuper † inimicitia capitali inter Comitem ⁊ Sergium in qua in-
dicium non leue reſultare apparet vt inquit Ludo.in.l.j.§.hoc
reſcriptum.ff.ad ſillan.quem refert ⁊ ſequitur Ange.in.l.fi.pe.
col.C.de queſtio.⁊ in trac.maleſi.in ver.fama publica.vij.char.
verſi.quero quid ſi reperiatur ⁊ huiuſmodi inimicitia ſatis ap-
paret contracta ex iniurioſis verbis prolatis in memoriali por-
recto per ipſum Sergium contra eundem Comitem vt inquit
5 † Bal.in.c.veniens.in fi.per illum tex.de iureiurā.maxime cum
in eo deferatur Comes per ipſum Sergium de crimine leſe ma
ieſtatis ex quo magis odioſa ⁊ capitalis appet reſultari inimi-
citia vt tenet Barto.in.l.iiij.§.fi.ff.de adimen.lega.glo.in.l.licet
autem.ff.de arbi.⁊ in.§.item ſi propter.in verſic.capitales inſti.
de excuſa.tuto.Bar.in.l.j.de his quibus vt indig.Abbas in.c.
accedens.vt lite non conteſt.nec obſtaret dicere quod huiuſmo-
di memoriale continens dictas iniurias non fuerit intimatum
eidem Comiti ⁊ ſic Comes ipſe ignoraſſet ſe accuſatum in dicto
memoriali quod preſumēdum eſt niſi probetur contrarium.l.
verius.de probatio.c.ignorantia.de regu.iuris in ſexto not.per
Ange.in.l.ij.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.ergo perinde eſt ac
ſi non fuiſſet accuſatus a prefato Sergio cum paria ſint non eſſe
vel eſſe ⁊ non apparere.l.in lege.de contrahen.empt.l.duo ſunt
titij.ff.de teſta.tute.l.ij.§.quis duobus.ff.de adimen.leg.ex quo
6 ad repellendum teſtem vt inimicum vt non poſſit † contra ali-
quem deponere non eſt neceſſe quod ipſe teſtis ſciuerit illum cō
tra quem deponat ſibi aliquam feciſſe iniuriam dummodo ſit
facta vt eleganter dixit Bart.in.l.j.in fi.ff.de his quibus vt in-
dign.⁊ Inno.in.c.cum.J.⁊.A.de re iudi.Bal.in.l.preſcriptio
ne.C.ſi contra ius vel vtili.publi.antepenul.col.Ludo.in rub.
de arbi.ix.col.
¶ Et licet dici poſſet non eſſe ſtādum in aliquo depoſitioni ſeu
confeſſioni prefati Jacobi in tortura cum nullis precedentibus
indicijs tortus fuerit per multa que infra dicentur maxime per
tex.ſing.in.l.pe.ff.de queſtio.vbi expreſſe Bar.⁊ Imo.tenent ꝙ
7 etiam perſeuerata † et ratificata huiuſmodi confeſſione in tortu
ra facta non erit valida cum indicia nullatenus contra ipſum
preceſſerint ex quibus contra ipſum ad torturam procedi po-
tuiſſet ad idem eſt text.in.l.vnius.§.in ea.C.de queſtio.attamen
8 id locū habere poterit † vbi magna fuit tortura ⁊ maxime ſi tor-
tus fuiſſet debilis:ſecus ſi parua aut modica fuiſſet tortura ⁊ tor
tus fuiſſet robuſtus quia tunc valebit eius confeſſio nulla eius
futura perſeueratione attenta ita dixit Barto.in.l.j.§.diuus.et
§.ſi quis vltro.⁊ in.l.pe.de queſtio.⁊ Bal.in.l.vnica.C.de cōfeſ.
ſequitur Par.de pute.in ver.tortura in.c.⁊ in indicijs ⁊ inqui-
ſitionibus.ij.col.
¶ Sed rectius conſiderans arbitratus ſum contrariam ſenten
tiam de iure veriorem preſupponendo quod dum Jacobus de
Sabia ipſe valetudinarius ⁊ morbo gallico correptus ſemper
negaſſet tam in tortura quam extra torturam ⁊ tandem per plu
res vices fere ſeptem ad cordam altiatus vltimo loco depoſuiſ-
ſet vt ſupra nullis precedentibꝰ indicijs confeſſio taliter per tor
menta extorta fuit ⁊ eſt ipſo iure nulla nec ipſi confitenti preiu-
9 dicium aliquod generare poteſt per preallegatā.l.pe.et † ibi gl.
ff.de queſtionibus.nec contra alium cōtra quem vt teſtes depo-
nunt ita in terminis proprijs voluit Bar.in.d.l.pe.⁊ Bal.in.l.
fina.C.de accuſationibus.Jaco.de Belui.in ſua practi.cauſarū
criminalium ſub rubrica de queſtio.⁊ quali.tormen.columna
vndecima poſt princi.⁊ colum.ſequen.⁊ conſuluit Alexander
in conſilio quinto columna prima.in primo volumine ⁊ conſi-
lio ſeptuageſimonono quarta columna ſecundo volu.⁊ ideo di
cebat deci.conſilio centeſimo octuageſimonono colum.penult.
10 quod depoſitiones † teſtium abſqꝫ indicijs tormentorum nihil
valēt nec faciūt indicium contra illum contra quem deponunt:
⁊ tenet etiam recte intuenti Barto.in.l.j.§.idem cornelio.alias
ſeruus bona fide.ff.de queſtio.⁊ Hippo.Marſi.in ſua prac.cau
ſarū criminaliū.§.diligēter.col.xxiij.in fi.⁊ vēdicāt ſibi locū pre-
allegata etiā ſi talis cōfeſſio emanata per torturā abſqꝫ indicijs
eſſet ratificata ⁊ etiam qđ demum poſt torturam ipſam ſuper-
11 neniſſent indicia † non ex hoc deſineret eſſe nulla ⁊ in nihilū ei-
dem confitenti ſeu alteri preiudicare dixit Bar.in.l.maritus.ff.
de queſtio.Bal.in.l.fi.C.de accu.in.l.ea quidem.pe.col.eo.titu.
Ange.in.l.vnica.C.de confeſ.⁊ in trac.maleſi.in verſi.fama pu-
blica.in.iiij.char.verſicu.aduertat ⁊c.et plene Par.de pute.in
trac.ſyndi.in antepenul.char.libri in verſi.ſequitur.iij.colum.
⁊ tenet Andre.de iſer.in conſtitu.ſi dāna.Alex.in conſi.j.in.iij.
vol.⁊.clxxxvij.in.ij.vol.⁊ plene Hippo.marſi.ī.l.pe.iij.col.ver.
modo redeundo.ff.de queſtio.⁊ ſic non exiſtentibus indicijs cō
tra ipſum Jacobū non poterat torqueri nec de delicto ipſo in
12 tortura interrogari vnde ſi abſqꝫ indicijs tortus cōfeſſus ſit hu-
iuſmodi confeſſio ſibi non nocebit voluit Ang.in tra.maleſi.in
verſi.fama publica vlti.col.vbi late per Augu.arimi.⁊ Alex.in
cōſi.cclxxv.viſo themate.ij.col.j.vol.vnde ſic bis ⁊ ter tortus du
rante eodem metu ⁊ formidine tormētorū qui inſtare preſumi-
tur vt dicunt doct.et maxime Ange.in.l.qui in aliena.§.celſus.
de acqui.here.⁊ Alex.in predicto conſilio confeſſus ſit ſe inter-
fuiſſe in homicidio predicto ſequitur de neceſſitate ꝙ talis con
feſſio eſt nulla cum per torturam non precedētibus indicijs etiā
13 ratificata non teneat glo.eſt ſing.in.l.pe.ff.de queſtio.quā ſequi
tur Bar.⁊ Ange.in.l.vnica.C.de confeſſ.Gan.in tra.maleſi.in
Rubrica de queſtio.ſexta columna verſicu.Item pone Petr.
de ancha.in clementi.prima de homici.Sali.in.l.ſecunda.C.de
cuſto.reorum vltima columna Angel.in.l.ij.C.quorum appel.
non recip.quia ſicut non valet confeſſio per torturam ita etiam
que facta fuit metu torture cum equiparentur ſm Bal.in.l.in-
terpoſitas.C.de tranſactio.circa fin.quem ibi ſequuntur Mo-
der.⁊ Alexan.in.l.prima.§.diuus.de queſtio.hinc dixit Bald.
14 in.l.nouiſſime.quod falſ.tut.auto.ꝙ paria ſunt confiteri in tor
mentis vel metu tormentorum quod etiam voluit Barba.in.c.
ſi conſtiterit quarta columna.de accuſa.Catald.in tracta.ſindi.
verſiculo centeſimoſexageſimoquinto et maxime quando eſſet
apud torturam ductus ⁊ cū minus detorquendo ita Angel.in
d.ver.fama publica vbi ſubdit ita voluiſſe Jaco.but.Cy.⁊ Sa-
li.in.l.ſecūda.C.de cuſto.reo.⁊ Barto.in.l.prima.§.diuus.ff.de
queſtio.
¶ Nam in rei veritate aduerſus Jacobū petrū nullum aderat
indiciū per quod potuiſſet torture ſubijci:⁊ licet And.de ama-
deo depoſuiſſet cōtra ipſum dicendo ſe ab eodem requiſitū vt
reperiret aliquem qui verberaret Sergiū.attū Andreas ipſe
recuſauit tale mandatum acceptare nec ipſum fuit aliter executuꝫ
⁊ nullus fuit ſequutus effectus.⁊ tū quando vere Andreas ac-
ceptaſſet tale mandatū nō eſſet in aliqua cōſideratiōe ex quo nō
ſumꝰ in atrociorибꝰ ⁊ ideo non eſt in aliq̄ pena nō ſequuto effe-
ctu voluit glo.in.l.preſenti in verſicu.cogitatione.C.de his qui
ad eccle.confug.⁊ in.c.nullus epiſcopus.j.q.prima.Bald.in.l.

UVA. BHSC. IyR_279_2

ſi quis non dicam rapere.ij.colum.C.de epiſ.⁊ cleri.Cardi.in.c.
primo de eo qui mitti.in poſſeſ.⁊ plene Feli.in ſuo trac.conatus
nec in aliquo eſt conſiderāda depoſitio prefati Jacobi de ſabia
cum in eadem appareat in pluribus varius ⁊ contrarius quo
caſu nec indicium nec probationē inducet per tex..in.l.qui fal
ſa.C.de teſtib⁹.⁊ in.l.eos.ff.ad.l.corne.de fal.⁊ ibi glo.⁊ Docto.
ponit Spe.in titu.de teſte.§.j.verſic. item quod eſt varius nam
in prima ſecunda ⁊ tertia tortura Comitē ipſum nec eius filiū eē
in aliqua culpa atteſtatus eſt:⁊ quatenus quarto tortus aliter
dixerit ſimiliter cum iuramento tanq̃ periuro ⁊ veniente cōtra
eius primas geminatas ⁊ triplicatas confeſſiones ſeu depoſitio
16 nes † iuratas non eſt in aliquo credendum per capi.ſicut.de te
ſtibus.per quem tex.ibi dicit Felinus quod ſecunda depoſitio
cōtra primam iuratam non facit nec indicium nec preſumptio
nem ⁊ probat etiam bene tex.in capitulo teſtimonium.eodem ti
tulo de teſtibus cum vulg.tum maxime cōcurrente tortura reite
17 rata per octo aut nouem vices ⁊ vltra † tertiam vicem torqueri
non poterat quia eo caſu iudex vltra torquēdo diceretur immo
derate procedere dixit Pau.de caſtro in conſilio centeſimo no
nageſimoſeptimo incipiente viſa inquiſitione circa finem argu
mēto.l.fideicommiſſa.§.ſi quis.x.ff.de legatis tertio.idem refert
⁊ ſequitur Marſil.in ſua practi.cauſarum criminalium.§.quo
niam.iij.col.⁊ in.l.repeti.v.colum.ff.de queſtio.vbi in ſpecie di
cit quod reus non debet vltra tertiam vicem torqueri ⁊ refert
18 idem tenere † Par.de pute.in tracta.Syndi.in char.cviij.tertia
columna in verſiculo tortura colum.xxxviij.in capitulo viſo de
repetitione torti.⁊ ſi recte aduertatur prefatus Jacobus nullū
19 indicium facit contra prefatum Comitem cum ſit † eius ſeruitor
⁊ domeſticus per tex.in.l.prudem.C.de queſtio.vbi glo.⁊ docto.
intelligunt imo extendunt illum text.in quolibet familiari per
tex.in.l.fina.C.de ijs qui ad edem confug.ita Ange.in tractatu
maleſi.in ver.fama publica precedente col.v.
¶ Nec videtur in aliquo officere obiecta inimicitia inter ipſū
quōdam ſergium ⁊ Comitem cauſata vt pretenditur ex verbis
prolatis in memoriali per eundem quondam Sergium con
tra prefatum Comitem cum in rei veritate non appareat fuiſſe
aliter intimatum ſeu notificatum eidem Comiti nec appareat
eūdem Comitem notitiam aliquam de eo habuiſſe. imo ſi recte
conſideretur potius preſumēdum eſt quod fuerit Sergius ipſe
occiſus a Joāne Franciſco de nuſco eius capitali inimico ⁊ quo
niam menſibus elapſis ad inſdem Sergij querelam apud Ce
ſaream maieſtatem Bononie factam carceratum fuiſſe non ne
gatur ⁊ probatur in homicidio predicto interfuiſſe ⁊ ex tunc fu
gam arripuit ⁊ minime amplius viſus eſt ⁊ licet moram traxiſ
ſet certo tempore in domo prefati Comitis tamen potius preſu
mitur ex proprio odio predicto ⁊ inimicitia cum ipſo exiſtente
quam ex inimicitia cum prefato Comite eundem Sergium oc
cidiſſe ⁊ non ex mandato aliquo ipſius Comitis ⁊ ſic non eſt in
conſideratione aliqua pretenſum mandatum nec mandans eo
20 caſu teneretur † quādo proprium odium vigeret:ita dixit ſingu
lariter cepo.in cautelis ſuis cau.xxxix.incipiente vidimus quā
plures caſus licet ante ipſum idem dixerit Bal.in.c.j.§.iniuria
de pace iura.firma.
¶ Vltimo omnis probatio aduerſus prefatum Comitē ⁊ eius
filium tanq̃ informiter facta ⁊ tanq̃ nulla ceſſare videtur imo
nullius eſſe roboris aut momenti cum per regni conſtitutiones
ſit data certa forma dum inquiritur cōtra Comitem aut Baro
21 nem maxime † in cauſa capitali cum contra Comitem duo Co
mites quinquies de ſubſtātia ſint regſiti ſeu quatuor Barones
aut octo milites ſeu ſexdecim burgenſes teſtimonium proferre
debent panciores autem numero nullam omnino fidem indu
cant ⁊ pariter q̄ð null⁹ vilis cōditiōis ꝯ Comitē aut baronē ſeu
militē induci poſſit in teſtē:⁊ inductus ꝯ ꝑfatos fidē aliquam
in iudicijs vel extra faciat ſed perinde habeatur ac ſi non eſſet
inductus niſi ſint milites aut burgēſes honeſte et bone opinio
nis ita in proprijs terminis iubet conſtitutio regni.proſequen
tes ſub rubrica ſeu titulo de pugnis ſublatis ⁊ ibi plene An
dreas de Jſernia ⁊ idem Andre.in cap.ſimiliter ponit de capi.
22 qui curiam vendi.in ſecunda additio.⁊ ſubdit † vtrobiq̄ pari
ter eſſe dicendum in filio comitis vel baronis q̄ð huiuſmodi pri
uilegio dicte conſtitutionis gaudeat ex quo mortuo patre eſt co
mes ⁊ baro ⁊ viuo patre filius dicitur comes ſicut etiam dici
mus q̄ð filius viuo patre poteſt dici feudatarius vt dicit Bal.
in.c.primo vltima columna circa fi.an mutus vel imperfectus
ex quo dicitur eadem perſona cum patre et inde eſt quod poſt
mortem patris non dicitur ſuccedere ſeu acquirere ſed retinere
et ante Bald.idem dicit gloſ.not.in.c.vltimo ad fi. de feud.co
gnitio.que vult quod filij poſt mortē patris non acquirant feu
dum ſuccedendo patri.ſed iam in vita acquiſitum capiunt cū
liberiori adminiſtratione ⁊ illam gloſſ.ad hoc ibi ponderat et
commendat Bal.ante fi.⁊ Jaſon in.l.in ſuis.ij.columna.ff.de
liber.⁊ poſthu.⁊ pro valde ſingu.exclamat Barba.in repetitio.
rubrice qui admini.xiiij. columna. verſiculo ſecundo niſi. Et
ideo dixit ſingulariter Bal.in.l.cum antiquioribus.de iure de
libe.columna ſexta verſiculo decimo.ſic quod filius dicitur poſ
23 ſidere feudum † etiam viuo patre ac etiam inueſtitus dicitur de
eo: et ideo ſine alia inueſtitura continuatur in eum poſſeſſio re
fert etiam et dicit deciſionem predictam Bald. ſing. Jaſ.in.l.ſi
ſorori ad finem.C.de iure delibe. Nunc facto hoc diuerticulo cor
roborando predicta reperio quod eandem conſtitutionem cō
mendat dominus Bartholomeus de Capua ibidem dicēs eſſe
not.quod citius epiſcopus quam comes conuincitur.Nam ad
condemnationem epiſcopi ſufficiunt duo teſtes. vt in. c. primo
et ſecundo.ſecunda queſtione quinta.Sed ad condemnationē
comitis debent eſſe multi et quāplures vt in conſtitutione pre
dicta per quā requiritur dictus determinatus numerus teſtiū
ad inducendum probationem contra comitem ⁊ baronem ⁊ de
conſtitutione predicta etiam meminit Luc.de pen.in capitulo
Regni creſcit ⁊ ibi querit an dicatur hec conſtitutio equa ⁊ idē
Luc.in.l.prima.C.de reis poſtulā.libro decimo ⁊ in.l.veterani.
ſecunda columna.C.de vetera.libro duodecimo. Quamobrem
ex preallegatis ſum voti prefatum Comitem et eius filium eſſe
ſub fideiuſſionibus relaxandos et in hanc ſententiam inclina
uit tota magna curia.⁊ licet collaterale concilium idem ſentiret
tamen viſum fuit pro tunc e carceribus ad domum propriam li
berari ⁊ ita executum fuit.⁊ infra paucos dies fuerunt ambo li
berati ſub cautione in forma iuxta votum prefatum.

## Summarium.

1 ☞ Fateri nullatenus dicitur ille qui allegat ſe erraſſe in facto.
2 Confeſſus delictum ſi perſeuerando in confeſſione fuerit condē
natus probando de innocentia ſibi ſubuenietur etiam ponit ſen
tentiam.
4 Confeſſus crimen poteſt eius confeſſionem reuocare ⁊ audietur
licet in hoc iudices ſe reddant difficiles ⁊ rigoroſos etiam ſi
iuraſſet.
6 Reus criminis non poteſt renunciare defenſionibus etiam
volens.

¶ Thomas Gramaticus Judex magne Curie Vicarie.

## Votum.VII.

Diuini numinis p̄ſidio
repetito.Amen.Jn cauſa nobilis Fabricij Ser
ſale de ciuitate Surrēti ſuper homicidio cōmiſ
ſo in perſonam primicerij de magiſtro iudicis
ſurrētini qui Fabricius in tortura faſſus eſt pre
fatum Primicerium vulneraſſe ⁊ ex predicto vulnere deceſſiſſe
⁊ demum ductus ad bāchum iuris confeſſionem predictam ex
preſſe reuocauit tanq̃ erroneam ⁊ dolore tormētorum extortam
offerens probare de errore fiſci patrono in contrarium aſſeren
te non poſſe nec debere per eandem magnam curiam ad docen
dum de errore huiuſmodi confeſſionis admitti ſed reiterari tor
turā contra ipſum vt in ſua prima confeſſione perſeueret ſicq̄
habita matura diſcuſſione inter me ⁊ magnificum collegā An
tonium baraptutium de zeano ipſius curie relatorē dixi quod
1 nullatenus † fateri dicitur aut videtur ſe erraſſe allegans ⁊ maxi
me in facto vt in.l.nō fatetur.ff.de iud.imo huiuſmodi error mi
nime obeſſe conſueuit vſq̄ ad ſententiam.l.error.C.de iur.⁊ fac.
igno.⁊ facit.l.ij.C.quorum appel.non recipiū.imo plus ſi quis
2 perſeuerauerit in confeſſione † adeo vt condemnatus fuerit pro
bando de innocentia ſubuenitur ei etiam poſt ſententiam per
tex.in.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de queſtio.⁊ ideo a fortiori debet alle
3 gans erraſſe audiri † offerendo ante ſentētiam de eius errore ve
rificare ita etiam in ſpecie dixit Guido de ſuza.magnus practi
cus ⁊ criminaliſta in ſuo trac.de tormen.in.xj.columna verſicu
lo ſed de queſtione ⁊ conſuluit Bal.in conſilio cēteſimo ſeptua
geſimoprimo incipiente tres ſunt caſus in ſexto volumine ⁊ idē
Bal.in.l.fina.prima columna.C.de probationi.in.l.in bone fi
dei.prima columna.C.de rebus credi.Pet.de Ancha.in conſi
lio vigeſimotertio incipiente viſa inquiſitione formata contra
Philippum vbi refert in contingentia facti obtinuiſſe q̄ð quie
4 poteſt † in criminalibus reuocare confeſſionem ſuam licet ſecus
dum eum in hoc iudices ſe reddant difficiles ⁊ rigoroſos creden
tes vileſcere ſe in conſpectu hominum per abſolutionem cōtra
l.abſentem

UVA. BHSC. IyR_279_2

l.abſentem.ff.de pe.⁊ idem firmat gl.in.c.romana.§.ſinautem.
de appel.in ſexto Joan.de Jmo.in.l.queſtiones.ff.de appella.
Bal.in.l.in minoribus.C.de his quibus vt indig.glo.in.c.ex li
teris.extra de diuor.Cardina.in conſi.cj.incipiē.in cauſa appel⸗
lationis Roma.in conſi.cccxcvj.incip.in caſu propoſito ⁊ conſi.
tricēteſimo nonageſimoprimo incip.vt propoſita circa mediū
⁊ in conſilio.cccccxx.incipiente circa propoſitam.iij.colū.Par.
in tract.ſind.in char.cij.ij.col.verſi.teſtis fuit tortus.⁊ hec intel⸗
ligenda ſunt quod etiam confeſſio ipſa licet iurata reuocari po
tuit ita Bal.in.l.iubemus.circa med.C.de indic.⁊ in.l.vnica.C.
de confeſ.xv.col.verſi.ſed pone minor Roma.in conſi.cccxcj.in⸗
cipiente vt propoſita circa med.Anto.de But.in.c.fina.de con⸗
feſ.idem Roma.in.l.ſi vero.§.de vero.xxxj.ſal.ff.ſoluto matri.et
facit ratio vrgentiſſima nam certum eſt quod reus criminis nō
6 poteſt † renunciare defenſionibus ſuis per glo.ſingu.in.l.pactū
inter heredem.ff.de pac.quam dicit ſingu.Bal.in.d.l.vnica.de
confeſ.xv.col.Barba.in.c.cum dilecti.de accuſa.iiij.col.⁊ ſequū
tur omnes in.d.l.tale pactum.vnde ſuccedit quod ſi non poteſt
expreſſe renunciare multo fortius poteſt reuocare quod erronee
7 ⁊ perperam contra eius ſalutem † confeſſus extitit:ſed non eun⸗
do per mendicata ſuffragia reperio in proprijs terminis idem
firmaſſe And.de Jſer.Euangeliſtā in regno ⁊ qui fuit magnus
fiſcalis in conſtitutione ſi damna clandeſtina in.iiij.col.⁊ idem
in ſpecie reperio tenuiſſe etiam Hippo.Marſi.in.l.j.§.ſi.xviij.
col.ff.de queſtio.nullam mentionem faciēs de And.ex quibus
omnibus ſum voti concurrente etiam prefato meo Collega.pre
fatum Fabricium eſſe audiēdum ſuper probatione ſue erronee
confeſſionis allegate:reclamante fiſci patrono conſobrino pri⸗
micerij occiſi vſqꝫ ad celum ⁊ aliter obtinere minime valente ſed
ſeipſum rumpente cum minis ⁊ clamoribus quibus abundare
conſueuit.⁊ tandem receptis teſtibus ad defenſam per prefatū
dominum Baraptucium meum collegam in ciuitate Surren⸗
ti demonſtratum fuit de errore confeſſionis ⁊ quod per tormen
ta ita confeſſus fuerat ⁊ ſic prefatum Primicerium ab alio fuiſ⸗
ſe vulneratum ⁊ ſic occiſum. Thomas Gramaticus Judex
magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapo⸗
litanus Juris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ¶ Aſſaſſinus clericus propter aſſaſſinum dicitur omni pri⸗
uilegio exutus.
2 Aſſaſſinus dicitur diffidatus ab omni populo ⁊ a lege.
3 Aſſaſſinus tanꝙ ab omni populo diffidatus poteſt impune oc
cidi nedum a iudice verum etiam a parte.
4 Aſſaſſinus licet ſit clericus poteſt tamē cognoſci ⁊ iudicari per
iudicem laicum.
5 Contra aſſaſſinum proceditur iuris ordine non ſeruato nec exi⸗
gitur plena probatio ſed probabilia argumenta ⁊ poteſt ex me⸗
ro officio procedi ⁊ de facto.nu.6.
7 Aſſaſſino poteſt ex cauſa pena minorari.
8 Licet in aliquo caſu pro delicto conſummato et perfecto impo⸗
nat penam aliquam determinatam ſi contingit delictum illud
fuiſſe attentatum non tamen perfecte conſummatum ſi lex ſpe⸗
cialiter imponit eandem penam vel aliam limitatam illa impo
ni debet ſed ſi non reperitur ſpecialiter determinata mitius pu
nietur ibidem ⁊ extra ordinem ex arbitrio.
10 Attentans delictum quod tendat ad mortem ſi non eſt ſecutus
effectus et euentus poterit iudex ex hoc penam minuere.
11 Affectus punitur in atrocioribus licet nō ſequatur effectus id
intelligendum eſt vt puniri debeat eadem lege ſed non eadē pe⸗
na ſed mitius.
12 Etiam in atrocioribus is qui deuenit etiam ad actū proximū
effectui nō punitur eadem pena licet puniatur eadem lege qua
punitur qui conſummauit delictum.
13 Jura punientia affectum licet non ſequatur effectus non habet
locum attenta conſuetudine Jtalie.
14 Pene capitales de conſuetudine Jtalie non puniuntur pro de⸗
lictis imperfectis.
15 Affectus quādo punitur non ſecuto effectu debet puniri pena
extraordinaria.
16 Actus grauius puniuntur ex delicto conſummato quam in⸗
choato.
17 Solus tractatus etiam in atrociſſimis non puniretur quando
nō eſſet proceſſum ad aliquē actum ordinatum ad ipſum factū.
18 Crimen aſſaſſinij ad hoc vt puniri poſſit pena mortis licet ſit
de atrocioribus requiritur qȯ fuerit conſummatū alias ſecus.
19 Delicta hodie non puniuntur penis contentis in conſtitutio⸗
nibus regni ⁊ iuribus municipalibus niſi delicta ipſa ſint con⸗
ſummata ⁊ perfecta.
20 Mandans homicidium committi mediante pecunia ſi nō fuit
ſequutum homicidium nō erit pena mortis:ſed pena criminis
ſtellionatus ſeu pecuniaria.

## Votum.VIII.

Conditoris machie mū⸗
dialis p̄ſidio repetito.Jn cauſa reuerēdi Pro⸗
thonotarij Capuani inquiſiti de aſſaſſinio cū
pecunia mediante mādauerit homicidiū com⸗
mitti in perſonam Galeacij Lombardi eius
inimici:⁊ acceptato mandato per mandatarium ac detecto tra⸗
ctatu non fuit ſequutus effectus.Heſitatum fuit in magna cu⸗
ria Vicarie qua pena veniat prefatus Prothonotarius in ea⸗
dem carceratus plectendus item an poſſit de aſſaſſinio ipſo co⸗
gnoſci per eandem magnam curiam attēta perſona priuilegia⸗
ta ipſius cum ſit clericus ⁊ in ſacerdotali dignitate conſtitutus
⁊ omiſſo primo ad quod redeam vt infra inficiari non poteſt ꝙ
attenta verificatione prefati Aſſaſſinij de quo plene liquet pre⸗
f fatus Prothonotarius non dicatur omni priuilegio † exutus
per tex.in.c.pro humani.de homi.in.vj.per quem prima facie
concedendum eſſet ipſum poſſe vltimo ſupplicio condemnari:
⁊ licet in tex.ipſo expreſſe pena mortis non contineatur cum a
canone ſit incognita:tamē in eo continetur vt aſſaſſinus ſeu mā
dās homicidium cōmitti per pecuniam ſit diffidatus ab omni
populo ⁊ ſic contra diffidatum a lege notorie bellum indictum
2 eſt † vt in.l.reos.⁊ ibi Cy.C.de queſtio.argumen.l.ſi ſeruus.C.de
his qui ad eccle.confug.intātum quod diffidatus a lege poteſt
a quolibet impune occidi.l.j.C.qū licet vnicuiqꝫ ſine indi.ſe vin
di.l.iij.§.tranſfugas.ff.ad.l.cornel.de ſica.⁊ proprie in aſſaſſinio
tāquam ab omni populo diffidato qȯ poteſt impune occidi:qȯ
3 poſſet impune occidi voluit Cy.in predicta.l.reos.Ang.in con
ſilio.xiiij.incipien.nos Carolus.vbi ſubdit ꝙ nedum a iudice
verum etiā a parte poſſet impune occidi.Jdem tenet Gemi.in
dicto.c.pro humani.refert ⁊ ſequitur do.Bartholo.ſoci.inter
conſilia Franci.cur.conſilio.xx.xviij.col.incipiente dominus la⸗
bia mea ſepenumero animo reuolui.Sed nunc redeundo ad
4 primum:an tanꝙ aſſaſſinus licet ſit clericus poſſit per iudicem
laicum ⁊ ſic per ipſam magnā curiam cognoſci ⁊ puniri abſqꝫ
aliqua actuali degradatione.⁊ certe dicendum eſt ꝙ ſic per.d.c.
pro humani.ita etiam in ſpecie tenet do.Stepha.aufreri.in re⸗
pe.clemen.ſepe.de offi.ordina.in tracta.quem ibi ponit de po⸗
teſta.ſecula.ſuper eccleſ.⁊ perſonis eccleſiaſticis in.iij.char.di⸗
cti tractatus in.xviij.fallen.⁊ Paris de pute.in ſuo tracta.ſind.
lj.char.ij.colū.circa finem.vbi dicit idem tenere Lapum in pre⸗
dicto.c.pro humani.ex quo ipſo iure videtur degradatus ⁊ da⸗
ta vnicuiqꝫ poteſtas ipſum capiendi.c.j.de ſciſmati.in ſexto.et
5 per ius clericus aſſaſſinus videtur ſpoliatus omni priuilegio
clericali:vt ibi per doct.⁊ contra aſſaſſinos de facto proceditur
vt dicit Bart.in.l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur.⁊ idem
Par.in trac.ſindi.in.xxxj.char.prima col.ver.ideo dico.⁊ plus
ſubdit ibidem Par.in.ij.col.ꝙ contra aſſaſſinum poteſt iudex
procedere ex mero officio.⁊ propter immanitatē ipſius crimi⸗
6 nis proceditur iuris ordine non ſeruato.⁊ alleg.Bart.in predi⸗
cto.§.ſi mandato.⁊ dicit ꝙ plus dicunt canoū.in predicto.c.pro
humani.ꝙ in tali crimine nō exigitur plena probatio.Sed ſuf⸗
ficit conſtare per probabilia argumenta.⁊ alleg.etiam Calder.
in ſuo conſil.iiij.in tit.de dilatio.⁊ recte intuenti.idem dicit tex.
in.d.c.pro humani.⁊ idem de omnibus prenarratis ſequitur ⁊
refert Hippoly.marſi.in ſua practi.cauſarum criminalium.in
ver.examinanda.in.iiij.col.⁊ idem Marſi.in ſua practi.predi⸗
cta.in ver.diligenter.in.ix.char.in numero.clxvj.Et ſic licet poſ
ſit iudex talem aſſaſſinum vltimo ſupplicio condemnare pote⸗
rit tamen ex cauſa penam minorare:vt dixit Andre.de Jſer.in
7 titu.que ſint rega.in verſiculo.⁊ bona.in.iij.colū.⁊ plene Feli.
in.c.qualiter ⁊ quando.§.ad corrigendos.extra.de accuſa.Et
cauſa conſiderari poteſt quando delictū nō fuit perfecte cōſum⸗
matum iuxta ordinē mandantis vt in caſu premiſſo in quo pro
thonotarius prefatus volebat ipſum Galeacium occidi ⁊ ho⸗
micidiū minime ſequutum fuit nec vulnus nec inſultus:⁊ ideo
8 ſuccedit iuris diſpoſitio † quod quamuis pro actu cōſummato
⁊ perfecto lex imponeret penam aliquam determinatā ⁊ poſtea
contingat delictum illud fuiſſe attentatum tamen non perfecte
conſummatum ſi reperitur quod lex ſpecialiter imponat eandē
penam vel aliā limitatā debet illa imponi vt in.l.j.C.ſi quacūqꝫ



UVA. BHSC. IyR_279_2

predi.pote.l.is qui cum telo.C.de ſica.ſed ſi nõ reperitur ſpecia
liter determinata mitius punitur ⁊ extra ordinem arbitrio iu
dicantis vt probatur in.l.j.in prin.ff.de extraordi.crimi.⁊ not.
Ray.Bal.⁊ Ange.in.l.j.§.hec autem verba.ff.quod quiſqȝ iur.
que verba reputat Bal.ibi not.cũ ergo tractata ⁊ attentata per
ipſum Prothonotarium non fuerint executa ⁊ ad effectum fi
9 nalem producta †debet mitius puniri:ita ex preallegatis conſu
luit Alexã.de Jmo.ita formaliter loquendo in conſilio.cxj.iij.
col.in primo volumi.⁊ ideo voluit Jaco.de ra.vt refert Bart.
in.l.j.§.diuus.ff.ad.l.cornel.de ſica.quod licet attentans delictũ
quod tendat ad mortem puniatur pena.l.cornelie.de ſica.tamẽ
10 quando non eſt ſequutus effectus ⁊ †euentus qui conſideratur
in delictis per.l.aut facta.§.euentus.ff.de pen.poterit iudex ex
hoc penam minuere per hoc videtur text.in.d.l.j.de extraordi.
cri.in ver.ibi perfecto flagitio capite punitur ſed imperfecto de
portatur per quem text.dicit Gulielmus de cuneo in.l. ſi quis
non dicam rapere.C.de epiſcopis et clericis. quod licet in atro
cioribus puniatur affectus licet non ſequatur effectus id intel
ligendum eſt vt puniri debeat eadem lege ſed non eadem pena.
ſed mitius per.d.l.primã.ff.de extraordina. crimi. ⁊ in dicto.§.
euentus.Jdem tene Cynus in dicta.l.ſi quis non dicam rape
re.C.de epiſcopis ⁊ clericis.Jdem reperio conſultum fuiſſe per
domi.Franci.de albergo.de aretio in conſilio ſuo incipiente in
Chriſti nomine amen.Quod ciccus fante ſecunda columna ꝙ
habeo ad pennam in libro meo diuerſorum conſiliorum diuer
ſorum doctorum vbi formaliter ⁊ magiſtraliter loquitur dicen
do quod quantumcumqȝ mandatum ſit rei atrociſſime: tamẽ
attenditur eius executio et non ſuſceptio ſola mandãtis: vt. ff.
de furtis.l.ſi quis ſeruo.§.idem Pompo.⁊ de iniur.l.apud la
beonem.§.ſi curauerit.et de verborum ſignificatio.l.ſepe in fi.⁊
de extraordina.crimi.l.prima in princip. Nam ſicut mandans
non explicit delictum ex mandato abſqȝ executione mãdantis
vt dictis iuribus:eadem ratione nec mãdatarius cum non mi
nus delinquat mandans ꝙ mandatarius: ſed magis principa
liter delinquit qui primordialiter mandat vt.ff.de ſeruo cor
rup.l.in hoc et quod vi aut clam.l.ſi ego tibi aut dices eum ca
pitaliter puniendum ex quo mandauit occidi veneno quod tra
didit exhibendum mediante pecunia: et concludendum eſt pre
fatum Ciccum non debere capitaliter puniri cum non fuerit ſe
quutus effectus mandati prefati vȝ necis quam curauit in
ferre neqȝ deuenit ad actum proximum effectui ſed remotũ qui
velut de delicto conſummato vel pena delicti conſummati non
eſt afficiendus ſed extraordinaria vel arbitraria puniendus vt
ff.de extraordina.crimi.l.prima in fine.⁊.§.fina.C.de ſeruis fu
gi.l.ſi fugitiui.multominus venit dictus Ciccus capitaliter pu
niendus ſecundum intellectum et opinionem Moder. quã te
net Cynus et Gulielmus de cuneo in dicta.l. ſi quis non dicam
12 rapere videlicet quod etiam in atrocioribus is qui deuenit ad
actum etiam proximum effectui non puniatur eadem pena li
cet puniatur eadem.l.qua punitur qui conſummauit delictum
per.d.l.j.de extraor.cri.⁊ de pen.l.aut facta.§.euẽtus ita etiã for
maliter cõſuluit Bartho.cepo.in ſuo cõſi.vlti.referẽdo ſupra
ſcripta formalia que reputo furto ſubtraxiſſe a predicto domi.
Fran.de alberg.Et plus ſubdit Cepo.hec maxime eſſe vera pre
ſuppoſita conſuetudine que dicitur eſſe per totam Jtaliam qꝺ
13 licet iura puniant affectum licet non ſequatur effectus non ha
bet locum attenta dicta conſuetudine vniuerſali ita dixit gloſſ.
in.§.iniuriarum.x.colla.de pace iura.fir.quam Bar.⁊ alij attri
buunt Specul.vt ipſe Bar.not.in.l.prima.§.diuus.ff.de ſica.⁊
ideo dixit Spec.in titu.de accuſatio.§.primo.verſi. quid ſi pri
mo ⁊ Cy.in.l.is qui cum telo.C.ad.l.corne.de ſica.qꝺ pene capi
14 tales de gñali cõſuetudine Jtalie nõ puniunt pro delictis ĩper
fectis ⁊ qꝛ hoc ẽ ſatis de equitate naturali quã maxĩe debẽt ſeruare
habentes arbitrari per.l.quod ſi ephesi.ff.de eo quod cer.loco.
ita refert ⁊ ſequitur Fely.in.c.inquiſitiones.vj.col.extra de accu
ſatio.idem tenet Joan.And.in regula in penis in mercu.Bal.
⁊ Sali.in.l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.⁊ cleri.vbi di
15 xit quod †quando punitur affectus non ſequuto effectu debet
puniri pena extraordinaria ⁊ idem tenet Poropo.⁊ Andre.de
Jſer.in.c.j.§.ſi vero.de capita.qui cur.ven.⁊ iſta eſt communis
opinio prout refert Ange.in trac.maleſi.in verſic.ſempronium
mandatorem prima ⁊ ſecunda col.⁊ plene Alex.in.l.qui ea mẽ
te.ff.de fur.⁊ dicunt in ſpecie prefati And.de Jſer.⁊ Ange.vbi
ſupra quod licet in atrocioribus enormibꝰ aliqualis actus ſuf
ficiat ad effectum vt puniatur vt.d.l.ſi quis non dicam rapere
licet in alijs non tam enormibus etiam ſi perueniatur ad actuȝ
non tamen ad effectum perfectum non noceat vt in.d.l.qui fal
ſam.ff.de fal.attamẽ ⁊ grauius puniuntur actus ex delicto con
16 ſummato †ꝙ inchoato.d.l.j.de extraordi.crimi.⁊ plus dico qꝺ
licet in atrocioribus delictis puniatur affectus nõ ſequuto effe
ctu illud intelligendum eſt quando proceſſum fuiſſet ad aliquẽ
actum ordinatum ad ipſum factum ſecus autẽ quando nõ eſſet
17 proceſſum ad aliquem actum †nam tunc ſolus tractatus etiam
in atrociſſimis non puniretur ita dixit Bald.in.l.non ideo mi
nus.vij.col.verſi.ſexto queritur.C.de accuſa.quem refert ⁊ ſequi
tur Fely.in ſuo tract.conatus.ij.colum.verſicu.fallit tertio ⁊ in
eodem trac.penul.col.poſt prin.⁊ probat bene text.in.l.qui fal
ſam monetam.ff.ad.l.corne.de ſica.vbi Hippoly.Marſil.tenet
18 eandem opinionem ibi in.ij.col.⁊ quod †ad hoc vt huiuſmodi
delictum committens puniri poſſit pena mortis licet ſit de atro
cioribus requiritur quod fuerit conſummatum ſecus ſi non ſit
conſummatum ita conſuluit Bald.in conſi.incipien.in chriſti
nomine amen.Scire oportet quis teſtis per.l.j.§.fina.in fi.ff.de
effracto.⁊ inſuper bene facit quod quando delictũ punitur per
ſtatutum non habebit locum talis pena niſi delictum fuerit cõ
ſummatum ⁊ tamen ſtatuta ſtrictiſſime interpretantur ex quo
attentare eſt ficte facere ⁊ ſtatutum non extenditur ad caſum fi
ctum.l.iij.§.hec verba.ff.de nego.geſt.⁊ ſic hodie non ſit punitio
19 pene impoſite †per conſtitutionem regni delinquẽtibus niſi de
licta ſint conſummata ⁊ perfecta vt dicunt Ang.⁊ Pau.de ca.
in.l.j.ff.quod quiſqȝ iuris.Ludo.in.l.damni.§.ſabini.ff.de dã
no infect.Alex.conſilio decimoquinto primo volumine Joan.
de Jmo.in.l.j.de publi.iudi.Cyn.⁊ Bald.in.l.is qui cum telo.
Ange.in trac.maleſi.in verſiculo veſtem celeſtem abſtulit ⁊ ibi
Moderñ.
¶ Vltimo non eundo per mẽdicata ſuffragia dico quod inter
rogatus ab illuſtriſſimo ⁊ reuerendiſſimo Cardinali columna
locum tenente generali Ceſa.maieſtatis qua pena veniret prefa
tus Prothonotarius plectendus in preſentia magnificorum re
gentis ⁊ iudicum reſpondi non poſſe capitaliter puniri ex cau
ſa illius mandati de occidendo mediante pecunia ex quo ita in
20 particulari ⁊ in proprijs terminis †voluit Dy.⁊ poſt eum Ang.
in.l.item apud labeonem.in.§.ſi curauerit.ff.de iniur.⁊ idẽ vo
luit Gand.in trac.maleſi.in tit.de homi.⁊ eorum pena.iiij.col.
licet concludat quod ipſe putaret iudicẽ non delinquere ſed be
ne agere ſi in caſu premiſſo puniret ipſum mandantem crimine
ſtellionatus ⁊ idem ſequitur Auguſti.arim.in additio.ad An
ge.in verſic.ſempronium mandatorem.iij.colũ.⁊ etiam allegat
Ange.in conſi.xiiij.incipien.nos carolus dicentem quod ſi ho
micidium non ſit ſequutum licet aſſaſſinus debeat decapitari
quia peruenit ad actum proximum tamen ex quo delictum nõ
fuit conſummatum in morte quia mors non fuit ſequuta bene
faciet princeps ſi commutet penam in pecunia ⁊ eandẽ opinio
21 nem vȝ quod non ſequuto homicidio in aſſaſſinio †delictum
ipſum non dicatur conſummatum ⁊ quod eo caſu veniet impo
nenda pena pecuniaria firmat Amode.iuſti.excellens Doctor in
ſuo trac.ſind.in verſic.item in eo quod dicti ſocij milites in.iij.
col.vbi etiam ſubdit ſe alias conſuluiſſe in ciuitate ſenarum in
fauorem capitanei ⁊ militis cui carceratus aufugerat pro crimi
ne aſſaſſinatus quia ille aſſaſſinus tenebatur carceratus in lo
co conſueto in cõpedibus:⁊ ſic ex quo attenta cauſa ipſa aſſaſſi
nij pro qua detinebatur veniebat imponenda pena pecuniaria
reputari debuit diligens cuſtodia ⁊ fuga eius nõ imputabitur
ipſis officialibus:quamobrem reſpondi prefato illuſtriſſimo ⁊
reuerendiſſimo domino Cardinali prefatum Prothonotariũ
poſſe pecuniariter puniri qꝺ placuit ſue illuſtriſſime.d.⁊ etiam
prefatis Magnificis Regenti ⁊ iudicibus prefate magne curie
meis collegis ⁊ ita executũ fuit ⁊ ſoluit reuerendiſſime curie pro
pena dictos quadringentos ⁊ ſic ad compoſitionem prefatam
admiſſus fuit. Thomas Gramaticus Judex magne Cu
rie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapo
litanus Juris Vtriuſqȝ Doctor.

# Summarium.

1 ¶ Aſſaſſinus dicitur qui pecuniam ſeu aliquo ſibi dato de
linquit.
2 Aſſaſſinus an dicatur qui per aliquaȝ promiſſionẽ ſibi factam
crimen committit.
3 Et an ſi quis delictum committit vt complaceat alteri dicatur
commiſſum crimen aſſaſſinij.
4 Aſſaſſinus dicitur diffidatus ab omni populo chriſtiano ob
quod poteſt impune occidi nedum per iudicem ſed a quo
libet priuato.
7 Delictum quando punitur pena ſtatuti non habet locum pena
prefata niſi delictum fuerit conſummatum ſecus ſi attentatum.
8 Affectus quod non puniatur niſi ſequuto effectu nõ habet lo
cum in

UVA. BHSC. IyR_279_2

cum in delictis enormibus.
9 In atrocioribus per ſolum attentatum dicitur conſummatum delictum.
10 In atrocibus ſi deuentum eſt ad actum proximum debet inquiſitus puniri pro delicto conſummato concurrente dolo.
11 Aſſaſſinus ſi ſemel deliberauit committere aſſaſſinium ⁊ demū ſe penituit talis penitentia non excuſabit.
12 Aſſaſſinij delictum eſt crimē atrox ⁊ exceptuatum imo equiparatum crimi. leſe maieſtatis ⁊ ſimilibus.
13 Ubi agitur de pena criminali imponenda ex ſolo conatu quis mitius punitur arbitrio iudicis ſecus vbi lex in tali caſu ſpecificaret quantitatem pene.
14 Conatus in atrociorib9 punitur ⁊ ibi de monachis qui fuerūt conati dare venenum abbati ſancti Petri.
16 Pena poteſt per iudicem alterari vbi apparet de animo occidēdi etiam ſi per indicia appareat.
17 In aſſaſſinij crimine proceditur de facto ⁊ iuris ordine non ſeruato.
18 Aſſaſſinus clericus tanq̄ ipſo iure degradatus punitur per iudicem laicum.
19 Iura licet transgredi in enormibus.
20 Aſſaſſinus ſi poſt receptam pecuniam deuenit ad actum proximum homicidij habetur ⁊ punitur ac ſi occidiſſet.
21 Contra aſſaſſinos ſemper ſolet pena augeri.
22 Et licet de generali cōſuetudine Italie nec ob malū animū nec ob conatū ad delictū debeat qs pena mortis naturalis puniri actum non habet locum in crimine aſſaſſinij.
Delinquendi conſuetudo inducitur per binum actum.
23 Seminans delictum non debet ſperare de venia.
24 Excarcerandus die veneris ſancti ſi reiterauit delictum non debet excarcerari.
25 Furta plura committens licet parua debet mori licet pro vnico furto non magno mori non debeat.
26 Reiterator delictorū etiā ſi pro eiſdem vel quolibet delicto um veniret imponēda pena pecuniaria attamen ob reiterationem debet pena mortis naturalis puniri.
27 Reiteratio delicti facit vt illud quod alias non erat capitali pena puniendum puniatur capitaliter.
28 Pena capituli pro humani de homici. in. vj. habet locum tam in mandante q̄ in mandatario.
29 Conſtitutio que loquitur in mandante non extenditur ad mādatarium.
30 Statutum penale non comprehendit mandantem.

## Votum. IX.

Redemptoris gentium ſuffragio repetito. Nicolaus Anellus de Cecca Cayetanus paruo munere vnius paris caligarum corruptus ab Alfonſo de Aquino vt magiſtrum Laurentium interficeret maximo impetu in ipſum euaginato enſe percutiendo irruit qd nec perficere aut vulnerare valēs aufugit: ⁊ paucis inde diebus elapſis iterato depoſitata pecunia duos hiſpanos vt Laurentiū ipſum ac etiam magiſtrum Auguſtinum ad inſtantiam Andree Banderole vxoris ipſius amore capti interficeret conduxit eiſq; acutum mucronem ad id hilius perficiendum cōduxit quo detecto ⁊ Nicolao Anello ipſo in fortiam curie peruento ab illuſtriſſimo cōſaluo Ferdinādo regni Sicilie pro rege quid ſuper ipſius inquiſiti pena de iuris cenſura ſentirē ex infraſcriptis breuiter facillime apparebit.

¶ Et principaliter dicendum eſt prefatum Nicolaum Anellū crimen aſſaſſinij commiſſe cum ex cauſa caligarum habitarū ab Alfonſo de Aquino homicidium ipſum perpetrare deliberanerat in perſonam magiſtri Laurentij ex quo aſſaſſinus dici
1 tur qui per pretiū † ſeu aliquo ſibi dato delinquit ita dixit Bar. in. l. cicero. ff. de pen. Alex. de Imo. in. l. j. §. hec actio. ff. de eo per quem fa. erit. ⁊ ideo dixit Bar. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. quod ſi aliquis facit vel fieri facit mediante pecunia dicitur aſſaſſinus ⁊ alibi dixit Ange. in. l. j. de ſepul. violato. quod hi ſunt aſſaſſinij qui pecunia corrupti delicta faciunt ⁊ in hoc caſu nedum ipſi puniuntur verumetiam qui mandāt idem dicit Par. de pute. in trac. ſind. in verſi. inquiſitio. in. c. dicit conſtitu. regni ⁊ alibi dicit Ange. in trac. maleſi. in verſi. ſempronium mandatorem. in prin. quod accipiens mandatum pro pecunia dicitur aſſaſſinus ⁊ ibi parum infra ſubdit quod in vtroq; id eſt in aſſaſſinio ⁊ mandāte eſt delictum atrocius ob pecuniam ⁊ ideo grauior pena vt in. d. c. j. de homi. in. vj. ⁊ ideo pulchre conſuluit
2 Franc. Curt. in conſilio. xx. in. v. char. quod † per promiſſionem factam alicui vt delictum committat dicitur eſſe commiſſum crimen aſſaſſinij ⁊ alibi dixit pulchre Io. and. in. c. pe. de cleri. non
3 reſiden. quod † nedum pro pecunia ſed etiam ſi vt quis complaceat alteri delictum cōmittat dicitur perpetratū delictū aſſaſſi
4 nij modo clarum eſt quod † aſſaſſinus dicitur diffidatus a populo chriſtiano ob quod poteſt impune occidi nedum per iudicem ſed etiam a quolibet priuato vt dicit Cy. in. l. reos. C. de accuſa. Hemi. in. c. pro humani. de homici. in. vj. Ange. in conſilio xiiij. incip. nos Carolus ⁊ plene Alex. de Imo. in. l. j. §. transfugas. ff. ad. l. corne. de fal. ⁊ Fran. Cur. in prefato cōſi. xx. quod cōſilium in rei veritate fuit Bartho. Soci. in eius ſubſcriptione liquet in. v. char. ⁊ licet prefatus inquiſitus eundem magiſtrum Laurentium cum enſe percuſſerit non tamen vulnerauit reſultare videtur quod cum effectus homicidij non fuerit ſequutus debeat excuſari ab huiuſmodi pena cū hodie in Italia per ſta
5 tuta non inſpiciatur animus ⁊ effectus † ſed euētus ⁊ ſic effectus ad hoc vt habeat locum pena homicidij prout voluit Specu. in titu. de accu. Bar. in. l. j. §. diuus. ff. ad. l. corne. de ſica. ⁊ in regno viget conſtitutio aſperitatem que corrigit ius commune ⁊ ſuccedit loco ſtatuti ⁊ quando delictum punitur per ſtatutum nō
6 punitur † pena ſtatuti niſi delictum ſit conſummatum ſecus ſi attentatum quia attentare eſt ficte facere ⁊ ſtatutum non extenditur ad caſum fictū. l. iij. §. hec verba. ff. de nego. geſt. ⁊ ſic hodie
7 non imponitur † delinquentibus pena impoſita per cōſtitutionem regni niſi delicta ſint conſummata ⁊ perfecta vt dicūt Ange. ⁊ Pau. de caſt. in. l. j. ff. quod quiſq; iur. Ludo. in. l. damni. §. ſabini. ff. de dam. infec. ⁊ Alex. in conſi. xv. in primo volu. ⁊ Io. de Imo. in. l. j. ff. de publi. iudi. Cy. ⁊ Bal. in. l. is qui cum telo. C. de ſica. Ange. in trac. maleſi. in verſiculo ⁊ veſtem celeſtem et ibi Moder.
8 ¶ † Nam prefatis reſpondetur nam quod effectus ſeu conatus non punitur niſi ſubſequuto euentu non habet locum in delictis enormibus voluit glo. ordi. ⁊ not. in. l. j. in verſic. putamus. ⁊ ibi Ludo. Roma. ff. quod quiſq; iu. vbi Bal. ibidem eam intelligit in delicto aſſaſſinij quod eſt enorme ⁊ Bald. in. l. ſi fugitiui. C. de ſerui. fugi. idem in ſpecie tenet Bertachi. in reperto. ſuo in verſi. affectus preſertim cum in atrocioribus per ſolā attē
9 tationem † ſeu attentatum' dicatur delictum conſummatum vt in. l. ſi quis non dicam rapere ⁊ ibi Bal. C. de epiſc. ⁊ cleri. idem Bald. in. l. non ideo minus. C. de accuſa. ⁊ quod delictum iſtud aſſaſſinij ſit atrox ⁊ eiuſmodi quod pena augeri debeat voluit in ſpecie Bar. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. in verſi. venio ad conductorem de quo dicit eſſe tex. in. d. c. pro humani. idem voluit Ange. in trac. maleſi. in verſi. ſempronium mandatorem. j. col. ⁊ procedunt potiſſime preallegata cum ſit deuentū ad actum facti proximum ⁊ immediatum ex quo prefatus Nicolaus Anellus extraxit arma ⁊ percuſſit quo caſu propter talē
10 actū proximū † debet inquiſitus ipſe puniri pro delicto conſummato concurrente dolo ita dixit pulchre Bald. in. l. ſi quis non dicam rapere vlti. colū. C. de epiſ. ⁊ cleri. ⁊ in. l. non ideo minus. vij. col. verſic. xxj. queritur de accuſa. Feli. in trac. conatus tertia fallentia in ſi. Abb. ⁊ Philip. in. c. j. extra de treug. ⁊ pace maxime cum per ipſum non ſteterit illum occidere ⁊ perficere nō valuit q2 non potuit imo ſi ſemel deliberauit id perficere ⁊ poſtea
11 ſe penituit talis † penitentia ipſum nō excuſabit ita dixit Hemi. in predicto. c. pro humani. ⁊ preſertim puniendus eſt attētatus cum ſimus in delicto quod poteſt trahi ad exemplum per tex. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. ⁊ quod delictum aſſaſſinij ſit atrox ⁊ ex
12 ceptuatum imo equiparatum † crimini leſe maieſtatis ⁊ ſimilibus tenet Hemi. in predicto. c. pro humani. ⁊ Feli. in. d. tract. conatus in. vj. fallen. ⁊ licet vbi agitur de pena criminali imponē
13 da ex ſolo conatu † quis mitius ⁊ extraordinarie puniatur iudicis arbitrio vt probatur in. l. j. ff. de vari. ⁊ extraordi. cog. iuncta l. quamuis adulterij. C. de adulte. in fi. hoc tamē procedit vbi lex in tali caſu non ſpecificat quantitatem pene nam vbi lex ſpecificat ſtatur illi legi licet delictum non ſit vndiq; conſummatū ita dixit Bal. in. l. ſi de ſeruis fugi. ⁊ probat bene per tex. in l. j. C. ſi quacū. predi. pote. ⁊ in. l. is qui cū telo. C. de ſica. per que iura ita in terminis concludit Alex. de Imo. in. l. j. §. hec autem verba. ff. quod quiſq; iuris. ſed quia ſumus in delictis atrocioribus vltra diſpoſitionem dicti capituli pro humani. in quo expreſſe deciditur caſus iſte dico quod ratione atrocitatis affectus ille ⁊ conatus occidendi ⁊ cum fecerit quantum potuit habetur pro effectu ita Bald. in predicta. l. ſi quis non dicam rapere. ij. col. ⁊ Cardina. in. c. j. de eo qui mit. in poſſeſ. ⁊ domi. in. c. gratia
14 j. q. j. vbi formaliter dicunt quod † iura punientia conatum loquuntur in atrocioribus: ſentit gloſ. peregrina. in. l. preſenti. in ver. cogitatiōe. C. de his qui ad eccle. cōfug. ⁊ ideo dicebat Bar.
15 in. l. j. ff. de pari. quod † monachi qui conati fuerūt dare venenū



UVA. BHSC. IyR_279_2

abbati ſancti Petri debebant plene puniri licet non fuerit deli
ctum conſummatū ꝛ perfectū ad mortē idē voluit Bar. ꝛ Sali.
in.l.j.C.de male. ꝛ mathe. Ange.de Are. ꝛ Angu.ari.in tra.ma
leſi.in ver. ꝛ veſtem celeſtem abſtulit.ix.col.ver.ſed aduertas eo
maxime cum ſemel conſtet de animo ipſius Nicolai Anelli de
occidendo prefatum Laurētiū poſſit pena per iudicem alterari
16 etiā ſi appareat†per indicia ita dixit Salic.in predicta.l.is qui
cum telo. ꝛ potiſſime cōcedenda ſunt preallegata in caſu in quo
17 ſumus aſſaſſinij in quo procedendū eſt†iuris ordine non ſerua
to vt dixit Hoſt.lap. ꝛ domi.in.d.c.pro humani. ꝛ dixit Bal.in
predicto.§.ſi mādato qđ contra aſſaſſinos de facto proceditur ꝛ
hinc eſt qđ aſſaſſinus ſi ſit clericus tāq̄ ipſo iure degradatus per
18 crimen†aſſaſſinij poteſt puniri per iudicem ſecularē cum eo ca-
ſu per aſſaſſiniū ſit omni priuilegio exutus vt dicit Lap.in.d.c.
pro humani. ꝛ Fran.Cur.in predicto cōſi.xx. ꝛ par.in trac.ſind.
in verſi.inquiſitio.in.c.dicit cōſtitutio.regni ꝛ recte quidem nō
19 abſq; miniſterio iura diſponunt vt in enormibus†liceat iura
trāſgredi vt dicit Inno.in.c.j.extra de cōſti.Bal.in.l.j.C.de pre-
ci.impera.offer. ꝛ in.l.obſeruari.§.proficiſci.ff.de offi.procōſul.
ꝛ in.l.j.de iura.calū. ꝛ in.l.ij.ſi ſeuerior. ꝛ ibi Salice.C.de infa. ꝛ
ideo non ab re ex iuris diſpoſitione licet delictū inceptū ꝛ non
perfectum non puniatur tanq̄ conſummatū fallit in aſſaſſino
cui ſi fuit pecunia data ſeu promiſſa vt hominem occideret ſi de
20 uenit ad actum†proximū prout in caſu premiſſo puniendus eſt
ac ſi occidiſſet vt legitur ꝛ no.in.c.j.de homi.in.vj. ꝛ tenet Joan.
Andre.in mercu.in regula in penis vbi enumerat multos ca-
ſus in quibus attentatū delictum punitur vt conſummatum ꝛ
per Bal. ꝛ alios in p̄dicta.l.ſi quis nō dicā rapere. ꝛ in.l.is qui
cum telo.ad.l.corne.de ſica. ꝛ idem in regno tenet ꝛ ſequitur per
prefatā deciſio.Joā.an.do.Matthe.de Aflli.in cōſtitutione ſi
quis aliquē ſub rubrica de percuſ.illici.cum armis.in.v.col.in
ij.char.in.x.q. ꝛ ibi ſubdit contigiſſe ijs diebus in quodā aſſaſſi
no qui traxit dardum ſeu ſagittā cum baliſta ꝛ dedit in arzono
equi ꝛ non percuſſit hominē aduerſus quem traxerat nam fuit
punitus ac ſi occidiſſet ꝛ ita dicit vidiſſe determinatū ꝛ poſtea
21 exequutū quia cōtra iſtos†aſſaſſinos ſemper ſolet augeri pena
vt Bar.in.l.non ſolum.§.ſi mandato.iij.colū.ff.de iniur. ꝛ in.l.
cicero.ff.de pen. ꝛ ibi concordā.in apoſtil.Alex. ꝛ idem vt ſupra
vz qđ nemo debet decapitari niſi proprie occiderit alium nec
ob malum animū nec propter conatū tantū debet pena mortis
puniri naturalis ꝛ de generali conſuetudine totius mundi de-
rogatum eſt dictis legibus vt dicit Specu.in tit.de accu.prima
parte.§.j.verſi.ſed pone. ꝛ ſequitur Ange.in.l.j.§.hec verba.ff.
qđ quiſq; iuris. ꝛ in.l.j.§.fit iniuria.ff.de var. ꝛ extraordi.crimi.
22 Nam hoc fallit† ꝛ non habet locū in crimine aſſaſſinij ſm Ang.
in trac.maleſi.in ver.ex interuallo.iij.char.allegat Bal. ꝛ Ang.
in.l.j.§.hec verba.ff.qđ quiſq; iur. ꝛ idem refert ꝛ ſequitur idem
do.Matthe.de Affli.in cōſtitu.mala noxia.ij.col. ꝛ ſub rubrica
de malis noxijs ſeu medica.

¶Et potiſſime militabunt prefata ob conſuetudinē ipſius Ni-
colai Anelli circa crimen iſtud aſſaſſinij cum appareat iterato
per medium hiſpanorum nedum prefatū Laurentiū occidere
verūetiam ꝛ Andreā Banderolā ꝛ ſic cōſuetudo iſta delinquen
di liquet inducta per binum actum gloſſ.in.c.ita nos.xxv.q.ij.
Bal.in.l.iij.C.de epiſco.audien. ꝛ Ange.in.d.conſi.xiiij. ꝛ plus
23 ſubdit Bald.in.d.l.iij.qđ†geminans delictū non debet ſperare
de venia idem dixit Specu.in titu.de contuma.§.iiij.verſic.ſed
pone iudex ꝛ alibi dixit glo.in.l.quicunq;.C.de ſer.fugiti.quod
ex reiteratione delicti augetur pena ꝛ idem dixit Inno.in.c.no-
uit.de iudi. ꝛ Bal.in marga.in ver.crimē ꝛ ideo dixit Bald.in
24 preallegata.l.iij.C.de epiſco.audien.qđ†excarcerādus die vene-
ris ſancti ſi reiterauit delictū nō debet excarcerari amplius idē
ſequitur Ludo.in.l.ſi vero.§.de viro.xxxj.fallē.ff.ſolu.matri.gl.
in.l.lex cornelia.ff.ad ſillan.hinc dixit Bal.in.c.de appellationi
bus.extra de appella.qđ licet pro vnico furto non magno quis
25 mori†non debeat tamē ſi cōmiſit plura furta licet ſint parua ob
ipſorū reiterationē debet furcis ſuſpendi:idem voluit And.de
Iſer.in cōſtitu.regni incipiente ſuper inciſionibus arborū ꝛ eſt
ſub rubri.de homici.clande.idē etiā tenet Feli.in.c.ſignificaſti el
primo.extra de homici.hinc ſummus pontifex in.c.ad abolen-
dam.extra de hereti.prima vice parcit heretico ſed reiterāti dat
penas ꝛ ipſum nullatenus admittet:hinc iuriſconſultus.in.l.ſi
plures.ff.de re mili.iuſſit tironibus deſertoribꝰ militie prima
vice indulgendū ſed reiterātibus minime ꝛ idē in.l.omnes §.
deſertor.eo.ti.vbi ſi deſertorē cōtingat in vrbe reperiri capite pu
nitur alibi vero ex prima apprehēſione reſtituit ꝛ ita ſolet ꝛ qđ
delictū reiteratū plus puniatur eſt tex.in.c.peruenit.xxvij.q.j.et
qđ longe maiori pena teneat voluit Sali.in.l.ſeruos.C.ad.l.iul.
de vi publi. ꝛ ideo dixit pulchre And.de Iſer.in verſicu. ꝛ bona
cōmittentiū in ti.que ſint rega.qđ ſi princeps ſemel delinquēti
indulgeat facinoroſo antē habēti in cōſuetudine parcere mini-
26 me deberet:† ꝛ ideo non voluit ſingulariter Ang.in.l.j.C.de ſu-
perexacto.lib.x.vbi eſt tex.etiā formalis in fine in verſi.perſeue-
ret qđ reiterator criminū etiā ſi pro eiſdē ſeu quolibet ex eis veni
ret imponēda pena pecuniaria tamē propter reiterationem de-
bet puniri pena mortis naturalis idem voluit imperator in.l.
omnes.§.delatores.C.de colla.eo.li.x. ꝛ ibi patet qđ iura nō pu
niētia crimina capitaliter nō extēduntur vbi crimina ipſa fuiſ-
ſent reiterata per eundē criminoſum ꝛ ſic delictū illud qđ alias
27 capitale†nō erat ex reiteratione efficitur capitale qđ eſt not.ſm
Roma.in.l.ſi vero.in.§.de viro.xiij.caſu.ff.ſolu.matri.idem te-
net Barto.in.l.licitatio.§.qđ illicite.circa princi.ff.de publi.re-
fert ꝛ ſequitur Anto.Corſe.inſignis Doctor in de pote. ꝛ excel-
len.reuerendiſſima in ſuo trac.de verbis Semi.vij.col.in verſi.
lij. ꝛ idem tenet Luc.de pen.in.d.l.j.C.de ſuperexact.Jo.de pla.
in.l.oēs iudices.C.de delato.lib.x. ꝛ idem tenet Par.de pute.in
trac.ſind.in ver.pena in.c.quia multa poſſunt occurrere in ver.
iudex poteſt criminoſum p̄pter cōſuetudinē ꝛ ſubdit per tex.in
l.oēs.C.de delato.qđ ſi iudex eo caſu capitaliter puniret ob con-
ſuetudinē delinquēdi nō tenebit in ſind.licet Par.de preallega
tis deciſionibus nullā mentionē fecerit nec credo qđ viderit niſi
Ange.in.d.l.j.de ſuperexactio.vbi dat formā procedendi cōtra
tales reiteratores vt aſſeſſores dum volunt illū capitaliter puni-
re debēt inquirere cōtra ipſum tanq̄ cōtra conſuetum talia cri-
mina cōmittere ꝛ in eis perſeuerare ꝛ ſic ipſum cōuictum ſecu-
re poſſunt condēnare ad mortē non obſtāte qđ talia crimina de
ſui natura nō ſint capitalia qđ eſt mēti tenendū dicit Ang. ꝛ qđ
28 pena†dicti capituli pro humani.locū habeat tam in mandante
q̄ in mādatario voluit Ange.in preallegato trac.maleſi.in ver.
ſemproniū mandatorē.in princ.ibi dum dicit qđ in vtroq; pro-
pter interuentū pecunie delictū eſt atrocius per text.in.d.c.pro
humani. ꝛ idem voluit Ange.in.l.j.de ſepul.vio.refert ꝛ ſequit
Par.de pute.in predicto trac.ſind.in verſi.inquiſitio ſupra alle
gato: ꝛ quia in ſacra pagina cautū eſt ex ore tremēdi dei maleſi-
cos nō patiaris viuere ſuper terrā vt habet exodi.ij.c.idcirco cō
cludo reſpectu enormitatis criminis ac ipſius reiterationis pre
fatum Nicolaū Anellū vltimo ſupplicio eſſe de iure condemnā
dum ꝛ ita iuris eſſe cōſulo veſtre Illuſtre ac inuictiſſime Domi-
nationi cui aſſidue poſt victriciū manuū oſcula me cōmendo.

¶Ego Thomas Gramaticus Judex magne Curie Vicarie
Veſtre Illuſtriſſime Dominationi ſeruulus obſequētiſſimus.

¶Aduertendum arbitror ne curſim legēti videat precedēs vo-
tum cōtrariū a proximo precedēti cōſilio ſeu voto cū in precedē-
ti cōſuluerim de pena pecuniaria in aſſaſſinio ꝛ in hoc de pena
mortis naturalis ne mihi dici poſſit cur tam varie dico qđ lōge
diuerſu eſt caſus iſte a precedēti ex quo in precedenti tractat de
pena impoſita mādāti aſſaſſiniū cōmitti ſed hic tractat de pe-
na impoſita mādatario qui fecit qđ potuit vt illū occideret ꝛ ſic
perficere nō valuit quia per ipſum nō ſtetit:vnde non ſic eſt in
29 mādante per cōſtitutionē†ſi quis aliquē ſub rub.de percuſ.illi.
cum armis.per quā puniūtur delicta cū armis pro eo qđ execu-
tum eſt ꝛ ſic nō comprehēdit mādantē ſed faciētem:nam ille qui
mādat delictum cōmitti nō dicit qđ ipſe vere faciat ſed ficte licet
mādatum ſit illicitū ꝛ ſic dicta cōſtitutio nō debet interpretari
vt cōprehēdat caſum fictū niſi mandatū fieret illi qui de neceſſi-
tate deberet obedire vt ſeruo ꝛ ſimilibus vt tenet Bart.in.l.ſed
ſi vnius.§.ſeruus.verſi.quero circa hāc legē.ff.de iniur. ꝛ qđ ſta-
30 tutum†nō cōprehendit mandantē tenēt multi antiqui Docto.
quos refert Albe.de Roſa.in tertia parte ſtatutorū.q.lv.vbi di
cit Bononie fuiſſe deciſum qđ ſtatutū penale non cōprehendat
mandantē ꝛ idē tenet Sali.in.l.nō ideo minus.in ver.ſi quero.
C.de accu. ꝛ ſign.de homod.in cōſilio ſuo.ccxliij.incipiēte quia
per ipſum Laurentiū:itē ꝛ ſecūdo datur diuerſitas caſus quia
hic reiterauit ibi non quod not.

¶Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Juris Vtriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 ☞Animus et voluntas datur ex factis ꝛ geſtis intelligi.
Magis eſt actu voluntatem declarare q̄ verbis.
Facta ſunt fortiora ad demonſtrandum animum q̄ verba.
2 Juſtus metus dicitur timor violentie inferende.
3 Timendum eſt id quod abſq; periculo eſſe non poteſt.
4 Periculo non debet quis ſe committere.
5 Juſta cauſa metꝰ ſufficit ꝛ ibi dr iuſtus metꝰ vbi iuſta ſuſpitio.

Metus

UVA. BHSC. IyR_279_2

6 Metus iuſtus ſufficit licet eius effectus non ſequatur.
7 Timere ſufficit ſaltem probabiliter etiam ſi non iuſte.
8 Metus iuſtus vel iniuſtus ſit ⁊ an ſufficiat committitur arbitrio iudicis.
9 Timēs futurum malum debet clam proteſtari coram honeſtis perſonis vt habeat iuſtam excuſationem.
10 Actus vbi poteſt interpretari ad bonum ⁊ ad malum in dubio debet intelligi ad bonum: eſt verū quando actus ille non ſonat in delictum.
11 Ortus in aliqua ciuitate in qua eius parentes non degebant non ex hoc acquirit ciuilitatem in ea ſed ſequitur parentum originem.
12 Homicida habens gratiam de homicidio quod perpetrauit ſi deinde commiſit aliud homicidium ⁊ ſimiliter habuit gratiaꝫ non faciendo mentionem de primo in ſecunda gratia prefata ſecunda non ſuffragatur.
13 Ciuitas iurat homagium per ſuos ſindicos ⁊ ſic maiores ſinguli ⁊ vniuerſi de ciuitate per ſindicos fidelitatem iurant.
14 Natus in aliqua ciuitate ſortitur ibi ciuilitatē ⁊ acquirit eam.
15 Ciuis quis fit in eo loco vbi natus eſt.
16 Ciuilitati originis quis renunciare non poteſt.
17 Ciuilitas originis eſt potētior quam alia cauſata ex priuilegio.
18 Duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eodem iure imo eſt impoſſibile.
19 Vaſallus habens duos dominos tenetur primo domino perſonaliter ſeruire.
Nec poſſet replicare primo domino ⁊ dicere tu vadis cōtra aliū dominum meum: cui etiam ſum obligatus. nu. 20.
21 Credulitas etiam fatua excuſat quem a dolo.
22 Committens crimē etiam iniuſta cauſa metus ex quo venit imponēda ſibi pena corporis afflictiua non tenebit̃ ad eam reſpectu illius curie licet iniuſte.
23 Cauſa quelibet etiam iniuſta excuſat quem a pena. ⁊ nu. 26.
24 Periurium non poteſt committi abſq; dolo.
25 Periurus quis non eſt ceſſante dolo.
26 Cauſa iniuſta cuꝫ excuſet a dolo: pariter ⁊ a periurio excuſabit.
27 Animus alicuius quod cum dolo vel abſq; quid fecerit probabitur ex his que demonſtratur dixiſſe extra iudicium.
28 De conſiſtentibus in animo ſtatur dicto ipſiuſmet concurrente eius iuramento.
30 Coniectura vbi capi pōt alia q̄ delicti ſiue doli illa capi debet.
31 Actus quando poteſt ſe habere ad delictum et non delictum capienda eſt via vt excludatur delictum.
32 Crimen leſe maieſtatis non committitur niſi a ſubdito.
33 Confeſſio erronea licet geminata per ratificationē ſubſequutā poteſt nihilominus tanq̄ erronea reuocari etiam ſi eſſet iurata ibidem numero. 34. ⁊ etiam quod fuiſſet iudicialis ibidem. numero. 35.
36 Rebellis poteſt impune occidi ⁊ hoſtis.
37 Hoſtis captus in bello poteſt detineri vt ſeruus et pariter eius bona.
38 Hoſtis poſtq̄ captus eſt non poteſt occidi ſed ſeruari.
39 Condemnari non poteſt quis vltimo ſupplicio ex preſumptionibus.
40 Contra condemnatum per preſumptiones moderāda eſt multum ſententia.
41 Pena omnis in principe eſt arbitraria.

## Votum.X.

CEleſtis curie princeps nobis gratiā ſui roris infundat mihiq; filio intelligentiā ſenſus aperiat vt q̃ vera ſint ⁊ vtilia ſequar ⁊ q̃ vetāda refugiā. Stāte illuſtriſſimo magno capitaneo cōſaluo Ferdināďo locūtenētem gnali capita. militū regis ⁊ regine Hiſpaniarū cū exercitu recluſo ⁊ obſeſſo ab exercitu gallorū in terra baroli quidā baro regni generoſe proſapie quē ex honeſtate taceo trāſfugit ad hoſtes potiſſimū eſt ergo illa percūctare ac ruminare reqſitus ab eodē illuſtriſſimo dn̄o vt meū votū in ſcriptis conſignē per que prefati Baronis fulcit̃ defenſio ⁊ reuerēdiſſimi fiſci fundet̃ intētio q̃ fundari pretēdit̃ ex cōfeſſionibꝰ ipſius inqſitimet ex quibꝰ percipit̃ iuramentū ligij homagij p̃ſtitiſſe prefato illuſtriſſimo magno capitaneo noīe capita. militū ⁊ ſub eiuſdē ſtipēdio militaſſe ⁊ demū trāſfugiſſe aſſerti metus p̃textu ac rebellaſſe terrā fuimi frigidi cōtra capita. milites, ⁊ cōtra earundē exercitū arma ſumpſiſſe in ꝓuincia Calabrie licet ſe excuſare appareat bn̄ ⁊ legaliter ſeruiuiſſe in preteritū ⁊ nō doloſe nec malo aīo aufugiſſe cōſtare nāq; videt̃ ex geſtis per eū poſt fugā de eius aīo cum
1 arma erexerit ⁊ ſic ex factis ⁊ geſtis dat̃ animus ⁊ volūtas intelligi. l. reprehendēda cū vulg. de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊ talis p̃ſumit̃ animus qualia ſunt facta dixit Ludo. in cōſi. xcvj. incip. in xp̄i noīe Amē. Sup eo qđ querit̃ ⁊ alibi magis eſt actu volūtatē declarare q̄ verbis Ludo. in cōſi. cclxxj. ij. col. ⁊ ꝓpterea dixit do. Abb. in cōſi. ccxxiiij. incip. illud de iure querit̃ ꝙ fortiora ſunt facta ad demonſtrandū animū q̄ verba q̄ ſepe proferūtur cōtra intētionē proferētis ⁊ lꝫ ꝓbet̃ ꝙ ſibi fuerat nūciatū ſecrete ꝙ erat cōtra ipſum p̃parata captura ſue pſone ⁊ ſic erat ſibi violētia inferen-
2 da vn̄ videbat̃ eē in iuſto metu qm̄ timor violētie inferēde dr̄ iuſtus metus vt voluit Alex. de Imo. in cōſi. xcix. incip. qm̄ per excellētiſſimū in. iij. volu. ⁊ metuendum erat qđ abſq; periculo eē
3 nō poterat vt in cle. j. de baptiſ. ſm̄ Bal. ibidē in. iij. col. nec de-
4 bebat expectare ⁊ ſe periculo cōmittere vt dicit Inn. poſt Bal.
5 in. c. j. extra qđ met. cau. ⁊ ideo videbat̃ ſibi ſufficere iuſtā cām metus ſubeſſe vt dixit pulchre Bal. in. l. fi. C. de iur. delibe. j. col. ⁊ cōſuluit Alex. cōſi. cxliiij. in. ij. volu. vbi dicūt qđ iuſtus metus eſt vbi iuſta ſuſpitio ineſt ⁊ idē dixit Inno. in. c. cū olim. de elec.
6 ⁊ p̃ſertim cū dicat glo. in. c. bone el. j. de elec. qđ iuſtus metus ſufficit lꝫ eius effectus nō ſequat̃ ⁊ idē voluit glo. in. c. ad audiētiā extra qđ met. cā ⁊ iō ſatis ad ꝓpoſitū voluit Luc. de pen. in. l. ſi coloni. x. col. C. de agrico. ⁊ cēſi. li. xj. qđ ſufficit timere ſaltem pro-
7 babiliter etiā ſi nō iuſte. l. recte cū ibi not. ff. qđ met. cā. attamen recte cōſiderāti ex eo qđ cornelius ſi dixerat audiuiſſe de ſua captura de ꝓximo nō videt̃ poſſe arbitrari qđ fuerit talis metus qui potuiſſet cadere in conſtantē virū prout ad excuſationē requiritur maxime cū an metꝰ ſit iuſtus vel iniuſtus ⁊ an ſufficiat
8 ad excuſationē iudicis arbitrio relinquat̃ dixit Inn. in. c. cū dilectus. extra qđ met. cā. Bal. in. l. ij. de his qui per metū ⁊ in rub. de reſcin. ven. ⁊ videt̃ ēt de mēte gl. in. l. interpoſitas. C. de trāſac. nec excuſationē merere videt̃ cū illicentiato hoſpite trāſfugiēdo receſſerit vel minime ſaltem ꝓteſtatus fuerit corā honeſtis pſo-
9 nis ſeu ſacerdotibꝰ aut alijs ꝑ eius excuſatione verificanda vt pulchre dicit Abb. Panor. in. c. olim. ij. col. verſi. an autē. de reſtitu. ſpo. cū ꝓteſtatio ipſa declaraſſet eius volūtatē ⁊ ꝯſeruaſſet ſibi eius ius in futurū vt dicit pulchre Luc. de pen. in. l. curiales pe. col. C. de predi. curia. li. x. ⁊ Bart. in trac. de tiran. in. j. ⁊. ij. q. tn̄ qr malo aīo receſſiſſe videt̃ demōſtrat̃ qr deſerto exercitu trāſ-
10 fugiēdo receſſit: ⁊ lꝫ in dubio vbi actus pōt interpretari ⁊ trahi ad bonū ⁊ ad malū intelligi debeat ad bonū: tn̄ id ſecus eſt qn̄ actus ille ſonat in delictū ita voluit Jo. de Ana. quē refert ⁊ ſequit̃ Feli. in. c. dilecti. in. iiij. col. extra de accuſa. ſed qr trāſfugere ad hoſtes ⁊ exercitū deſerere ſonat in delictū ergo ⁊c. Apparet inſuper baro ipſe ligius ⁊ debito fidelitatis aſtrictus cap. militibus tāq̄ calaber reſpectu paterne ⁊ auite ac ſuorū p̃deceſſorū originis lꝫ ipſe ortus fuerit in ciuitate Neapo. in qua eius parētes domiciliū nō trahebāt ⁊ ſic nō ſortiebat̃ ciuilitatē Neapoli-
11 tanā ſed parentū originē: cū lꝫ qs naſcatur in aliqua ciuitate in qua parētes nō degebāt tn̄ nō acqrit ciuilitatē illius ciuitatis ſꝫ ſequit̃ parentū originē ita dixit Bal. ⁊ Ang. in. l. huiuſmodi. §. legatū. ff. de leg. j. ⁊ ibidē Nico. de Neapo. Abb. in. c. rodulphus extra de reſcrip. qđ videt̃ ēt eē de mēte Bar. in. l. filios. C. de municip. ⁊ origi. li. x. vn̄ cū pater ⁊ alij anteceſſores ipſius Alfonſi fuerint calabri ⁊ ita originaliter reputati ⁊ prouincia Calabrie aderat prout eſt ſub dn̄o capita. militū ſequit̃ ꝙ p̃fatus Baro erat ligius: cū etiā in ſpecie ipſe pſonal̃r ligiū homagiū p̃ſtitiſſe faſſus ſit in eiꝰ depoſitione illuſtriſſimo magno capitaneo noīe ⁊ ꝑ parte capita. militū a quo quidem reatu periurij minime euadere poſſe videtur cum ei contrauenerit.

¶ Nec ſuffragari eidē poſſet cū fuerit poſt eius capturā in bello cāpeſtri per illuſtriſſimū do. Hugonē de Moncada ductorem exercitus in ꝓuincia Calabrie dimiſſum ad taleā qr nō vr̄ ſibi remiſſa niſi illa captura dūtaxat ⁊ poteſtatē quā habebat ille illuſtriſſimus do. Hugo. eundē Baronē detinēdi carcerādi ac maletractādi cū ipſum tanq̄ hoſtē ceperat cōtra quē multa ꝓmiſſa ſunt vt infra ſubdā nō autē videt̃ remiſſiue delictū per prius cōmiſſum cōtra cap. milites ⁊ exercitū de relinquēdo ⁊ aufugiēdo ab eo qđ eidē do. Hugo. qui tūc de recēti venerat in calabriam a partibꝰ Hiſpanorū erat penitus incognitū ⁊ minime notū: ⁊ ſic gratificatus baro a p̃fato do. Hugo. de dicto delicto hoſtilitatis ⁊ ad taleā ductus nō facta mētione p̃cedētis delicti trāſfuge ⁊ rebellionis nō ſuffragat̃ quo ad primū dicta remiſſio per id
12 qđ in ſimili voluit Guliel. de cu. in. l. iij. C. de epiſ. audiē. vbi dixit qđ habēs gratiā ſeu remiſſionem de homicidio ꝙ al̃s perpetrauerat ſi cōtingat aliud homicidiū reiterare de quo ſimiliter habuit gratiā nō facta mētione p̃cedētis homicidij in nihilum ſibi gratia ſeu remiſſio ſuffragat̃ idē tenet ⁊ ſequit̃ And. barba. in. c. ſuper literis. xxiiij. col. extra de reſcrip. ſubdēs ex hoc bononie vidiſſe quēdam decapitari quia non fecerat mentionem in



UVA. BHSC. IyR_279_2

remiſſione ſecundi homicidij de gratia obtēta de precedēti ho-
micidio idem refert ⁊ ſequitur Jaſ.de May.in.l.preſcriptione
C.ſi cōtra ius vel vti.publi.⁊ in.l.nec dānoſa.C.de preci.impera.
offe.Feli.in.c.poſtulaſti.extra de reſcrip.⁊ hec ſunt breuiter que
mihi ad fiſci intentionē fundandā ſeu corroborādam occurrūt
que ſtringere vidētur:ex quibus alias dixeram prout in preſen-
tiarum adhuc ſentio baronem ipſum a pena non eſſe exemptū.
¶Pro parte vero ipſius Baronis non inficiatur cum ex pro-
ceſſus meritis colligi poteſt in aduentu gallorū ciuitate Neap.
per ſuos ſindicos iuraſſe ligium homagium in manibus do-
mini de obegni locūtenenti ac duci belli Regis Francorum in
quo quidem homagio ligio ſatis apparet incluſus ⁊ appreben
ſus prefatus Baro originarius eiuſdem ciuitatis Neapo.cum
13 in ciuitatibus per ſindicos fidelitatem †iurent maiores ſinguli
⁊ vniuerſi vt dixit Bal.quem refert ⁊ ſequitur Prepoſi.in.c.j.
quo tempore miles idem Bal.in.c.j.§.fi.per quos fiat inueſti.
archi.in.c.ſi tibi domino.xliij.diſt.licet etiā certo modo proba-
tum appareat nomine ipſius Baronis fuiſſe quoqꝫ ligium ho
magium prefatum preſtitum in quo non me aliter fundo.
¶Sed quod baro ipſe tanꝙ ortus in ciuitate Neapo.ſortiatur
14 ciuilitatem Neapolitanam voluit Jmo.⁊ Pau.de caſt.†in le-
ctu.Padu.⁊ etiam Alexan.in.l.huiuſmodi.§.legatum.ff.de le-
gatis primo.⁊ Feli.in.c.rodulphus.extra de reſcri.in.v.conclu.
vbi dicit non procedere dictum Abb.ſupra allegatum in predi
cto.c.rodulphus.⁊ ſecundum hoc fuit practicatum in facto vt
refert Pau.de ca.in.d.§.legatum.⁊ vltra ciuilitatem paternam
cōſequitur quis ciuilitatem ex origine propria vt dicit Rapha.
in.l.cetera.§.fi.ff.de lega.j.ſubdens ſe ita conſuluiſſe ac etiā idē
tenuiſſe Chriſtopho.de Caſtellio.p tex.in.l.aſſumptio.ff.ad mu
nicipa.idem etiam refert ⁊ ſequitur Ludo.Bolog.in repeti.ex-
traua.theodoſi.xj.parte in verſi.natura ſuos ciues vbi dicit qđ
15 quis fiat ciuis vbi ortus eſt †propter natiuitatem eſt veritas et
quod Bar.in.l.filios.de municip.li.x.non ſe firmat ⁊ non ſine
qua re.vnde redeundo nunc ad propoſitum clarum eſt qđ po-
tentior eſt ciuilitas originis ꝙ quelibet alia ⁊ intantum attendi
16 tur ciuilitas originis quod †quis ei renunciare non poteſt nec
poteſt ſua voluntate ſe ab ea liberare caſus eſt in.l.origine ⁊ in.l.
aſſumptio.ff.ad municip.⁊ conſuluit Alex.de Jmo.in conſilio
xxxiiij.in.ij.col.in.v.volu.incip.ſi venientes de nouo ad habitā
dum ⁊ ſequitur Ludo.Bologñ.in loco preallegato qui etiā ad-
ducit qđ etiam ciuilitas originis eſt potentior ꝙ alia cauſata ex
17 priuilegio †allegat Joan.de Jmo.in conſil.xxxv.inci.viget iam
diu pactū:⁊ ſic preſuppoſito prefatū Baronē iuraſſe per prius
ligium homagium Regi gallorum tanꝙ ciuis Neapolitañ.per
ſindicos Neapolitanos ſub quo iuramento ipſe quoqꝫ comple
ctitur vt ciuis originarius certe apparere videtur ligatus Fran
cie ⁊ eidem legalitatem promiſiſſe ſupra omnes ſecundum Spe
cu.in titu.de feu.§.quoniam Bald.in.l.vnica.C.de cadu.tollen.
Alua.in prelud.feud.glo.in clemē.paſtoralis.§.rurſus.de re iu
dica.⁊ ſic exiſtens ligius Francie non videbatur poſſe demum
conſtitui ligius capi.militum cum nemo poſſit eſſe ligius duo-
rum dominorum prout dicit Bal.ibidem in.iij.diui.⁊ alua.in
xiij.diui.in prelud.feu.⁊ ante omnes Specu.in predicto titu.de
feu.d.§.quoniam.ver.x.⁊ plenius Jaſon in prelud.feud.⁊ hoc
18 per rationem quia impoſſibile eſt duos eſſe dominos †inſolidū
eodem iure.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.commo.licet Joā.an.in
addi.Specu.in.d.§.quoniam ſequutus Hoſtiē.tenet quod pōt
quis eſſe ligius ſecundi domini ſaluo iure primi prout etiam te
net idem Jo.an.in nouel.⁊ in.c.recolentes.de ſtatu monac.⁊ in
hoc vim non facio nec inſiſto quia in idem recidit vnde exiſtēte
prius ligio Regis Francorum recedendo ab exercitu capi.mili-
tum licet male ⁊ peſſime ſe geſſerit quia potuiſſet licentiatus rece
dere ⁊ non aufugere non tamen concedendum erit abſqꝫ cauſa
receſſiſſe cum fuerat obligatus debito fidelitatis priori domi-
no in tempore ⁊ ſic auctrice iuris regula qui prior in tempore po
tior ⁊ in iure ex quo primo domino tenebať perſonaliter inſer-
uire ſecundum ſpec.in primo ti.de feud.§.quoniam.verſi.xij.et
19 fidelitas †illa ſua poterat contra poſteriores dominos extende-
re vires ſuas per tex.in.l.imperialem.de prohibi.feud.alie.⁊ in
l.in operis.ff.loca.⁊ quod not.gloſ.in titulo de noua.for.fideli.
in princi.ita dixit Bald.in preallegata.l.vnica.§.ne autem.C.de
caducis tollen.Jaco.de Ardi.in titulo quibus mod.feu.amit.
ſub rubricella vbi ſunt plures domini quos refert ⁊ ſequitur
Prepoſi.in capitulo primo.§.finali.in vlti.verbis hic finitur
lex corra.⁊ idem Prepoſi.in capitulo primo.§.aliud quoqꝫ.de
prohibi.feu.alie.per federi.nec poſſet replicare legius ipſe pri-
20 mo domino ⁊ diceret †tu vadis contra alium dominum meum
cui etiam ſum obligatus ita dixit Bald.in conſilio centeſimo
quinquageſimonono in primo volumine ſuffragari etiam vide
tur fuge predicte metus ille de quo ſupra ad hoc ne appareat ob
noxius mere pene transfuge quia timuerat carcerari ſeu capi
prout ita ex relatione ipſius Cornelij ⁊ aliorū credebat que cre-
dulitas licet non fuerit ſufficiens ad iuſtificandum metum ſal-
tem corroborare videtur ſuam iuſtificationem ſeu excuſationē
vt dolo caruiſſe cogitetur ⁊ ſic quod non doloſe aufugerit ⁊ hoc
21 quia credulitas †etiam fatua quem a dolo excuſat:ita dicit An-
ge.pulchre in.l.j.ad fi.ff.de eo per quem fact.erit ⁊ in.l.plagij cri
minis accuſatio.C.ad legem fauiā de plagiarijs.⁊ idem voluit
Angelus in.l.pretor.§.hec actio.ff.vi bo.rap.⁊ Jaſ.in.l.ſi quis
id quod.ff.de iuriſditione omnium iudicum.decima colum-
na vbi etiam ſubdit quod fatua credulitas excuſat etiam a pe-
na doli hinc in ſpecie dixit not.Ange.in preallegata.l.prima.de
eo per quem fac.erit.quod vbi aliquis aliqua cauſa etiam iniu-
22 ſta motus †crimen committit ex quo veniret ſibi imponenda pe
na corporis afflictiua non tenebitur ad eam reſpectu illius cu-
rie licet iniuſte idem voluit etiam Alexand.de Jmo.in conſilio
centeſimo vigeſimoſexto.in quarto volumine ⁊ Franc.Cur.in
conſilio.lxix.vltima colum.quibus attentis videtur etiam rele-
uari a rigoroſa pena transfuge cum quelibet cauſa etiam iniu-
23 ſta excuſet †quē a pena etiam in ijs que ſunt de genere prohibito
rum glo.in.l.j.in fine gloſ.magne.ff.ſi quis ius dicē.non obtēp.
glo.in.l.ſatis de in ius voc.glo.in.l.j.in fine in verſic.iuſtis.ff.de
abig.Bald.in.l.deberi de fideicom.liber.⁊ ita per predicta iura
conſulendo tenet Alexand.de Jmo.in predicto conſilio.cxxvj.
in quarto volumine cum quelibet cauſa etiam iniuſta excuſet a
dolo tex.eſt in.l.iiij.§.fina.de libe.cau.⁊ facit.l.iij.§.ſi quis igno
rās.ff.ad ſillan.⁊ ſequitť Jaſ.in.l.j.§.hoc iudiciū.ff.ſi qs ius dic.
nō obtēp.⁊ i.l.ſi qs id qđ.ff.de iuriſ.om.iudi.Alexan.de Jmo.
in conſilio.lxxiij.vlti.colum.tertio volumi.⁊ cōſilio.ccxj.in ſecū-
do volumi.⁊ conſilio.xcij.in primo volumine ⁊ ex hoc quoqꝫ vi-
detur ſe releuari poſſe ab illo nexu ſeu reatu periurij reſpectu iu
ramenti perſonaliter preſtiti illuſtriſſimo magno capitaneo ex
24 quo periurium †non poteſt committi abſqꝫ dolo vt dixit Pau.
de caſt.⁊ Alexan.in.l.qui iuraſſe.ff.de iureiuran.Bal.in.l.obſer
uare.§.proficiſci.iij.col.ff.de offi.proconſul.vbi in ſpecie dicit ꝙ
25 ceſſante dolo †quis non eſt periurus idem Pau.de caſt.in.l.fi.ff.
qui ſatiſdare cogan.referens ita etiam tenere Bal.in vna lectu.
idem tenuit Alexan.de Jmo.in conſilio.xcij.in primo volu.inci
piente perſpectis ijs que in themate ſed ſic eſt qđ quelibet cauſa
26 etiam iniuſta †excuſat a dolo vt dictum eſt pariter etiam excuſat
⁊ a periurio ⁊ ipſius pena cum periurium committi non poſſit
abſqꝫ dolo:ita magiſtraliter voluit Jaſon in.l.videamus.ij.col.
ff.de in litem iurā.⁊ idem Jaſon in preallegata.l.qui iuraſſe.ff.
de iureiuran.⁊ idem recte intuenti tenet Alex.de Jmo.in predi
cto conſilio.xcij.penulti.colum.primo volu.Accedit quoqꝫ excu
ſationi ipſius Baronis illa demonſtratio boni animi in ſeruiē
do cap.militibus in terra baroli contra gallos ac etiam dum re
uelauit illuſtriſſimo magno capitaneo illum nuncium ſibi trāſ
miſſum cum literis a caſtris Gallorum ex quibus quidem vide
tur perpendi preſumptio boni animi:⁊ ideo dixit Barto.poſt
glo.j.in.l.fulcinius.ex quibus cau.in poſ.eat.quod animus ali-
27 cuius quod †dolo vel abſqꝫ dolo aliquid fecerit probabitur per
ea que demonſtratur dixiſſe extra iudicium probatur necnō per
eius depoſitionem iuratam:necnon per nouam eius oblatā pe-
titionem in qua iterum ſe offert velle cum iuramento declarare
aufugiſſe ex metu ne carceraretur prout ſibi reuelatum fuerat:et
28 hoc ex quo de his que in animo cōſiſtunt †ſtandū eſt dicto ipſiuſ
met concurrente eius iuramento gloſſ.eſt in.§.⁊ alie.inſtitu.de
actio.⁊ in.l.ſi cui.§.ijſdem.de accuſa.Barto.in.l.celſus.de vſu-
cap.Bal.in.l.j.de ſerui.⁊ aqua.ſed ex verbis ipſius apparet qđ
29 ex metu ⁊ non animo transfugiendi receſſit ergo ⁊c.†ita etiā con
ſulendo ⁊ proprie in delictis voluit Alexand.in conſilio toties
repetito centeſimo vigeſimoſexto in quarto volumi.⁊ videtur
etiam tenere Jaſ.in.l.cum quedam.ij.colum.ff.de iuriſditione
omnium iudi.vbi ſubdit eſſe not.ad euadendū quē a pena mor
tis cum eius iuramento ſtari debeat de his que ex animo depē-
30 dent.†Non omitto quod vbi capi poteſt alia coniectura ꝙ deli-
cti ſiue doli illa capi debet dixit Alex.in conſil.xviij.in.iij.volu.
⁊ conſi.cxiij.in.iiij.volu.hinc dixit ſingulariter Ludo.in conſil.
lxviij.inci.in xpi nomine.Amen.Viſis in propoſitis ⁊c.qđ vbi
due cōcurrunt preſumptiones quarum vna eſt excluſiua delicti
⁊ ſic doli ⁊ alia incluſiua ſemper attendi debet excluſiua ob not.
preſumptionem que eſt vt nemo delinquere preſumatur.l.meri
to.ff.pro ſocio.c.dudum.de preſump.⁊ dixit glo.magna in.l.iu-
ris gentium.§.quod fere.ff.de pact.⁊ ideo quando actus pōt ſe
31 habere ad delictum †⁊ nō delictum capienda eſt via vt excludať
delictum Bar.in.l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de noui oper.
nuncia.d.Abb.in.c in preſentia.extra de probatio.per id quod
voluit Jnno.in.c.dudum.de elec.cum ſimi.⁊ tenet Alex.in cōſi.
xv.in.iij.volu.⁊ conſi.iij.eod.volumine cum rei fauorabiliores
ſint regula

UVA. BHSC. IyR_279_2

ſint.regula fauorabiliores de regu.iur.𝞃.c.ex literis.de probat.
𝞃 in.l.arrianus.de actio.𝞃 obliga. 𝞃 ſic preſupponendo baro-
nem ipſum ſubditum regis Gallorum ex precedenti obligatio
ne non videtur commiſiſſe crimen leſe maieſtatis aduerſus cap.
32 milites † cum crimen ipſum non niſi a ſubdito committi poſſit
glo.eſt in cle.paſtoralis.𝞃 ibi Jo.de imo.extra de re iud.idẽ no.
Bal.in.l.ij.C.de fal.mone.idem Bal.conſi.cxxix.j.volu.Oldr.
in conſi.xliiij.vbi in facto ita conſuluit 𝞃 tenet Alex. in addi.in
l.j.col.in ver.vlti.no.ff.ad.l.iul.maie.probare videtur/etiam er-
rorem ſue confeſſionis inquantum ipſam reuocat in eo ꝙ dixit
feciſſe rebellari terram fuimi'fridi contra cap.milites ex quo ꝓ-
bauit ꝙ iam reperit ipſam rebellatã tempore quo eam introi-
uit 𝞃 longe ꝑ prius ſe rebellauerat.𝞃 ideo licet huiuſmodi eius
33 confeſſio fuerit geminata † per ratificationẽ ſubſecutam nihilo
minus potuit ipſam tanꝙ erroneam de iure reuocare ita repro
bata glo.in.c.ex literis.extra de diuor.𝞃 ſequaci.tenet Bal.in.c.
fi.vj.col.de confeſ.idem Bal.in.l.iuſiurandum 𝞃 ad pecuniam.
ff.de iureiur.vbi plene Ludo.in.l.ſi vero.§.de viro.xxxj.fallen.
ff.ſolu.matri.ſubdens ſe ita in facto conſuluiſſe Florentie 𝞃 idẽ
Ludo.in conſi.cccxcj.incipien.vt propoſita conſultatio non ob-
ſtante etiam ꝙ talis confeſſio fuerit iurata ſecundum Bal.in.l.
34 error.C.de iur.† 𝞃 fac.igno.penul.col.𝞃 in.l.de tutela.C.de in in-
35 tegr.reſtitu.minor.𝞃 etiam ꝙ † talis confeſſio fuerit iudicialis.
ita Jo.an.in fi.de iureiur.in.vj.d.Ant.poſt Archi.in.c.fi.extra
de confeſ.𝞃 Bal.in dicta.l.iuſiurandum ad pecunias.
¶ Nec tamen preallegatis cõceſſis poſſet meo iudicio baro ipſe
immunis ſeu impunis euadere a crimine hoſtilitatis ſeu rebel-
36 lionis in quo exiſtens poteſt quis impune occidi † 𝞃 offendi.l.
proditores.ff.de re mili.l.iij.§.fin.ff.ad.l.corne.de ſica. poterat
nãqꝫ al's hoſtis poſt capturam detineri vt ſeruus.l.tranſfugam
37 ff.de acquir.re.do.𝞃 eadem † ratione poſſunt eius bona capi vt
inquit Bar.in extrauag.qui ſint rebel.in ver.rebellando.verſi.
de pena eorum 𝞃c.𝞃 facit ꝙ no.Bar.in.l.vt vim.ff.de iuſti.𝞃 iu.
𝞃 ita etiam in ſpecie voluit Alex.de Jmo.in conſi.ciij.in.iij.vo.
38 in.j.vol.non tamen talis poſtꝙ captus eſt † occidi poterit: ſed
ſeruari debet.l.libertas.in fi.ff.de ſta.ho.ita dicit Dy. Jaco.de
Are.𝞃 Bar.in.l.iij.§.tranſfugas.ff.ad legem corne.de ſica. ſub-
dens Bar.poſt ipſos talem determinationem ſibi placere: idez
voluit Bar.in.l.in laqueum.ff.de acqui.re.do. qđ ergo ex alijs
dicenduz preallegatis hincinde concurrẽtibus quibus angor.
Non quidem innocens baro ipſe iudicandus eſt caſus quidez
mihi Tironi nouus eſt 𝞃 quoniam minime al's contigiſſe re-
perio.Concurrentibus igitur tot vrgenti.preſumptionibus cõ
tra ipſum an vltimo ſupplicio plectendus veniat ſeu qua pena
39 afficiendus: 𝞃 quidem iura mens conſcientiaqꝫ † me mordent
cum ex violentis etiam preſumptionibus nemo vltimo ſuppli
cio condemnari poſſit vt dicit ſingulariter Jnno.in.c. quia ve-
riſimile.extra de preſump.Jo.Ant.de But.𝞃 Mod.in.c.affer-
te.e.tit.Bal.in.l.fi.de proba.Spec.𝞃 Jo.an.in tit. de preſump.
§.ſi.verbo in ſumma Bal.in.l.non eſt veriſimile.ff.ꝙ met.cau.
𝞃 ſentit glo.in.c.inter.de purga.cano.in fin.per que iura idem
conſuluit Alex.de Jmo.in conſi.cxv.in.iij.vo.𝞃 idẽ tenet And.
de Jſer.in.c.j.§.ſi vero.de cõtrouer.inue.𝞃 in conſtitu.regni in-
tentionis.iiij.colũ.de illici.porta.armo.𝞃 ideo voluit do.Abb.
40 in.c.auditis.vlti.colũ. de preſcrip. † ꝙ eo caſu moderanda eſt
multum iudicis ſententia 𝞃 non debet ad penam corporalẽ con
demnare.idem tenet Bal.in.d.l.fi.de proba.𝞃 glo.in prefato.c.
inter.refert 𝞃 ſequit̃ Jaſ.de May.in.l.j.ix.col.C.de ſeruis fug.
ſicqꝫ omnibus.ſ.relatis hincinde exiguo meo iudicio pondera
41 tis ac bene ruminatis † cum omnis pena ſit arbitraria in princi
pe vt dicit Bal.in.l.cunctos populos.in lectu.ord.circa.vij.co.
ver.vlti.opponitur.C.de ſum.tri.𝞃 fid.catho.Feli.in.c.qualiter
𝞃 quando.§.ad corrigendos.extra de accu.𝞃 ſequit̃ Jac.de ſan-
cto Georg.in trac.feud.ver.princeps pedemontiũ. iij col.idcir-
co ſum voti prefatũ excellentem baronem fore 𝞃 eſſe ad penã ar
bitrio capto militũ ſibi imponendam citra tñ vltimi ſupplicij:
ſiquidem ergo bene dixero Deus laudet̃ 𝞃 comprobet̃ ſin autez
errauero prout humanũ eſt mea quidẽ hec opi.alterius rectius
ſentiẽtis iudicio eneruet̃ cui me ſubmitto 𝞃 correctionẽ meruiſ-
ſe cõtentus ero. Thomas Grama.Judex magne curie vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Juris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Teſtibus deponentibus de mandato 𝞃 commiſſione ſibi factis credendum eſt.
2 Teſtibus deponentibus ſe corruptos credendum eſt.
3 Teſtibus aſſerentibus ſe tentatos de corruptela credendũ eſt.
4 Lex dicens bannimus omnes latrones vel aſſaſſinos tunc ita demum penam 𝞃 effectum bannitionis patiuntur aliqui ſi ſint de tali facto inculpati per ſententiam vel confeſſionem in iure factam vel per euidentiam facti vel legitime conuicti.
5 Aſſaſſinus clericus vt puniri poſſit per iudicem laicum requiritur ꝙ qualitas aſſaſſinij fuerit probata adeo ꝙ concludat.
6 Lex ſeu ſtatutum vbi profert aliquid cum adiuncta qualitate nedum ſtatutum illud probari debet ſed qualitas.
7 Qualitas que fundat 𝞃 priuat iuriſditionem debet de ea ante omnia conſtare.
Judex debet eſſe certus de ſua iuriſditione 𝞃 non dubitare.
8 Judex laicus poterit contra clericum aſſaſſinum procedere et eius Epiſcopum in ſententia 𝞃 proceſſu preuenire 𝞃 eo non degradato legali pena punire maxime ſi delictum eſt notorium ꝙ non poteſt celari.
9 Teſtis corruptus poteſt contra corrumpentem intelligendum eſt quando examinaretur ſuper corruptione predicta ne teſtificaretur id quod ſciebat non autem ſuper eo quod ſciebat 𝞃 ſic ſuper facto populi.
10 Teſtes producti poſſunt produci contra corrumpentem etiam ad plenam probationem volente illo cui actus criminoſus nocebat.
11 Doctoris dictum intelligi debet ſm iura que ipſe allegat.
12 Doctori licet magno non eſt credendum niſi eius dictum probet per autenticam ſcripturam.imo gloſſe non eſt credendum quando leges non allegat.𝞃 nu.13.
14 Judicatur licite cõtra communem opinionem etiam gloſſe qñ eius opinio iure non fundatur.
15 Clericus non poteſt torqueri etiam qđ contra ipſum vrgerent mille indicia niſi de crimine ipſo eſſet publice diffamatus.
16 Teſtes parte non citata recepti non probant etiam in crimine aſſaſſinij licet aliqui tenuerint contrarium.
17 Teſtis inimicus capitalis etiam in crimine leſe maieſtatis non admittitur.
18 Condemnatus ad mortem ſi dum vadit ad ſupplicium reuocat eius depoſitionem factam contra tertium dicẽdo ſe falſo inculpaſſe illum valet reuocatio ſeu exculpatio predicta dummodo alia non appareat contra inculpatum.
19 Aſſaſſinij crimen non dicitur commiſſum ex ſimplici oblatione pecunie oblate alteri vt occidat ſeu promiſiſſe ſed requiritur ꝙ fuerit talis oblatio ſeu promiſſio acceptata.
20 Mandans homicidium committi ſeu aſſaſſinium per aliquez ſi demum ille fuit occiſus ab alijs ꝙ̃ ab illis quibus fuit mandatum: 𝞃 id fuit ob inimicitiam 𝞃 odium proprium habitum cum illis occiſoribus eo caſu non eſt in aliqua conſideratione nec mandatum nec aſſaſſiniũ quia tunc mandans non teneretur.
21 Conſuetudo inferendi iniuriam licet probet contra aliquem delictum ſaltem preſumptum hoc tamen habet locum quando ciuiliter agitur ſecus ſi criminaliter.
22 Jn aſſaſſinij crimine qđ probatio ſufficiat per preſumptiones ſeu per probabilia argumenta intelligendum eſt quando talia argumenta eſſent indubitata 𝞃 non aliter.

## Votum.XI.

Tremendi Dei preſidio poſtulato.Amen.Jn cauſa venerabilis preſbyteri Thomaſij Poterone de Capua inquiſiti de aſſaſſinio 𝞃 carcerati in magna curia vicarie: producuntur tres teſtes contra ipſum deponentes ſe ab eodẽ tẽtatos mediãte oblatione pecunie de homicidio cõmittẽdo in perſonã preſbyteri Hiero.de capua qui preſbyter Hiero.demũ repertus fuit occiſus a nõnullis alijs cũ interuentu 𝞃 aſſiſtẽtia fratrũ eiuſdẽ preſbyteri Thomaſij cõtingit ergo dubitari an magna curia ipſa ſit iudex cõpetẽs ipſius inquiſiti cũ per tex.in.c.pro humani.de homi.in.vj.aſſaſſinus dicat̃ omni priuilegio exutus.Scđo an ex depoſitionibꝰ ipſoꝝ triũ teſtiũ nõ hucuſqꝫ integre repulſatoꝝ poſſit per eandẽ magnã curiã ꝓcedi ad torturam aduerſus prefatũ preſbyterum Thomaſium.
¶ Et quo ad primũ nulli dubiũ ꝙ preſuppoſita pro vera ꝓbatione aſſaſſinij magna curia ipſa eſſet iudex competens cũ clericus ob crimẽ aſſaſſinij omni priuilegio clericali priuatus dicat̃ ſed qꝛ principaliter videndũ eſt an dicat̃ perpetratũ delictũ aſſaſſinij fuiſſe cõmiſſum per prefatũ preſbyterum Thomaſium. idcirco obmiſſo multiloquio videtur prima conſideratione dicendum ꝙ ſic 𝞃 hoc ex prefatorũ trium teſtium depoſitione ita tentatorum vt ſupra ex infraſcriptis iuribus 𝞃 rationibus.

UVA. BHSC. IyR_279_2

¶†Et primo ex iuris diſpoſitione ſancitum eſt teſtibus depo-
1 nentibus de mandato ⁊ cõmiſſione ſibi ipſis facta credendum
eſſe prout dicit Bar.in.l.ex ſententia.ff.de teſta.tute.Bald.in.l.
iudices.C.de fide inſtru.⁊ conſuluit Alex.conſi.lxxxviij.v.vol.
¶†Et pariter credendum erit teſtibus deponentibus ſe corru
2 ptos ſecundum Innoc.in.c.inquiſitionis.extra de accu.quem
refert ⁊ ſequitur Lanfr.de Oria.in.c.quoniã cõtra.in ver.teſtes
xliiij.col.de probatio.etiam ꝙ dixerint ſe pecunia corruptos id
depoſuiſſe ⁊ eiſdem ſtandum erit etiam ad plenam probatio-
nem vt inquit Bal.dicendo ibi eſſe tex.mirabilem ⁊ raro alibi
reperiri in.c.ſi.extra de teſti.cogẽ.⁊ in.c.j.ſi de feu.lis oria.inter
domi.⁊ vaſal.ſequitur Iaſ.in.l.ſi non ſortem.ff.de condi.inde.
⁊ in.l.prima.ff.de fer.fortius ergo credendum erit teſtibus di-
centibus † ſe tentatos de corruptela quia cum minime delicto
3 aſſenſerint: ſed reuelauerint longe commendandi ſunt ita in
ſpecie dixit Bald.in conſilio.cccexxix.incipiente.an mandata-
rius.in.iij.volu.allegat tex.in.l.ſi quis ſeruo.C.de furt.⁊ idem
in indiuiduo reperio tenuiſſe Franciſ.de Are.in conſilio.xiij.
columna.ix.vbi videtur tenere ꝙ eo caſu vnico teſti credendum
erit dum loquitur de dicta Vannina teſte producta dum depo
ſuit ꝙ domina Catherina voluit eam corrumpere vt diceret fal
ſum ⁊ ſic concludit ipſe ꝙ eo caſu propter delictum corruptio-
nis attentatum: ex quibus omnibus concludendum videbatur
poſſe abſq; ſcrupulo ad tortura m procedi cõtra prefatũ presby-
terum Thomaſium ⁊ ita in hoc inclinare viſus ſum vt percipe
rem quid aduerſus preallegata per Magnificos meos colle-
gas iudices replicatum aut ſi aliter votatum fuiſſet forte in con
trarium ⁊ qua ratione.
¶Quibus non obſtantibus dum maior pars ipſorũ in hanc
ſententiam inclinare viſa fuiſſet.attamen ego contrariam ſen-
tentiam arbitror de iure veriorem.
¶Conſiderando in primis id qđ magiſtraliter dicit Bal.in.l.
j.C.de here.inſt.vbi formaľr inquit ſi iudex vel lex dicit Banni-
4 mus † omnes latrones vel aſſaſſinos tunc ita demum penam et
effectum bannitionis patiuntur aliqui ſi ſunt de tali facto in-
culpati per ſententiam vel per confeſſionem in iure factam vel
per euidentiam facti vel legitimis probationibus conuicti de
latrocinio vel aſſaſſinatu ſicut de infamia ⁊ excommunicatione
vt.ff.de infa.l.j.⁊.l.ictus fuſtium.⁊ extra de ſenten.excommuni.
5 c.cum olim.⁊ ſic vt iudex laicus † poſſit punire clericum aſſaſſi-
num debet intelligi dummodo qualitas aſſaſſinij probata ap-
pareat concludenter vt dicit Io.an.in.c.pro humani.quem re-
fert ⁊ ſequitur ibidem ⁊ conſuluit Philip.Deci.in conſi.xiij.in
cipien.pro tenui facultate.ij.colũ.⁊ in.c.ij.extra de reſcrip.⁊ ibi
6 allegat Io.an.in dicto.c.pro humani.† quibus ratio ſuffraga-
tur quia vbi a lege vel ſtatuto profertur aliquid cũ aliqua qua-
litate ne dum ſtatutum illud probari debet ſed qualitas etiam
l.pretor.§.docere.ff.vi bono.rap.l.j.§.ait pretor.⁊ ibi Bartol.
ff.ne quid in flumi.publi.alś qualitate illa non probata nõ di-
ceretur legitima probatio ſm Iac.de are.⁊ Cy.in.l.ij.C.de pro-
batio.Io.an.in additio.Spe.in tit.de accuſa.⁊ inquiſi.in rub.
gloſ.in.l.eum actum.ff.de nego.geſt.Bart.in.l.denunciaſſe.§.
quid tamen.ff.de adulte.Bald.in.l.j.C.qui accuſ.non poſ.⁊ in
l.edita.in repe.C.de eden.⁊ maxime cũ ſimus in qualitate que
7 fundat † ⁊ priuat iuriſditionem de qua ante omnia debet plene
conſtare vt in.l.ij.§.ſed ſi dubitetur.de iudi.⁊ ibi per Docto.⁊
maxime per Bal.⁊ alios ⁊ in.l.ſi quis ex aliena.eo.titu.Bar.⁊
Bal.in.l.preſcriptione.C.ſi contra ius vel vtili.publi.⁊ in.l.ij.
ff.ſi quis in ius voca.non ier.Abb.⁊ Cano.in.c.ſuper literis.
7 extra de reſcrip.† nam iudex debet eſſe certus de ſua iuriſditio-
ne ⁊ non dubitare dicta.l.ij.⁊ dicto.§.ſi dubitetur.⁊ in.l.is qui
de acquir.hered.⁊ ibi per Docto.communiter.
¶Item vltra prefata reperio Panor.in.c.ac ſi clerici de iudi.
in.xiij.col.vbi poſtꝙ in precedenti col.dixerat de crimine aſſaſſi
8 natus ⁊ de alijs atrocibus formaliter dicit † ꝙ poterit iudex lai-
cus contra clericum talia committentem procedere ⁊ eius epi-
ſcopum in ſententia ⁊ proceſſu preuenire ⁊ eo non degradato
legali pena punire maxime ſi talia delicta ſint ita notoria ꝙ nõ
poſſint aliqua tergiuerſatione celari licet Abb.ibi ſubdat hoc
ſibi durum videri ꝙ ante degradationem ſecularis iudex ſe in-
tromittat in huiuſmodi cognitione.
¶Nec obſtabit prefato presbytero Thomaſio prefatorum triũ
teſtium depoſitio.nam licet Bal.dixerit ꝙ teſtis pecunia corru
ptus probet contra corrumpentem loquiť tñ quando exami-
9 naretur † ſuper corruptione prefata.nam in hoc productus per
eum contra quem corruptus fuerat pecunia ne teſtimoniũ di-
ceret credetur ei ſuper hoc duntaxat ꝙ receperit pecuniam ab
illo ne teſtimonium diceret.ita dicit clarius Bal.in prefato.c.j.
ſi de inueſti.lis oria.⁊ ſequitur Ludo.Ro.in ſingu.ſuo incip.tu
ſai.ix.col.Hippo.Marſi.in ſuo ſing.incipi.in ore duorũ.Feli.
10 in.c.licet cauſam.iiij.colũ.de proba.ſubdens † ꝙ teſtes corrupti
poſſunt produci contra corrumpentem etiam ad plenam pro-
bationem volente illo cui actus criminoſus nocebat.⁊ idem te-
net Lanfr.in prefato.c.contrarium.contra ſupra allegato ⁊ ibi
ſubdit ꝙ intantum nocebit producenti prefati teſtis depoſitio
dicentis ſe corruptum ꝙ depoſitioni ſue non ſtabitur.
¶Nec ſuffragatur depoſitio ipſorum teſtium pretextu ꝙ depo
ſuerint ſe tentatos ⁊ non corruptos nam licet Bal.in dicto con
ſilio an mandatarius dixerit tales teſtes commendandos cum
id reuelauerint ⁊ minime delicto aſſentire voluerint non tamen
concludit ꝙ tali vnico teſti ſtari debeat alijs nõ concurrentibꝰ.
¶Et pariter minime militare videtur conſilium Fran.de are.
11 xiij.cum nihil alleget ꝙ † dicto illius Vannine ſit credendũ ⁊ di
ctũ Doctoris debet intelligi ſm iura que ipſe allegat dixit Bar.
in.l.non ſolum.§.ſi liberationis verba.ff.de libe.lega.⁊ in aut.
ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nup.Salic.in.l.ſi ex cautione.C.
de non nu.pec.⁊ ideo dixit pulchre Archid.in.c.nolite.xj.q.iij.
12 † ꝙ non eſt credendũ doctori licet magno niſi eius dictũ probet
per autenticam ſcripturam ⁊ facit ante eum text.in.c.ego ſolus
13 ix.diſtin.imo glo.que eſt adeo ſumme † autoritatis non eſt cre-
dendum quando iura noñ allegat dixit pulchre Bald.in.l.res
publica.C.ex quib.cau.maior.refert ⁊ ſequitur Iaſ.in.l.illam.
14 C.de colla.iij.col.⁊ intantum hoc eſt verum † ꝙ licite iudicatur
contra communem opi.Doc.⁊ etiam gloſ.quando illa opi.iu-
re non probetur ita dixit ſingulariter Io.an.in.c.j.extra de con
ſtitutio.Abb.in.c.tua nos.ij.col.extra de vſur.vnde cum Fran.
de Are.ſ.p fundamento dicti ſui iura non alleget nec rõne eius
dictum aliter comprobet minime eius autoritati credendũ ar-
bitror in hoc adeo ꝙ procedi poteſt contra ipſum presbyterum
Thomam nedum ad condemnationem verũ etiam nec ad tor-
turam.Preſertim cum clericus nunꝙ torqueri poteſt pro cri-
15 mine de † quo inquiritur etiam ſi contra ipſum vrgerent mille
indicia niſi de crimine ipſo eſſet publice diffamatus ita volue-
runt Pau.de Leaza.⁊ Abb.anti.in.c.j.extra de depoſi.Io.an.
in.c.cum in contemplatione.extra de reg.iur.⁊ ibi Panor.⁊ vo
luit etiam Io.de Ana.in.c.j.extra de cler.percuſ.
¶Primum minime militat eorũdem teſtium depoſitio ex alio
nam vnus ex eis nomine Felte non fuit legitime receptus cũ fue
16 rit examinatus parte non citata † ad videndum iuramenta te-
ſtium ⁊ licet lap.⁊ domi.quos etiam ſequitur Philip.Fran.in
prefato.c.p humani.de homi.in.vj.tennerint ꝙ in crimine Aſ-
ſaſſinij probent huiuſmodi teſtes examinati parte non citata
prout etiam refert Feli.in.c.in nomine dñi.extra de teſti.in ver.
v.limita.attamen Feli.ibidem hoc referendo reprobat omnino
⁊ nullatenus tenet ſed vult teſtes ipſos eo caſu nullatenus pro-
bare.
¶Nec obſtabit depoſitio Fabricij ⁊ Felicis teſtium examinato
rum contra prefatum inquiſitum cum plene doctum fuerit coſ-
17 dem † fore capitales inimicos eiuſdem ⁊ iure cautum eſt teſtis
inimicos etiam in crimine leſe maieſtatis repellẽdos vt inquit
Bar.in.l.in q̃onibus.ff.ad.l.iul.maieſtatis.⁊ conſuluit Alexã.
de Imo.in cõſi.cxxvj.in fi.in.iiij.vol.⁊ tenet ante ipſum Spec.
in tit.de accu.§.j.ver.ſi.ſequiť Par.de Puthe.in trac.ſyndi.in
ver.ſuſpitio.c.fui ſemel interrogatus.ij.col.licet de Alex.nõ me
minerit ⁊ idem tenet idem Alex.in conſi.xj.in.j.vol.⁊ minime
ſuffragabiť depoſitio Gaſparis Zarrilli pariter ſe tentatũ aſſe
rentis de aſſaſſinio cũ poſt eius dãnationẽ ad vltimũ ſuppli-
ciũ vt ſuã cõſcientiã exoneraret ſupra dictã eius depoſitionẽ re-
18 uocauit ⁊ ſic non † obſtabit prefato presbytero Thomaſio ꝓut
ita in ſpecie tenet And.de Iſer.in.q.ſi damna.Et tñ ſi recte cõſi
dereť nõ apparet ꝓbatũ ꝙ teſtes prefati ita tentati ꝓut aſſerue
rũt ꝓmiſerint delictũ prefatũ cõmittere.Nam imo aſſerũt peni
tus recuſaſſe nec aſſenſiſſe: vnde reſultat ꝙ minime firmari põt
crimen aſſaſſinij fuiſſe perpetratũ nõ interueniẽte cõuentione:
19 ſʒ ſimplici pollicitatione † ⁊ oblatiõe nec acceptatione ſecuta ita
in ſpecie in ꝓprijs terminis cõſuluit Bal.in ſuo ꝯſi.lxxxij.inci.
Betonus de cono in.iij.vol.q in effectu ꝯſuluit ꝙ interueniẽte
cõuẽtione de occidẽdo precedẽte ꝓmiſſione vel pacto incurriť
crimẽ aſſaſſinij lʒ poſtea homicidiũ nõ ſequať ⁊ idẽ reperio fuiſ
ſe cõſultũ ꝑ inſignẽ do.Frã.de Alberg.de are.in ſuo ꝯſi.inci.in
dei noĩe.amẽ.qđ Ciccus fante ꝙ eſt in libro meo diuerſoꝝ ꝯſilio
rũ ꝙ cõſiliũ alleg.Feli.lʒ ad aliud ꝓpoſitũ ⁊ in alio capite eiuſ-
dẽ in.c.inq̃ſitionis.in v̉.iij.limitatio eſt.ex̃ de accu.vlti.liquet ex
ꝓceſſus meritis illũ in cuius ꝑſonã p̃tẽdebať ꝯmitti aſſaſſiniũ
tãdẽ fuiſſe occiſum vt ꝓbarũt ꝗrulãtes lʒ occiſum ꝑ alios q̃ per
ipſos tẽtatos ⁊ ob illoꝝ occidẽtiũ ꝓpriũ odiũ ac inimicitiã quo
20 quo † caſu non eſt in conſideratione aliqua nec aſſaſſinium nec
mandatum quia tunc mandans non teneretur.ita dixit ſingu-
lariter Cepol.in ſuis cautelis.cau.xxxix.incipi.vidimus quam
plures caſus in quibus ⁊c.Licet ante ipſum idem dixerit Bal.
quem

UVA. BHSC. IyR_279_2

quem ipſe ſequitur in.c.j.§.iniuria.de pace iura.firma. nec poſ
ſet inferri aduerſus predictum inquiſitum ꝙ ex quo al's tenta-
uerat dictum Aſſaſſinium committi per eos qui hoc vt ſupra
depoſuerunt ꝙ ex hoc tanꝙ in prefatis aſſuetus preſumatur ⁊
illius quoq; occiſores alios iterato conduxiſſe ad occidendum
21 ex quo† q̃uis conſuetudo inferendi iniuriam probet contra ali
quem delictum ſaltem preſumptum vt in.c.ſi.de appella.⁊ in.l.
de pupillo.§.ſi quis ipſi pretori.ff.de noui oper.nuncia.hoc ta-
men vendicaret locum quando ciuiliter ageretur ſecus ſi crimi
naliter prout in caſu iſto.ita dixit Bart. in.l.j.§.ſi quis tamen.
ff.ꝙ vi aut clam quem refert ⁊ ſequitur Franc.de Are.in.c.con-
ſtitutus.extra de teſtibus.
22 ¶†Et minime firmari poſſet ꝙ in huiuſmodi crimine aſſaſſi-
nij per preſumptiones ſeu probabilia argumenta probatio ſuf
ficiat quia hoc vendicat ſibi locum quando talia probabilia ar
gumenta eſſent indubitata ⁊ non aliter.ita nouiſſime reperio
fuiſſe magiſtraliter declaratum per Feli.in.c.afferte.in.iij.limi-
tatione extra de preſump. ex quibus omnibus licet nõ eſſet os
in celum ponere declarare predictum preſbyterum Thomaſiũ
eſſe ad eius iudicem Eccleſiaſticum remittendum: attamen in
hoc pro nunc ſuperſedendo ſum voti ipſum eſſe fideiuſſoribus
liberandum a carceribus.⁊ ita iuris eſſe cenſeo ⁊ vt iuri conſo-
num executum fuit communi voto Magnificorum iudicum
approbante quoq; excellente domino Hieronymo de colle re-
ſpondente reuerendiſſimam Cancellariam ibidem preſentem.
Ego Thomas Gramaticus Judex magne curie.

¶Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Juris Utriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 Lite pendente ſuper cauſa ſtatus vt quia quis pretendat
ſe liberum ſemper pro libero haberi debet.
2 Dominus pretendens aliquas ſeruitutes ſibi deberi a vaſallis
incumbit ſibi onus probandi de ipſarum preſtatione ⁊ per tan
tum tempus in cuius initij ꝯtriũ memoria hominum non exi-
ſtit nec ſufficeret longeuus vſus ſeu conſuetudo etiam cum titu
li allegatione.
Et in talibus nõ ſufficit longeuus vſus aut probari curſus lon
gi temporis niſi etiam ⁊ teſtis probetur ibidem nu.2.⁊.3.
4 Ex conſuetudine acquiritur ius in publico vndecunq; cauſe-
tur etiam ſi ius ex priuato cauſetur.
6 Conſuetudo ſe habet ad ius commune ⁊ vniuerſale preſcriptio
vero ad particulare priuatum ⁊ ſic licet p actus geſtos a priua-
to poſſit induci conſuetudo id eſt verũ quando per illos actus
acquiritur in publico ſecus ſi priuato quia tũc erit preſcriptio.
7 Jus quando acquiritur contra quemlibet ſingulariter dicitur
eo caſu ius queſitum per preſcriptionem ſi vero non ſingulari-
ter ſed communiter contra omnes tunc dicitur acquiſitum per
conſuetudinem.
8 Jus exigendi ſeruitia ſeu angarias a ſubditis non poteſt pre-
ſcriptione acquiri.
9 Niſi eſſet probatio tanti temporis in cuius initij ꝯtrium memo-
ria hominum non exiſtit.
10 Domini non poſſunt exigere a vaſallis niſi conſueta grauami-
na nec poſſunt eos compellere ad preſtanduz ſibi angarias ſeu
collectas.
11 Domini extorquendo ſimilia inconſulto principe tenentur in
quadruplum.
¶Et ſi conſulto principe exigant plus permiſſo punientur in
duplum.
12 Princeps imponẽs angarias ſeu collectas ſine cauſa diceretur
rapinam committere cum bona ſubditorum auferat.
14 Res eccleſie poſſeſſa per alium per decem vel per viginti annos
ſciente eccleſia ⁊ non contradicente preſumuntur omnes ſolen-
nitates interueniſſe ⁊ ſatis erit ipſas allegare. attamen ſi ex in-
ſpectione inſtrumenti conceſſionis apparet ꝙ ſolennia non in
teruenerint ceſſat dicta preſumptio.
15 Dominus ſi allegat eſſe in quaſi poſſeſſione exigẽdi ſeruitia ſeu
angarias a ſubditis non auditur cum ex quaſi poſſeſſione non
inducatur ius exigendi ſeu poſſidendi.
16 Ubi de libertate tractatur ſemper pro ea preſumendum eſt.
17 Seruitia ⁊ angarie ſemper preſumuntur extorta per metum po
tius ꝙ ex debito per dominos ⁊ preſertim a ruſticis.
18 In hoc regno Sicilie ſolus rex eſt dominus perſonarum in eo
degentium.
19 Poſſeſſio iniuſta ſeu violenta nullum ius tribuit poſſeſſori.
21 Uaſallus pretenſus baronis qui confeſſus etiam cum iuramẽ-
to teneri ad ſeruitia perſonalia ipſi baroni ⁊ ꝙ ipſa ſibi preſti-
tit ⁊ etiam ꝙ de hoc ſe obliget abſq; aſſenſu reuerendiſſimo non
tenet talis confeſſio nec obligatio.
22 Confeſſio contra propriam libertatem non tenet vbi ſubdit ⁊
facit contra regem Francorum dum faceret confiteri aliquam
ciuitatem eſſe ſuam ⁊ iurari fidelitatem a ciuibus non tenet ta-
lis confeſſio.
24 Baro ſeu dominus non poteſt compellere vaſallos ad preſtan-
dum ſibi ſeruitia extra diſtrictum.
25 Uaſalli ſoluentes iura fiſcalia regi non tenentur ad ſeruitia per
ſonalia eorum baronibus ſeu dominis.
26 Sequeſtri medicina in dubio eſt fideiuſſio.

## Votum.XII.

Redemptoris gentium
ſuffragio iterato.Amen.In cauſa Magnifici
Gurelli Brancacij de Neapo.cũ vniuerſitate ⁊
hominibꝰ Uille Caſole Ualenzane ⁊ eius vaſal
lis in qua pretendit eoſdẽ ſibi teneri ad preſtan
dũ ſeruitia perſonalia ⁊ etiã extra eius diſtrictũ ⁊ in huiuſmo-
di poſſeſſione ſeu q̃ſi ſe eſſe ex lõgeuo vſu aſſerẽs ac ſeruitia ipſa
ab eiſdẽ exigendi abſq; aliqua mercede ⁊ ecõtra pretẽdentes ho
mines ipſi nullatenus ad p̃miſſa teneri:ſed manuteneri in qua
ſi poſſeſſione libertatis prout liberi a natura eſſe preſumunt̃ de
iure Gurellus ipſe pro cõſeruatione ſue pretenſe poſſeſſionis re
cuſantes ſeruitia prefata preſtare carcerauit ⁊ carcerat ⁊ ab eiſ-
dem penas per ipſum cõminatas vt preſtent ſeruitia a recuſan
tibus exigit ⁊ ſic re in iudicio magne curie deducta ⁊ inhibito
Gurello ſup carceratione prefata ⁊ penarum exactione ⁊ eodez
Gurello ſe grauãte ac petẽte ſe manuteneri in q̃ſi poſſeſſiõe pre-
dicta ⁊ illis obijcientibus ſe cõſeruari in eorũ libertate fuit tan
dem per me diſcuſſo negocio inter iudices collegas impartita
dilatio octo dierũ vtriq; parti ad ꝓbandũ q̄cq̄d voluiſſent ſup
eorũ ⁊ vniuſcuiuſq; ipſorũ quaſi poſſeſſione oretenus allegata
per dictas partes.Et ꝙ cacerati ob cauſam prefatã liberarent̃
preſtita cautione de ſoluẽdo q̄cq̄d fuerit iudicatũ ⁊ hoc ex quo
1 †q2 pẽdẽte lite ſup cauſa ſtatus ſi quis pretendit ſe liberũ ſemp
pro libero haberi dz.l.lite ordinata.in p̄nc.ff.de libe.cau.l.is q.
§.ſi ſeruus.ff.de vſucap.⁊ cõſuluit Bar.tol.caſſa.in cõſi.liiij.cir
ca p̄n.de quo ſentiẽs ſe Gurellus ipſe grauatũ habuit recurſuz
ad.ſ.ſcriptũ conciliũ per qd fuit decretũ bene fuiſſe p me ꝓnun
ciatũ ⁊ vlti.loco recurſum habuit ad illuſt.do.viceregẽ ⁊ colla-
terale conciliũ corã quo cã ipſa grauaminis introducta p iuſti
ficatione decreti ⁊ ſic voti mei ⁊ ſucceſſiue confirmationis de eo
facte p.ſ.ſcriptũ cõciliũ deducunt̃.j.ſcripta.Et primo ꝯſtat aũt
ꝙ dño ad verificandũ pretẽſas ſeruitutes ſibi deberi p vaſallos
2 incũbit verificare† de ipſarũ preſtatione p tm̃ tp̄s in cuius initij
ꝯtriũ memoria hominũ nõ exiſtit:nec ſufficeret longeuus vſus
ſeu ꝯſuetudo ẽt cũ tituli allegatione vt dicit pulchre Archi.i.c.
ſeruitiũ.xviij.q.ij.quẽ refert ⁊ ſequit̃ Luc.de pen. in.l.litibꝰ.iij.
3 col.de agri.⁊ cẽſi.vbi in ſpecie dicit† ꝙ in talibꝰ nõ ſufficit ꝓba-
ri curſus lõgi tp̄is niſi etiã ⁊ teſtis ꝓbet̃ p.c.q2 cognouimꝰ.x.q.
iij.cũ multis alijs ibi alleg.p eũ nec põt ſup hoc dici inducta cõ
ſuetudo ſʒ potius p̃ſcriptio cũ ad eſſe ꝯſuetudinis requirat̃ ani
mus ⁊ ꝯſẽſus totiꝰ ppl̃i ſeu maioris partis p.l.de qbꝰ.de legi.ſʒ
in preſcriptione ſufficit ſolus ꝯſenſus p̃ſcribẽtis ⁊ ſic ſolũ p̃iudi
4 cat ei ꝯ quẽ p̃ſcribit̃ p.l.naturalr̃.ff.de vſucap.† Itẽ ex ꝯſuetudi
ne acq̄rit̃ ius in publico vñcũq; cauſet̃ etiã ſi ius ex priuato cau-
ſet̃.l.venditor.§.ſi ꝯſtat.ff.cõ.p̃dio.ex p̃ſcriptione aũt ius p̃uato
acq̄rit̃ ergo dici põt lex cũ cõis nõ ſit ita dicit magiſtralr̃ Abb.i
c.ſi.ex̃ de ꝯſue.⁊ añ eũ Bal.in rub.ff.de re.diui.col.j. circa ſi.⁊ iõ
dicit Feli.i.c.auditis.x.col.de p̃ſcri.v.iiij.⁊ vlti.declaratio.ꝙ cõ
5 ſuetudo ſe hʒ ad ius cõe† ⁊ vl̃e p̃ſcriptio vero ad particulare pri
uatũ ⁊ ſic lʒ p actꝰ geſtos a priuato poſſit induci ꝯſuetudo id eſt
6 verũ qñ p illos actus acq̄rit̃ in publico ſecus ſi priuato † q2 tũc
erit p̃ſcriptio ita cõſuluit Frã.de are.ꝯſi.xxiij.incip.in p̃nti ꝯſul
tatione in ſi.⁊ ſic p tales actus exactiõis ſeruitioꝝ eſſet inductũ
ꝯmodũ p̃uato ⁊ nõ in publico nõ ex h̃ particulari ꝯmodo ipſiꝰ
Gurelli aliq̄d publice vtilitatis ineſt in villa Caſole.⁊ ſic ptʒ ꝙ
eſſemꝰ in mera p̃ſcriptione nõ aũt in ꝯſuetudine ⁊ qñ acq̄rit̃ ius
7 ꝯ quẽlibet† ſingulariter dr̃ eo caſu ius q̃ſitũ p p̃ſcriptionẽ: ſi ve-
ro nõ ſingulariter ſed cõiter ꝯ oẽs tũc dr̃ acq̄ſitũ p conſuetudinẽ
ita dixit Cy.⁊ Pet.in.l.ij.C.q̄ ſunt long.conſue.⁊ ſequit̃ Albe.
in rubrica eiuſdem tituli: ſed hoc ius exigendi ſeruitia ſeu an-
8 garias a ſubditis† non poteſt preſcriptione acquiri per domi-
nos vt dicunt Petrus ⁊ Cynus ⁊ Alber. vbi ſupra ⁊ ſequitur
Jacobus de ſancto Georgio in tractatu de homag.x.columna.

UVA. BHSC. IyR_279_2

in fine.nec dici poteſt per conſuetudinem cum non contra om-
nes cõiter ergo p̃dicta ex ſola preſcriptione non poſſent dici ei-
dem Gurello queſita quando dico de preſcriptione verificari
contingeret vt Gurellus ipſe pretendit cum in ſimilibus requi
9 ritur probatio†tanti tẽporis in cuius contrariũ memoria ho-
minum non exiſtat cum illud habeat vim priuilegij vt conſu-
luit Alexander de domino Azo.in ſuo conſilio.xxxv.in ſecũdo
volu.dum voluit dominus Azo.exigere collectas ab eius ſub-
ditis.nam ſibi conſuluit vt probare debuiſſet de conſuetudine
tanti temporis vt ſupra.quibus etiam ſuffragantur que conſu
10 luit idem Alexan.in prefato conſilio.xxxv.†ibi dum dixit baro
nes ſeu dominos non poſſe exigere a vaſallis niſi conſueta gra
uamina.⁊ idem tenet idem Alexand.in conſilio.cxlvj. in eo.ij.
volu.hinc voluit Bald.in.l.cum multa.C.de bo.que libe.quod
domini non poſſunt compellere ſubditos ad ſibi preſtandum
11 angarias ſeu collectas imo ipſas†ab eis extorquendo inconſul
to principe puniuntur in quadruplum ⁊ ſi conſulto principe
puniuntur in duplum ſi plus exigant permiſſo a principe ſe-
cundum Joan.de plate.in.l.placet.ſecundo not.C.de excuſ.mu
ne.libro decimo.imo quãdo talia imponeret princeps ipſemet
12 ſine cauſa†diceretur rapinam committere ex quo bona ſubdi-
torum auferre diceretur. ita dicit Andre. de Jſer. in.c.primo.
verſiculo flumina. que ſint regalia. multo magis erit in domi-
nis inferioribus a principe qui arctiores habenas habere dicũ
tur.⁊ ideo debent a predictis barones abſtinere ⁊ contenti eſſe
13 †muneribus ⁊ angarijs impoſitis tempore conceſſionis feudi
nec vltra ſubditos grauare.l.cum ſatis.§.caueant. C.de agri.⁊
cenſi.libro vndecimo.per quem ita dicit Jaco. de ſancto Geor-
gio in tractatu de homag.decima columna.circa med.⁊ ſic cum
tempore conceſſionis priuilegij de feudo ville predicte conceſſe
predeceſſoribus predicti Gurelli minime appareant etiam ex
ipſius priuilegij met tenore impoſita onera aliqua ſeu grauã-
mina per principem ergo nec ipſe Gurellus illa quidem exige-
re potuiſſe nec poſſe videtur ⁊ cum ſic ſit quod expoſuerit ſe eſ-
ſe in poſſeſſione prefata virtute ſuorum priuilegiorum: quibus
inſpectis nulla ex prefatis apparebat conceſſa angaria in ipſos
vaſallos.Succedit igitur quod pulchre ⁊ ſatis ad propoſitum
preſentis deciſionis conſuluit Alexand. in conſilio.xlv.in fine.
14 in tertio volumine. † vbi dixit ꝙ ſi res eccleſie fuit poſſeſſa per
decennium vel viginti annos per alium ſciẽte ⁊ patiente eccleſia
⁊ non contradicente eo caſu preſumuntur omnes ſolennitates
interueniſſe ⁊ ſatis erit ipſos allegare prout etiam late ſcribit
Feli.in.c.ſicut de re iudi.attamen hoc non vendicabit ſibi locuꝫ
vbi in ſpectione inſtrumenti conceſſionis prefate appareret qđ
ſolennia non interuenerunt ita ſatis pulchre conſuluit Paul.
de Caſtro in ſuo conſilio incipien.in Chriſti nomine.Amen.in
cauſa que vertitur inter reuerendum refert ⁊ ſequitur Alexan.
in conſilio.j.ſexta colum.in quarto volu.

¶ Nec audiendus eſt pretextu ꝙ ſeruitia prefata exegerit cum
15 ex quaſi poſſeſſione inducatur ius †exigendi ſeu poſſidendi ſe-
cundum Mar.de Fantu.in additio.ad Barto.in litibus.C.de
agri.⁊ cenſi.etiam ſi preſtantes ſeruitia ſpatio decennij preſtitiſ
ſent non ex hoc ſufficeret ad probandum ius vaſallagij ⁊ maxi-
me cum pretenſa poſſeſſio ſit contra libertatem qua omnes libe
16 ri ⁊ non ſerui preſumuntur.†⁊ vbi de libertate tractatur ſem-
per pro ea preſumendum eſt.l.lege iulia.ff. de manu.l.inter pa-
res.ff.de re iudic.maxime cum in ſimilibus preſcriptio non pro
cedat.ita etiam in ſpecie voluit Luc.de pen.in.l.hac lege.prima
columna.C.de aqueduc.libro vndecimo.vbi plus ſubdit quod
17 talia preſumuntur ſemper†potius per metum quam ex debito
extorta dicta.l.litibus.⁊ preſertim per potentes a ruſticis preſu
muntur huiuſmodi ſeruitia indebita per metum extorta dixit
Bald.in titu.de pace conſtan.in verſic.pactiones.ſed ante eum
Joan.Andr.in.c.j.de preſcriptio.in.vj.in nouel.refert ⁊ ſequi-
tur Alexan.in.l.iuſiurandum.ff.quarum rerum actio non da.
idem tenet conſulendo Fran.de Are.in conſilio.xiiij. incipien.
Viſo ⁊ diligenter conſiderato.decima colum.⁊ dominus Ste-
phanus Bertrãdus in conſilio.xlix.incipien.cum multe dudũ.
in primo volu.Par.de Puthe.in tractatu ſyndi.in titu. de of-
fici.ſyndic.viij.charta.verſi.ſyndicantur etiam officiales.ij.col.
licet de preallegatis nullam mentionem fecerit.idem tenet Jaſ.
in.§.quadrupli.inſti.de actio.Jaco. de ſancto Georgio in trac.
de homag.viij.colum.Luc.de pen.in.l.litibus.tertia columna.
in fine.de agric.⁊ cenſi.ſubdens qđ in talibus non ſufficit pro-
bare curſus temporis niſi ⁊ teſtis etiam probetur per capitulũ
quia cognouimus.x.queſtio.iij.que maxime procedunt in hoc
18 regno in quo†ſolus rex eſt dominus perſonarum vt in.c.ad re-
gale faſtigium ⁊ in.c.finis precepti charitas ⁊ in queſtione re-
gni quia frequenter ſub rubrica de homi.nõ tene. vbi princeps
decidit ſe nolle perſonas vaſallorum abſqꝫ ſue ſerenitatis aſſen
ſu ſeruitijs perſonalibus obligari vnde ſuccedit quod talis al-
19 legata poſſeſſio non † iuuat poſſeſſorem niſi probet de priuile-
gio vel alio legitimo titu.ita dixit Bart.in.l.vis eius.C.de pro-
batio.⁊ idem Barto.in.l.ſecunda.C.de ſenten.cum poſſeſſio in
20 iuſta ſeu†violenta non habet tueri poſſeſſorem dixit Andre.de
Jſer.in titu.que ſint rega.verſi.extraordinaria.

¶ Nec militabit p̃ ipſo Gurello depoſitio vnius ex carceratis
deponẽtis alias preſtitiſſe ſeruitia eidem compulſus ſed ad ea
non tenebatur cum huiuſmodi confeſſio etiam iurata nil ob-
ſtet cum etiam volens ſe ad prefata obligare non poterat etiam
21 †volens abſqꝫ reuerendiſſimo aſſenſu vt patet in conſtitu. ⁊ ca
pitulis regni ſupra proxime allegatis niſi fuiſſet libertus. l. ſi
quis pro eo.ff.de fideiuſſo.l.iuſiurandi.de operi.liber.cũ opera
liberi hominis non tribuat ius in perſonis.l.prima.ff.de ope.
ſeruo.quod eſt not.ita dixit Luc.de pen. in dicta.l.cum ſcimus.
tertia colũ.⁊ ideo ne homines in aduerſam fortunam trahan-
tur ſanxerunt iura nec ſcripturas nec proprias cõfeſſiones eis
22 nocere dum contra†propriam libertatem fatentur dicta.l. cum
ſcimus.⁊ idem voluit gloſ. in.l. nec ſi volens.C.de libe.cauſa ⁊
23 ibi Bal.not.dixit quod†confeſſio facta contra propriam liber-
tatem non tenet ⁊ ſubdit contra regem Francorum quod ſi con
fiteri faceret aliquam ciuitatem eſſe ſuam ⁊ inde iurari fidelita-
tem a ciuibus non tenebit talis confeſſio. idem ſequitur Jaſ.
in prelud.feud.⁊ in.l.ij.C.de iure emphyteo. ⁊ iſtud dicit domi
nus Antonius de Alexan.in additio.ad Barto. in.l.vnica.C.
de confeſſis.eſſe no.contra regem Carolum octauum qui tanq̃
inuaſor venit ad regnum hoc ⁊ fecit ſibi iurare fidelitatem ab
vniuerſitate Neapolitana ⁊ a toto regno.

¶ Nec obmittendum ꝙ amplius volebat ſibi ſeruitia ipſa pre
24 ſtari etiam extra diſtrictum†feudi quo caſu etiam ſi eſſent anga
rij non tamen tenerentur extra diſtrictum ita per multa bona
concludit Affli.in conſtitutione iuſtitiarij non per Calendas
in tertia columna.eſt etiam conſiderandum quod virtute reue
rendiſſime pragmatice vaſalli ſoluentes iura fiſcalia regi non te
nentur ad ſeruitia perſonalia eorum dominis que pragmatica
25 apparet†ſumpta a medulla iuris tex.l.vnice.C.ne opere a colla.
exig.lib.x.vbi ſoluentes tributa Ceſari iubet imperator mini-
me poſſe ad perſonalia ſeruitia compelli ſicqꝫ vt iuris diſpoſi-
tioni pariterqꝫ prefato Gurello ſatiſfieret fuit decretum carce-
ratos liberãdos preſtita fideiuſſoria cautione de ſoluendo quic
quid fuerit iudicatum ⁊ hoc cum ex prefatis hinc fuerit res in
dubium deducta ne preiudicium eidem fuerit circa commodũ
pretenſe poſſeſſionis in iſtis incorporalibus. Nec eiſdem vaſal-
lis in eorũ allegata libertate:⁊ ideo ſi contingat dominos gra-
uare vaſallos ⁊ econtra ipſos ſubditos ſeu vaſallos poſſe calũ-
niare baronem vniuſcuiuſqꝫ partis res in dubium deducetur
⁊ in dubijs fideiuſſio eſt medicina ſequeſtri ⁊ ideo adinuentuꝫ
26 fuit antidotum fideiuſſionis†de reſtituendo in caſu retractatio
nis id eſt in caſu in quo fuerit iudicatum ſeu de iudicato ſoluẽ-
do iuxta doctri.Bal.in.l.j.C.de prohibi. ſequeſt.pecu.⁊ facit.l.
fi.C.de ordi.cogni.⁊ in.l.litibus.C.de agric.⁊ cenſi. vbi videtur
caſus deciſus in dicta.l.fi.ꝙ reſtituũtur bona ablata ſeruo ſiue
ei qui ad ſeruitutẽ vocatur ſi ſaluam rem futuram per idoneos
fideiuſſores promiſerit:⁊ ſic cum ſancte ac iuſtiſſime votauerim
⁊ votum meum comprobatum fuerit ⁊ ſucceſſiue per magnam
curiam vicarie ita iudicatum vt ſupra ⁊ idem per ſupradictum
reuerendiſſimum concilium comprobatum ⁊ ex mea inuentio-
ne predictorum fuit confirmatum per ſupraſcriptum Conci-
lium et cauſa ſupradicta remiſſa fuit ad eandem magnam
curiam ex quo non grauauit.⁊ vltimo loco per collaterale con
ciliũ illuſt.do. viceregis ipſo quoqꝫ aſſiſtente fuit etiam cũ meo
interuentu deciſiue pronũciatum ipſos vaſallos non teneri ad
ſeruitia perſonalia maxime abſqꝫ mercede prout Gurellus ipſe
expoſcebat ⁊ ita executum fuit. Ego Thomas Gramaticus
iudex magne curie vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Juris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Tortus ſup̃ furto de quo inquiſitus eſt ⁊ cõfeſſus non po-
terit de iuris ſubtilitate de alijs furtis interrogari de quibus
nulla exiſtunt indicia.
2 Vbi ſubdit hoc eſſe verum de iure licet de generali conſuetudi-
ne Jtalie ſeruemus contrarium.
3 Et quod conſuetudo de qua in precedenti non teneat.
Conſuetudo ſi allegatur per aliquem Doctorem an ſit ei credẽ
dum ibidem nu.3.vbi concludit ꝙ etiam pluribus ⁊ pluribus
Doctoribus de conſuetudine affirmantibus non eſt ſtandum.

Tortus

UVA. BHSC. IyR_279_2

4 Tortus ſup furto ſi eſt male fame ⁊ eſt confeſſus poterit de aliȷ̈s
delictis interrogari licet non extent indicia.

# Votum.XIII.

## TRemendi Dei qui cun-
cta facis qui cuncta gubernas auxilio pia men-
te puroqꝫ corde inuocato. Amen.
¶ In cauſa terragnoli de villa Iugliani perti
nentiaruꝫ auerſe inquiſiti de homicidio ⁊ iam
confeſſi cum qualitate defenſionis: ex quo per fiſcum preten de-
batur alio tempore furtum ⁊ in ſtrata publica commiſiſſe ad
vadū de pecora cum nonnullis aliȷ̈s heſitatur in magna curia
an precedente confeſſione homicidȷ̈ prefati poſſit ad torturam
procedi contra ipſum ſuper obiecto furto non exiſtentibus ta-
libus indicȷ̈s que habeant mouere mentem iudicis ad torquē-
dum prout Magnificus fiſci patronus inſtanter expoſtulauit
⁊ certe mihi prima facie viſum fuit quod non cum recordabar
1 †ꝙ ſi quis fuerit precedentibus indicȷ̈s ſuper furto tortus ⁊ cō
feſſus non poterit de iuris ſubtilitate interrogari de aliȷ̈s fur-
tis de quibus nulla exiſtunt indicia. ita tenet Ange. de Are. in
tracta. malefi. in verſi. fama publica. in vlti. verſic. Alexan. conſi
lio. cclxxv. incipien. viſo themate. ȷ̈. col. arg eorum que not. per
Alber. de Gandi. in rubrica de queſtio. ⁊ tormen. in. iiȷ̈. ⁊. v. co.
cum abſqꝫ indicȷ̈s nemo torquendus ſit vt in. l. j. ff. de queſtio.
2 ⁊ in. l. maritus. ff. eo. titu. licet de generali †conſuetudine Italie
continuo ſeruemus contrarium vt ibi Gandi. teſtatur ⁊ ſpecia
liter in furtis que magis frequentantur que conſuetudo iuua-
ri poteſt per legem. l. non omnis. §. a barbaris. ff. ⁊ in. l. cōgruit.
ff. de offi. preſid. ⁊ conſuluit Cardina. in conſilio. xlv. ⁊ Barto.
Cepol. in conſilio. xl. ⁊ ideo cum minime confeſſus ſit de furto
ſed de homicidio non videbatur poſſe de furto de quo inquire
batur torqueri non precedentibus indicȷ̈s: ⁊ in ſpecie magis
ad hoc monebar per not. dictum Auguſti. Arimi. in additio.
ad Angel. in verſicu. fama publica. in vltima colū. vbi dicit ex-
3 preſſe huiuſmodi conſuetudinem Italie non †valere tanquam
irrationabilem prout etiam per optima iura comprobat. Et
tanto fortius dicerē ego quando non confeſſus eſſet alia furta
prout in caſu de quo queritur non eſſet procedendum ad tortu-
ram ⁊ eandem opinionem reperio tenuiſſe Hippoly. Marſil.
in. l. repeti. in fine. ff. de queſtionibus. ⁊ in ſua practi. cauſarum
crimi. in. §. conſtante. quarta columna. dicendo quod ſi nedum
Gandi. verumetiam ⁊ glo. que eſt maioris autoritatis dicat ali
quid de conſuetudine ſeruari tamen talis conſuetudo probari
debet ſi eſt contra ius commune. ita Bal. in. l. ſi is qui in lectu-
ra antiqua. ff. de pignori. ⁊ in. l. conſentaneum. C. quomodo ⁊
quando iudi. in. v. oppo. ⁊ dicit Alexand. in. l. poſt dotem ſolu.
matri. qđ ſi plures ⁊ plures Docti affirmarent in lecturis ita
de conſuetudine ſeruari non eſt credendum. idem ſequitur So
cinus in ſuo conſilio. xcvȷ̈. preſens conſultatio ⁊c.
¶ Reperi demum quod Angelus in tractatu malefic. in verſi.
fama publica. precedente in fin. verbis dicit quod talis conſue
4 tudo ſeruatur †etiam in aliȷ̈s delictis quam in furtis. ⁊ idem ꝙ
Angelus tenet Odofre. in ſuo tractatu de queſtionibus in. xj.
queſtio. incipien ſed quid de queſtione quotidiana. ⁊ ibi dicit
quod de generali conſuetudine Italie ita ſeruatur ⁊ ſequitur
Cepol. in prefato conſilio ſuo. xl. in. viȷ̈. colum. hoc tamen ſane
ego intelligerem procedere vbi talis inquiſitus de huiuſmodi
delicto alias eſſet male fame. ita dixit Gandi. in titu. de preſum
ptio. ⁊ indi. indubita. quinta columna. verſicu. duodecimum ſi
iſte. iuncta gloſ. preceden. verſiculo ſexta ratio. ⁊ idem reperio
etiam tenuiſſe Boniſa. de Vitalli. in titu. que debeant precede.
tortu. ſecunda columna. vbi dicit quod de conſuetudine contra
rium ſeruatur per multos aſſeſſores ⁊ male vt ipſe putat. ⁊ cuꝫ
in caſu premiſſo prefatus terragnolus confeſſus fuiſſet homici
dium per vnum ex iudicibus in tortura interrogatus de furto
prefato de quo nulla extabant indicia ⁊ confeſſus fuiſſet: ⁊ ſic
ex hoc aliquantulum ego ſtarem perpenſus ac dubius. cum
hucuſqꝫ mihi caſus in facto non acciderit licet per annos duo-
decim in eadem magna curia iudicauerim dubitabam eundeꝫ
vltimo ſupplicio condemnare cum ex ſolo homicidio qualifica
te probato non veniſſet condemnandus: ⁊ dum ſuperueniſſet
in eadem magna curia excellens dominus Hieronymus de col
le Reuerens Cancel. ⁊ coram eius dominatione proſequere-
tur diſcuſſo de caſu premiſſo inter me ⁊ Magnificum fiſci pa-
tronum: tandem ſua excellentia inclinauit inquiſitum ipſum
potuiſſe interrogari de furto prefato vnde viſum ⁊ pariter mi-
hi fuit in eandem ſententiam concurrere in quam licet alter ex
ſocȷ̈s mecum inclinaſſet communi tandem voto fuit idem ter-
ragnolus vltimo ſupplicio condemnatus: ⁊ adhuc ſyndereſis
ſtimulus me ſtimularet niſi quia lata ſententia contra ipſum:
iterum de plano in tribunali antequam eſſet dimiſſus ad ſu-
ſpendium ſponte declarauit de plano in tribunali interfuiſſe
in furto prefato cum aliȷ̈s ſocȷ̈s nominatis per ipſum dem-
ptis duobus ex eis qui minime interuenerunt ⁊ ipſos menda-
citer inculpauerat. Ego Thomas Gramaticus iudex ma-
gne curie vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Vtriuſqꝫ Doctor.

# Summarium.

1 ¶ Minor delinquens non poteſt puniri pena ordinaria.
2 Minori delinquenti iudex tenetur penam delicti minuere cuꝫ
minor etas ſit cauſa intrinſeca legis minuentis penam.
3 Minori ſe alleganti incumbit onus probandi niſi aſpectus
corporis aliud patenter induceret.
4 Minorem etate: aſpectus corporis multum operatur in tali-
bus.
5 Minor etas vel maior ſi aſpectu corporis preſumatur quam
illa que allegatur tunc Iudex debet transferre onus probandi
in eum contra quem eſt preſumptio vt quia ille qui negatur eſ-
ſe maior apparet quod eſt barbatus grandis ⁊ durus ita quod
veriſimiliter apparet quod eſt maior.
6 Minor quod quis ſit vel maior quando ex aſpectu non poteſt
colligi tunc oportet teſtibus probari.
Et eo caſu in dubio iudex poteſt ex aſpectu pronūciare cum ſit
commiſſum eius arbitrio in caſu dubio.
8 Teſtibus non veriſimilia deponentibus Iudex non debet fi-
dem dare de non deponentibus veriſimilia.
9 Probatio debet eſſe veriſimilis alias ei ſtandum non eſt.
10 Teſtimonium non veriſimile eſt ſuſpectum.
11 Id quod diſtat a veriſimili eſt quedam falſitatis imago.
12 Vbi timetur ſubornatio teſtium licet iura tranſgredi.
13 Iudex poteſt euidentem calumniam ex officio repellere nec de-
bet admittere ipſam proponentem imo ſi ex non admiſſione
appellaret non debet de appellatione curare.
15 Iudex vbi nouit aliquid fieri ad procraſtinandum litem po-
teſt ex officio occurrere imo debet.
16 Confeſſo delictum poteſt defenſio denegari.
17 Confeſſus crimen eſt confeſtim condemnandus.
18 Iudex vbi ſibi conſtat de maleficio debet eſſe pronus ad pu-
niendum nec debet multum ponderare omnes iuris ſolenni-
tates quia fauor publice diſcipline ſuadet vt maleficia pu-
niantur.
19 Homicida ſi inſtat ad defenſam vt res protrahatur debet inter
fici ⁊ poſtea inquiri.
20 Iudex vbi videt teſtibus etiam clare deponentibus non eſſe fi-
dem adhibendam poterit ſi ſibi videbitur nō adhibere ex cau-
ſa cum in eius arbitrio ſit ⁊ debet exprimere cauſam quare fi-
dem non adhibet alias teneretur in ſyndicatu. ⁊ nu. 21. ⁊. 22.

# Votum.XIIII.

## TRemendi Dei preſidio
repetito. Amen. ¶ In cauſa Reuerendiſſimi
fiſci cum Calzareta inquiſito de pluribus vul-
neribus ac furtis ⁊ aliȷ̈s in perſonam diuerſa-
rum perſonarum teneatur a pena mortis natu
ralis excuſari ex cauſa pretenſe minoris etatis cum certo modo
per teſtes probauerit ipſum eſſe etatis annorum ſexdecim et
non plus: ⁊ iuris diſpoſitione cautum eſt iudicem non poſſe
minori delinquenti penam ordinariam imponere ipſius deli-
cti quod commiſit per notata in. l. ⁊ ſi ſeuerior quibus ex cau-
ſis infamia irrogatur. etiam ſi id petitum non fuiſſet ſecunduꝫ
veram concluſionem Doctorum de qua plene per Salicetum
in dicta. l. ⁊ ſi ſeuerior ⁊ ibi Alexander de Imola ⁊ plenius do
minus Antonius de Alexandria ibidem vbi etiam ſubdit pre
dictus Alexander quod iudex obligatur minori delinquenti
penam delicti minuere cum iſta ſit cauſa intrinſeca legis mi-
nuentis delictum ⁊ not. Doctores in. l. quid ergo. §. pena gra-
uior. ff. de infami. ⁊ conſuluit Ludouicus Bologninus inſi-
gnis Doctor in ſuo conſilio trigeſimoſeptimo. ſeptima colum.
incipien. cor mundum licet alias ⁊c.

UVA. BHSC. IyR_279_2

Sed premiſſis non obſtantibus dico qđ cum ex confeſſione
eiuſdem inquiſiti appareat ꝙ ſunt iam ſex anni vel circa elapſi
qđ ipſe accedebat vna cū colle famoſo latrone diſrobando per
nemora ⁊ ſic iuncta huiuſmodi probatione minoris etatis col-
ligitur qđ cum tpe quo erat ſocius prefati inſignis latronis vix
erat annorum decem ꝙ falſiſſimum reputatur concurrēte eius
aſpectu ⁊ corporis facinorib9 ac phiſonomia: ex quibus depre-
henditur eundem Inquinatum excedere etatem viginti anno
rum vt quāplures legaliſſimi viri nobiles ac notarij ⁊ magiſtri
actorum curiales ad excludendum huiuſmodi repugnantem
veritati ⁊ minus veriſimilem probationem teſtati ſine ipſo In
quinato prius bene inſpecto per eoſdem ⁊ conſiderato imo ali
qui ex prefatis depoſuerunt ipſum eſſe etatis. xxv. annorum.
3 ⁊ ideo † licet alleganti ſe minorem incumbat onus probandi
per. l. actor. C. de probatio. cum vulga. tamen hoc eſt verum niſi
forte aſpectus corporis aliud patenter induceret. Abſurdum
enim eſſet dicere ꝙ aliquis quinquagenarius haberet probare
ſe minorem dato ꝙ actor eſſet: vel ꝙ aliquis octo annorum vel-
let probare ſe maiorem: ſed vbi eſſet dubium actori probationē
incumberet ſiue affirmatiue ſiue negatiue proponat vt puta qr
peteret pronunciare pubertatem finita tutela ⁊ diceret nego te
pupillum quia talis negatiua habet implicitam negatiuam.
Perinde enim eſt ac ſi diceret dico te puberem: ⁊ ideo probare
cogitur niſi aſpectus corporis ſicut dixi aliud euidenter demō-
ſtraret quo caſu poteſt iudex probationis onus transferre ſicut
4 ſibi iuſtum videretur aſpectus enim corporis † multum opera-
tur in talibus vt. ff. de minor. l. minor viginti quinqꝫ annis. ita
formaliter dicit Alber. de Roſa. in. l. ſi minorem. j. colū. C. de in
integ. reſtitu. minor. ⁊ ideo dixit idem Albe. poſt Guliel. ⁊ Pe.
5 i. l. de etate. ff. de minor. † ꝙ aut preſumptio eſt ex aſpectu corpo-
ris maioris vel minoris etatis tūc iudex poteſt transferre onus
probandi in eum contra quem eſt preſumptio vt quia ille qui
negatur eſſe maior eſt barbatus grandis ⁊ durus ita qđ veriſi-
militer eſt ꝙ eſt maior: ⁊ tales preſumptiones coadiuuant ex in
dicijs vt in. l. etiam. ff. de probatio. ⁊ in. l. ij. ff. de excuſa. tuto. ⁊
6 ſubdit † ꝙ in caſu dubio quando ex aſpectu non poteſt colligi
ſi ſit maior vel minor tunc oportet teſtibus probari vt dicta. l.
ſecunda. vnde cum inquiſitus ipſe apparuerit prout apparet
ex aſpectu maior grandis ⁊ durus ⁊ vltra cōfeſſus ſit ſex annis
retro iuiſſe per nemora cum colle diſrobando ⁊ tot facinora per
petraſſe ſatis apparet probatum de eius maiori etate. ⁊ ideo di
7 cit † idem Albe. in. l. minor viginti quinqꝫ annis adito preſide.
ff. de minor. ꝙ iudex poteſt ex aſpectu pronunciare cum ſit com
miſſum eius arbitrio in caſu dubio vt quādo quis eſt quatuor-
decim annorum: ſed eſt magnus ⁊ videtur aſpectu maior. nam
hoc committitur iudici vt per aſpectum poteſt pronunciare ⁊
ita etiam intelligitur ibi Iaco. de Are. ⁊ ſic magna curia ipſa
dubia de probationibus ſeu depoſitionibus trium teſtium de-
ponentiū de minori etate ⁊ notorie affectātium ſalutem ipſius
inquiſiti eorum alumni ⁊ familiaris ⁊ qui notorie vacabant
defenſioni ipſius inquiſiti vt conſtat magiſtro actorum curie ⁊
eius ſcribis fiſcalibus. ideo inſpici ⁊ conſiderari fecit inſtante
fiſco eundem Calzaretam per quāplures nobiles ac notarios
⁊ magiſtros actorū ipſius magne curie qui omnes vno contex-
tu eundem Calzaretam eſſe maiorem teſtati ſunt. cum tres illi
8 teſtes contra veriſimile deponebant: quo caſu iudex † non debe
bat eis fidem dare. ita conſuluit Petr. de anc. in conſilio incip.
in Chriſti nomine. Amen. extra ordinem contractuum vltima
columna. ⁊ idem tenet in alio conſilio incipien. viſa facti narra
tione ⁊ copia teſtamenti. colū. vij. in fine. vbi dixit ꝙ contra id
ꝙ non eſt veriſimile non debet quis audiri hinc ſancitum eſt
per Iuriſconſultum in. l. iij. in principi. ⁊ in. l. ob crmen. §. fi. ff.
de teſti. ⁊ in. l. non eſt veriſimile. ff. ꝙ met. cau. ꝙ deponens non
veriſimile non probat. ⁊ idem voluit Bal. in. l. teſtium. vltima
col. C. de teſti. ⁊ conſuluit Alex. conſilio. cxx. incipien. pondera-
tis. ⁊ in conſilio. cliij. viſis ⁊ narratis. colū. iij. in. v. volu. ⁊ ideo
9 dixit idem Bal. in. l. fi. in fine. C. de eden. † qđ probatio debet eſ-
ſe veriſimilis alias ei ſtandum non eſt ⁊ voluit etiam Cepol. in
conſilio. xxxij. colū. v. ⁊ in conſilio ſequen. colū. penulti. conſtat
10 autem teſtimonium non † veriſimile eſſe ſuſpectum vt conſuluit
Alexand. conſilio. xciij. incipien. circa primum dubium. in. iiij.
volumine. veriorum enim ſermonum; eſt vt concordent rebus
11 ſenſatis ⁊ veriſimilibus hinc eſt † ꝙ id qđ dictat a veriſimili eſt
quedam falſitatis imago dixit pulchre Bald. in. l. j. colū. iiij. C.
de ſeruis fugitiuis. ⁊ in rubrica. C. de probationibus. ⁊ memi-
nit Alexan. conſilio. xxvij. incipien. in cauſa ⁊ lite vertente. ſecū
do volumine. ⁊ in conſilio. cxviij. in. iiij. volumine. Barba. in
c. ſignificante. ſecunda columna. de pignor. ad quod etiam acce
dit praua admodum conſuetudo falſorum teſtium ⁊ vſus ſub-
12 ornandi in iſtis partibus † de quo vtinam mentiremur
quo caſu licitum eſt iudici iura tranſgredi prout in ſpecie con-
ſuluit Alexander de Imo. in conſilio. lxv. primo volumine. ⁊
ſic ex predictis omnibus ſupra relatis quatenus probare cone-
tur inquiſitus ipſe ſe minorem apparet ex ſuprascriptis eſſe in
13 euidenti † calumnia quam iudex ex officio repellere poteſt gloſ.
eſt in. l. ſi quis cum maior. §. ſi patris. de bono. liber. Feli. in. c. di
lecti. de iudicijs. imo eo caſu iudex non debet admittere propo-
14 nentem † ⁊ etiam ſi appellaret minime debet de appellatione cu
rare voluit Innocen. in. c. poſt electionem. de conceſſio. preben.
⁊ in. c. ſuper eo. de appellatio. ⁊ Abb. in. c. nullus. de preſum-
ptionibus. ⁊ ideo ſatis ad propoſitum voluit Iaco. Butr. in. l.
15 ſecunda. C. de falſis. † quod vbi iudex nouit aliquid fieri ad pro
craſtinandum litem poteſt ex officio occurrere imo debet. idem
ſequitur Pau. de Caſtr. in. l. properandum. ſecunda columna.
16 C. de iudic. maxime † cum ſimus in confeſſo cui poſſet defenſio
denegari ex quo per confeſſionem dicitur delictum notorium
dixit Bald. in. l. ſi a procedente de dilatio maxime cum ſolenni
ter fuerit in iudicio confeſſus per ea que habentur per Bald.
in rubrica. extra de pactis. penulti. colum. hinc voluit Bald. in
17 l. ſecunda. C. de cuſt. reor. † ꝙ vbi quis confitetur crimen eſt con-
feſtim condemnandus. ⁊ ideo dixit ſatis pulchre Bald. in. l. ita
18 vulneratus. ff. ad legem aquil. † ꝙ vbi conſtat de maleficio iudi
ces debent eſſe proni ad puniendum nec debent multum pon-
derare omnes iuris ſolennitates quia fauor publice diſcipline
ſuadet vt maleficia puniantur. ſed non eundo per mendicata
ſuffragia concludo ꝙ ſi homicida inſtat ad defenſam vt res pro
19 trahatur debet homicida ipſe interfici † ⁊ poſtea inquiri ita ſin
gulariter voluit Bald. in. c. quoniā contra. antepenult. colum.
extra de probatio. quem refert ⁊ ſequitur Feli. in. c. paſtoralis.
§. quia vero de offici. delega. ⁊ quia vbi iudex viderit teſtibus
20 etiam clare deponentibus † non fore fidem adhibendam pote-
rit ſi ſibi videbitur non adhibere fidem ex cauſa dixit pulchre
Barto. in. l. lucius. iuncta glo. ff. de infami. vbi ſubdit vt expri-
mat cauſam quare fidem non adhibeat vt euitet ſyndicatum.
idem ſequitur ibidem Paulus de Caſtr. in predicta. l. lucius.
⁊ idem Paulus in. l. admonendi. ff. de iureiuran. refert ⁊ ſequi
tur Bartho. Socinus in ſuo conſilio. xcviij. in antepenul. colū.
in quarto volumine. vbi dicit predictam doctrinam Bart. ſin-
gularem idem tenet ⁊ ſequitur Par. de Puthe. in tracta. ſyndi
ca. in verſicu. arbitrium. in verſicu. ſi iudex viderit. ſecunda col.
21 dicti verbi. nam in arbitrio iudicis † eſt adhibere fidem teſtibus
vel non adhibere per text. in. l. iij. verſicu. tu magis ſcire potes.
ff. de teſtibus. ita Bart. in dicta. l. lucius. idem refert ⁊ ſequitur
Barba. inter conſilia Calcanei conſilio. lxiiij. in. viij. col. incip.
preclare ſcripſit Apoſtolus ⁊ ſubdit hoc dictum Barto. eſſe ſtu
pendum. ⁊ ſequitur idem Par. de Putheo. in tracta. ſyndica.
in verſicu. poteſtas. ſecunda columna. verſic. conſulo ⁊c. vbi ſub
dit ꝙ cum cauſa ipſe conſulit vt hoc fiat ne demum iudex ipſe
in ſyndicatu teneatur ⁊ idem tenet Bal. in. l. cum magiſtratus.
22 C. quādo prouo. nō eſt neceſ. † et ideo debet ſcribi facere in actis
vel in ſententia videlicet nullam adhibendo fidem teſtibus pre
fatis ex tali cauſa. ⁊ ideo in caſu de quo agitur nullam adhibē-
do fidem teſtibus prefatis ex cauſis prenarratis. quia in lege di
uina ſancitum eſt maleficos non patiaris viuere ſuper terram
maxime homicidas qui quod fecerunt ſemper expectant iuxta
tex. in. l. tertia. C. de epiſ. audien. idcirco ſum voti non obſtanti-
bus probationibus prefatis ſuper pretenſa minori etate ipſuꝫ
Calzaretam eſſe vltimo ſupplicio condemnandum: ⁊ ita idem
ſequuti ſunt ceteri Magnifici iudices mei conſocij ⁊ executum
fuit ⁊ etiam a maioribus comprobatum. Ego Thomas
Gramaticus iudex magne curie vicarie.

Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 Receptans delinquentem illico poſt delictum commiſſuꝫ videtur non minus delinquere ꝙ ille qui crimen commiſit.
3 Inimicitia facit indicium ſufficiens ad torturam.
Aſſerenti ſeu atteſtanti de mandato ⁊ commiſſione ſibi factis ſtatur numero. I.
4 Tortura regulariter non datur nobilibus.
Nobilis verberans nobilem cum baculo non punitur pena corporali.
6 Statutum puniens aliquid facientem non extenditur ad mandantem fieri.
Mandans non dicitur vere facere ſed interpretatiue.
9 Ex percuſſione cum fuſte vel lapide regulariter nō venit pena corporis

UVA. BHSC. IyR_279_2

corporis afflictiua.et ibi quomo do puniatur percutiens cum
baculo ⁊ in numero.11.fit diſtinctio an congregatis hominibꝰ
ſeu excogitato inſultu id factum ſit.
12 Tortura non habet locum in regno vbi in cauſa nō veniret im
ponenda pena vltra relegationem.
13 Mandans verberari non tenetur pena legis vel ſtatuti puniē-
tis verberantes.
14 Ubi quis cōdemnatur ex indicijs debet ſentētia minorari mul
tum.
Et ibi vide multa probationum genera ⁊ que dicitur probatio
perſpectiua: ⁊ que intuitiua ⁊ que pleniſſima tortura cōmitti-
tur arbitrio iudicis.nu.15.
17 Pro iniuria poteſt inferri duplicata pena vcʒ pecuniaria ⁊ cor
poralis vna in ſatiſfactione partis offenſe ⁊ altera curie.

## Votum.XV.

Omnipotētis dei auxilio
innocato amen. ¶ In cauſa nobilis Joannis
de Thomaſio de ciuitate Capue cum reueren
diſſimo fiſco ſuper verberibus illatis de eius
ordinatione ⁊ mandato vt pretenditur nobili
Nicolao maria de racta producuntur ſuper probatione huiuſ-
modi delicti qaamplura. Et primo depoſitio Zaccagnini ad
uerſarij qui verberauit prefatum Nicolaum Mariam cum ba
culo in qua deponit de mandato ⁊ ordinatione ipſius nobilis
1 Joannis Thomaſij id feciſſe. † Et iuris diſpoſitione cautū eſt
credendum eſſe alicui atteſtanti de commiſſione ⁊ mandato ſi-
bi factis dixit Baldus in.l.iudices.C.de fide inſtrumentorum.
Bartolus in.l.ex ſententia.ff.de teſtamen.tutel.⁊ conſuluit Ale
xander conſilio octuageſimooctauo in quinto volumine. Item
et ſecundo apparet quod tam ante prefatum maleficium quā
poſt predictus Joannes de Thomaſio eundem verberantem
in eius domo, retinuit ac receptauit nulla apparente coniun-
ctione nec familiaritate cuʒ eo contracta quo caſu non videtur
minus delinquere quā illemet qui huiuſmodi crimen cōmiſit
2 argumento.ff.⁊.C.de ijs qui latro.l.prima.et.ff.de receptato.
Ita dixit in ſpecie Gandinus in tractatu maleficiorum in titu-
lo de preſumpti.⁊ indic.indubita.quinta columna verſiculo
tertia ratio eſt ⁊ iudicium ⁊ idem tenuit Boniſa. de vitalli. in
rubrica.de indici.prima col.
¶ Tertio et vltimo concurrit inimicitia inter predictos nobi
les Jo.de Thomaſio et dictum nicolaum mariam quo caſu re
ſultare apparet magnum indicium ꝙ videtur ſufficere ad tor-
turam vt voluit Ange.in.l.fin.C.de queſtio.et videtur ſentire
Barto.in.l.fi.ff.eod.titu.Specu.et Joan.an.in additio.Spe-
cu.in titulo de preſumptio.verſi.ſed pone nam de inimico lex
preſumit omne malum.l.j.§.preterea in fi.ff.de queſtio.et tandē
cum ex prenarratis proceſſus meritis facta relatione in Colla-
terali conſilio ⁊ coram illuſtriſſimo domino prorege fuiſſet per
quendam cōmiſſarium cauſe et qui proceſſum inſtruxerat vo-
tatum procedi poſſe ad torturam aduerſus predictum inquiſi
tum et cauſa ipſa fuiſſet remiſſa decidenda per magnam curiaʒ
vicarie premiſſis non obſtantibus mature precogitando deue-
ni ad infraſcriptorum conſideratioṅe.et primo.
¶ Quod predictus Joannes de Thomaſio eſt nobilis et ad-
uerſus nobiles non ita de facili ad torturam proceditur cum
4 regulariter nobilis † de iure non torqueatur vt dicit Odofre.
in tra.de queſtio.quem refert et ſequitur Franciſ.brun.in tra.
de indi.et tortu.viij.colum.in princi.et maxime cum ſimus in
caſu de quo non veniret talis pena imponenda per quam poſ-
ſet habere locum tortura cum pro verberatione cum baculo nō
veniat quis corporali pena plectēdus maxime in caſu de quo
5 agitur in quo nobilis eque nobilem verberauit quo caſu priua
tur nobilitate:et exulabit extra regnum per annum text. eſt in
conſtitu.regni vt dignitatum et ſic non venit imponenda pe-
na vltra relegationem. Nec etiam in caſu de quo agitur veniret
imponenda pena predicta contenta in conſtitutio. vt dignita-
tum cum conſtitutio ipſa loquatur in perſona verberantis et
6 non in mandantis verberari: † ⁊ ſtatutum puniēs faciētem ali-
quid perſonaliter non extenditur ad mandantē illud fieri. glo.
eſt nota.in clementina prima verſiculo publico extra de vita et
honeſta.cleri.quam reputat ſingu. Abb.in.c.mulieres. de ſen-
7 tentia excommunicatio. Nam ille qui mandat non dicitur ve-
re facere ſed interpretatiue et in.l.prima.§. deieciſſe. in gloſſ.
ff.de vi ⁊ vi arma.et ideo dixit Barto.in.l.hec verba.ff.de adul
te.quod ſtatutum penale loquens in perſonā delinquentis nō
8 comprehendit mandantem ex propria verborum ſignificatio-
ne. Idem tenet Bartolus in.l.ſi quis id quod.§.finali. ff.de iu-
riſditione omnium iudicum. maxime cum regulariter ex per-
9 cuſſione † cum fuſte ſeu baculo non veniat pena manus ⁊ ſic cor
poris afflictiua vt dicit Andreas de iſernia in conſtitutione ſi
quis cum armis ſub Rubrica de illicita portatione armorum
voluit tamen dominus Bartholomeus de capua in dicta con-
10 ſtitutione. ſi quis aliquem quod percutiens † cum baculo debet
puniri in dictis decem parti ⁊ in dictis viginti iudici per text.
in.§.ſi quis aliquem de pace tenenda ſed ille tex.qui hoc forma
liter decidit loquitur de libris auri ⁊ non de dictis ⁊ forte domi
nus Bartolus ſic fuit interpretatus ex quo tempore illius text.
Italia lōge ſatis ſuperabundabat auro ⁊ ideo puniebantur de
licta in libris auri ⁊ libra auri fuit interpretata in ducatu au-
reo idem tenet Marinus de caraman. in dicta conſtitutio.
ſi quis quem reperio inſuper quod dominus Mattheus
de afflic.noſter Neapolitanus in dicta conſtitutio. ſi quis ali-
quem dicit quod ipſe arbitrarie puniret iuxta qualitatem
perſonarum loci ⁊ temporis ⁊ vltra predicta attente in mate-
ria perquirendo ac voluendo plures codices repperi in qui-
buſdam meis antiquiſſimis conſtitutionibus ad penam quan
dam antiquam additionem que vix legi poteſt vt patet ad ocu
lum et eſt gloſſ. ſeu additio Joan. Grilli ſuper conſtitutio. inſti
ciarij nomen ⁊ normam in verſiculo inſultus excogitati vbi di-
cit quod ſi quis eſt bannitus ex cauſa: quia cum baculo quem
percuſſit ſiquidem congregatis hominibus ſeu excogitato in-
ſultu poteſt ſententia foriudicationis arceri quia deportatio-
nis penam ex tali percuſſione noſcitur incurriſſe. At vbi abſꝙ
congregatione hominum ſiue turbe excogitato inſultu paten-
ter al's non commiſſo proceſſit ipſa percuſſio reus culpe depor-
tationis ſententia non punitur. et per conſequens foriudica-
tionis ſentētia nō grauatur:et ſic ecce qualiter nō ſadiuncta qua
litate turbe non venit imponenda pena vltra relegationem:
vnde ſuccedit quod vbi non venit imponenda pena vltra rele-
gationem non habet locum tortura in hoc regno per capituluʒ
regni tormenta quod eſt in viridi obſeruantia. Concurrente
quoꝙ maxime ipſius nobilitate vt ſupra ⁊ etiam quod nō ipſe
perſonaliter ſeu actualiter verberauit ſed verberari mandauit
quo caſu non habet locum pena iuris ordinaria ſeu ſtatuti lo-
quentis in perſonam quia illa non ſe extendit ad mandantem
verberari:ita in proprijs terminis in ſpecie proprie in mandā-
teʒ verberari quod non teneatur pena ſtatuti ſeu iuris munici-
palis que loquitur in verberante tenet Bald.in.l.non ideo mi
nus in quinta columna.C.de accuſationibus. verum quia ex
prenarratis indicijs clariſſime demonſtratur ex eius mandato
fuiſſe delictum commiſſum ⁊ ſic illum nobilem verberatum.ex
quibus indicijs prenarratis non dubito abſꝙ vlteriori proba
14 tione poſſe ad condemnationem † procedi licet moderanda ſit
multum iudicis ſententia vbi per indicia ad condemnationeʒ
procedit. Nam non poterit eo caſu ad penam corporalem tran
ſitum facere ſeu ſe extendere. Ita dicit dominus Abb. in capi-
tulo auditis.de preſcriptionibus.vltima columna gloſſ. in ca-
pitulo inter.de purgatione canonica. et Innocentius in capi-
tulo quia veriſimile. de preſumptionibus. Joannes andreas
Antonius de Butrio et Moderni.in capitulo afferte. extra
eodem titulo in.§.finali in verſiculo in ſumma. Bald. in.l. nō
eſt veriſimile.ff.quod metus cauſa et conſuluit plene Alexan.
in conſilio.centeſimodecimoquinto in tertio volumine. ⁊ bene
Andreas de iſernia in capitulo primo.§. ſi vero.de controuer-
ſia inueſtiture.et idem Andre.in conſtitutione regni intentio-
nis quarta columna de illicita portatione armoruʒ.⁊ tenet Ja-
ſon.licet de predictis nō meminerit in.l.prima.nona columna.
C.de ſeruis fugitiuis.⁊ idem melius ceteris concludit Bald.in
l.finali.C.de probatio.vbi refert formaliter hec aurea verba ad
hoc propoſitum circa probationem in criminali. Conſidera ꝙ
triplex eſt probatio ſcilicet reſpectiua ſiue intuitiua videlicet
quando teſtes de viſu facti eſſent in numero ſufficienti ⁊ quali-
tas ipſorum teſtium eſt approbata in iure et iſtam dicimus eſſe
probationem pleniſſimam:et ideo ſi conſtat de crimine per hūc
modum non reſpicitur negatiua probatio vt extra de probatio
nibus capitulo ad noſtram. Quedam eſt probatio que in ciui-
libus non multum nec valde ponderoſis eſt communiter ſuffi-
ciens ⁊ coniuncta ſemiplenam probationem excedens tunc ſi cū
iſta iungatur confeſſio efficitur probatio plenior ꝙ in ciuili re-
quiratur ⁊ ceſſat appellatio vt infra quorum appellatio.non re
cipiūtur.l.ſecunda. et plena ſit punitio ſecundum exigentiam
15 nature delicti:ſi autem non adiūgitur † confeſſio vel quia qua-
litas perſone non patitur vel quia cum hodie ſit commiſſuʒ ar
bitrio iudicis non vult torquere vel quia reus abeſt vel ſtatu-
tum prohibet ⁊ tunc non poteſt imponi pena corporalis: quia
propter inopiam probationum minuitur pena hoc eſt quia
C

UVA. BHSC. IyR_279_2

non poteſt plus punire in criminali ꝙ condēnaret in ciuili. et
hec eſt ſententia Innocen. ꝙ vbi proceditur ex preſumptione
imponitur minor pena. Idem etiam tenet Nicol. de mata. Ita
formaliter dicit Baldus in predicta. l. fi. Quam obrem recteqꝫ
conſiderando vt parti offenſe de iuris remedio omnino conſul
tum videatur adherendo me gloſſ. not. et magiſtre in titulo de
17 pace tenē. in verſiculo iniuria qua cauetur poſſe inferri dupli-
cata pena vꝫ. pecuniaria et corporalis pro iniuria: et vnam
ipſarum arbitrabitur pretor pro curia ob vindictam publicaꝫ
aliam vero in ſatiſfactionem contumelie partis offenſe et ideo
ſum voti predictū nobilem Joannem de Thomaſio eſſe con-
demnandum ad penam vnciarum centum ſoluendam Reue-
rendiſſimo fiſco: et in recompenſam contumelie partis offenſe
ad exilium biennale extra ciuitatem capue et eius diſtrictum:
et in hanc ſententiam inclinarunt ceteri Magnifici Judices
mei college: et a Magnificis Regentibus cancellariam vt iu-
ri conſonam non improbatam. Et tandem ita decretum et exe-
cutum fuit et gratia Illuſtriſſimi domini proregis fuit admiſ-
ſus ad moderationem pene predicte ⁊ ſoluit dictos quadringē
tos duntaxat reuerendiſſimo fiſco. Ego Thomas grama-
ticus iudex magne curie vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolita-
nus Juris Utriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ¶ Si contra inſtrumentum guarentigiatum ſtatutum non permittit opponi certas exceptiones hoc enim non habet locum quo ad tertium cum quo non eſt confectum inſtrumentum.

2 Uerba enuntiatiua licet inter contrahentes plene probent: hoc intelligitur quando agitur incidenter de eo quod enuntiatur ſed ſi principaliter illa non ſufficiunt.

3 Si in inſtrumento dico ꝙ conduxi fundum tuum a te et demum tu illum vendicas a me illud verbum tuum in inſtrumento locationis enuntiatiue adiectum non probat dominiuꝫ tuum.

4 Si in inſtrumento enuntiatiue narretur ſocietas contracta inter nos demum principaliter mouetur queſtio de ſocietate per illa verba non probatur contracta ſocietas.

5 Uerba enuntiatiua inducunt diſpoſitionem quando ſuꝑ eis fuiſſet interpoſitum iuramentum.

6 Confeſſio etiam iudicialis reuocatur et admittitur reuocatio dum conſtat de errore confeſſionis.

7 Confeſſio iudicialis ad hoc vt noceat et reuocari non poſſit requiritur ꝙ inſtante actore fuerit aſſignatus terminꝰ ad ita confitendum.

8 Confeſſio facta poſt terminum datum ad deliberandum non poteſt pretextu erroris reuocari.

9 Impugnans aliquid non poteſt de eo ſe iuuare.

10 Confeſſio ad hoc vt noceat confitenti nedum non debet impugnari per aliam partem ſed debet expreſſe acceptari.

12 Confeſſus dato ſibi termino ad deliberate confitenduꝫ adhuc poteſt confeſſionem ſuam reuocare.

13 Confeſſio erronea facta datis inducijs deliberatorijs ad reſpondendum libello poteſt vt erronea reuocari.

14 Confeſſio perſonalis poteſt per procuratorem reuocari.

## Uotum. XVI.

Conditoris machi-
ne mūdialis adiutorio repetito amē.
¶ In cā illu. Ducis Adrie cū Frāci.
Ferdinādo dum nobilis Antonius
brancacius fuiſſet carceratus tanquā
debitor inſtrumentarius ad inſtātiā
prefati Franciſci Ferdinandi virtu-
te inſtrumenti publici preſentati iu-
xta formam ritus: et pretenderet dux ipſe debitum predictū eſſe
ſuum: ideſt quod ille dux ad illud tenebatur et nō prefatus An
tonius licet inſtrumentum in faciē ipſius Antonij cātet. Et ex
conuentione inita cum predicto tempore quo de maxima ſum-
ma dux ipſe eidem ſatiſfecit fuiſſet conuentum quod ſi quid de
feciſſet vel quod eſſet debitor vnus ipſorum alteri deuenirēt al
conto longo: ⁊ ſic ceſſaret via executiua ⁊ dum per Franciſcum
ipſum inficiaretur eſſe debitū prefati ducis ſed prefatum Anto
nium nomine proprio ⁊ non pro dicto duce obligatum in eodē
inſtrumento ⁊ fundaret ſe dux ipſe ſuper quadam confeſſione
eiuſdem Franciſci facta in quinto reſponſorio conſilio in
quo conuento ipſo Franciſco per ipſum ducem eundeꝫ ducem
reconuenit in diuerſis ſummis virtute publicorum inſtrumen-
torum inter que produxit etiam inſtrumentuꝫ ſupradictum ſti
pulatum cum prefato Antonio ⁊ ſuper eo videtur quoqꝫ recō
ueniſſe eundem ducē dum aſſerit in ſupplicatiōe oblata ipſum
eſſe debitorem in ſummis et quātitatibus in inſtrumentis pro-
ductis contentis inter que inſtrumenta fuit productum inſtru
mentum predictum ⁊ dum inſtaretur ex hoc ſuper excarceratio
ne ipſius Antonij.
¶ Eſt principaliter videndum an poſſit dux ipſe audiri in pre
ſenti iudicio aduerſus inſtrumentum publicum contra predi-
ctum Antonium preſentatum ⁊ certe nulli dubium ꝙ ſic. ita in
ſpecie dixit Joan. de Imo. in clementina prima quarta colum-
na de re iudica. vbi voluit quod ſi contra inſtrumentum gua-
1 rentigiatum ſtatutum † non permittit opponi certas exceptio
nes: hoc enim non habebit locum quo ad tertium cum quō nō
eſt confectum inſtrumentum per id quod ſentit glo. in dicta cle
mētina prima verſiculo contra ſe: idem in proprijs terminis cō
ſuluit Alexander per multa ſimilia ⁊ optima media in conſilio
octuageſimotertio penultima columna in tertio volumine ve-
rumtamen conſiderandum quod in iudicio predicto intento
in ſuprascripto reſponſorio conſilio non principaliter age-
batur de debito predicti inſtrumenti ſed aliorum longe maio-
ris ſumme ⁊ importantie. Item agebatur ſeu excipiebatur per
viā recōuentionis ⁊ nō principalis petitionis ⁊ ſic talis confeſ-
ſio eiuſdem Franciſci non principaliter probata fuit ſed incidē
2 ter vnde † ſuccedit ad propoſitum quod verba enuntiatiua in-
ter contrahentes plene probent limitatur quando agitur inci-
denter de eo qđ enuntiatur: puta ſi in inſtrumento ſit mentio
enūtiatiue matrimonij probant matrimoniū incidēter proba
ri requiſitum ad dotem conſtituēdam: ſed ſi principaliter reuo
cetur in dubium ipſum matrimonium ⁊ de eo litigetur ⁊ idem
in aliquo actu enuntiato per verba enuntiatiua tunc illa non
ſufficiunt etiam inter ipſos contrahentes: ita dixit Antonius
de butrio: in capitulo illud. de preſumptio. per. not. eiuſdem
Antonij in capitulo finali antepenultima columna de ſuc-
ceſſionibus ab inteſtato: et Baldi in lege ad probationem
C. locati. vbi dicit quod ſi dicitur in inſtrumento quod ego
conduxi fundum tuum a te et demum tu illum vendicas a me
illud verbum tuum in inſtrumento locationis enuntiati-
ue adiectum non probat dominium tuum: et ideo concludit
Alexander in conſilio centeſimotrigeſimoſecundo in quinto
volumine quod ſi in compromiſſo narro enuntiatiue ſocietatē
contractam inter te et me: deinde principaliter mouetur que-
ſtio inter nos de ſocietate per illa verba non probatur cōtracta
ſocietas ⁊ ideo de predictis verbis enūciatiuis tenet Matheſi.
in ſuo nota. ſeptuageſimonono quod quotieſcūqꝫ ſequitur do-
minus Alexander in conſilio centeſimovigeſimoſexto incipien
te viſo ⁊ examinato ſecunda columna finali in primo volumi-
ne et conſilio ducenteſimoſecundo ſuper cauſa ⁊ lite ſecunda co
lumna ſecundo volumi. Abb. in conſilio trigeſimotertio inci-
piente illa quinqꝫ dubia columna penultima ſecundo volumi-
ne ⁊ plene Philippus decius conſilio tricēteſimovndecimo in
cipiente viſis diligenter in ſecundo volumine.
¶ Et quod dictum eſt de verbis enūciatiuis limitatur nō pro-
5 cedere quando ſuper eis eſſet interpoſitum iuramentum: quia
tunc talia verba inducerent diſpoſitionem abſqꝫ dubio ſi iura-
retur omnia et ſingula in inſtrumento contenta eſſe vera ita cō
ſuluit Alexand. in conſilio decimoſeptimo in tertio volumine.
At in caſu noſtro nedum non iurauit Franciſcus ipſe: ſed etiaꝫ
reuocauit confeſſionem in eo quod dixit in iudicio quinti con-
ſilij dictum debitum conſequi debere ab Illuſtriſſ. duce et ſic
probando rem aliter ſe habere prout oſtendit ex tenore inſtru-
menti predicti in quo iudex ipſe nullibi mentionatur admittē-
dus eſt ad reuocationem huiuſmodi confeſſionis tanquam er-
6 ronee † text. eſt iuncta gloſſ. et ibi docto. in. l. de etate. §. finali. ff.
de interrog. actio. Bartolus in. l. non fatetur. ff. de confeſſ. ⁊ te-
net Socinus in regula ſexageſimanona qui plus ſubdit quod
7 ad hoc vt talis confeſſio † noceat requiritur quod inſtāte acto-
re fuerit aſſignatus terminus ad ita confitendum quia tunc ta
lis confeſſio reuocari non poterit: ita dixit ſingulariter Ange-
lus de aret. in. §. ſi minus inſtitu. de actio. ⁊ idem ante eum vo-
luit Baldus in. l. error. de iuris et facti ignorantia. quem Soci
nus non vidit ⁊ ideo in terminis dixit gloſſ. in capitulo ex lite-
8 ris. in verbo admonita. de diuortijs quam pro ſingula. allegat
Baldus in. l. cum precum. de liber. cauſa in fi. ⁊ in. l. vnica. C. de
confeſ. in decima columna quod confeſſio facta poſt terminum
datum ad

UVA. BHSC. IyR_279_2

datum ad deliberandum non poteſt pretextu erroris reuocari. Et preſertim procedit reuocatio predicta cum inſtrumentum predictum licet tunc preſentatum in ſupraſcripto reuerendiſſimo conſilio per ipſum Ferdinandum contra ducem in eo minime mentionatum: non fuerit acceptatum per ipſum ducem: et
9 ideo ex eo quod dixit ipſe non acceptauit † imo impugnauit non videtur in preſentiarum ſe iuuare poſſe per regulã ex eo. de regulis iuris in ſexto. ⁊ ita voluit proprie in contractibus dominus Alexan. de imo. in. l. cum proponas la ſecunda. C. de pac.
10 cum vulga. Et ideo ex iuris diſpoſitione ad hoc vt cõfeſſio noceat confitenti nedum non debet impugnari per aliam partem ſed debet expreſſe acceptari: ita dixit Cyn. ⁊ Salicetus in. l. vnica ſexta queſtione. C. de confeſ. ⁊ idem Salic. in. l. generaliter. C. de non numerata pecunia vbi refert ſe ita conſuluiſſe dominus Richard. de Sali. mouetur maxime nam confeſſio idem eſt ꝙ ſimal faſſio. Nam deriuatur a faris vel fare fatur ⁊ iuncta cum iſta dictione con importat ſimultatem conſenſus vt habetur in l. conſenſu. ff. de actio. et obligatio. et idem tenet ipſemet Saly. in. l. iubemus. C. de liber. cauſa. ⁊ videtur idem tenere Bal. ſi recte conſiderentur eius verba in. l. iij. verſicu. ſecundo nota. C. de repudia. heredi. et ſequitur dominus Alexand. in conſilio. xx. incipiente in cauſa appellationis in quarto volumi. ⁊ ideo ſuc
11 cedit cautela vt dicatur quod confeſſio emanauit † preſente Titio ⁊ acceptante quia ſi teſtes deponerent ſempronium confeſſum preſente Titio et non dicerent ⁊ acceptante non probarẽt quod Titius intellexerit voluit Bartolus in. l. j. §. fi. ff. de autori. tuto. Baldus ⁊ Salicetus in. l. teſtium. C. de teſti. Bald. Angel. et Jmol. in. l. heredes palam in princip. ff. de teſtamen. imo plus ſupra relatis non obſtantibus dicendum eſt quod etiam
12 ſi eſſet aſſignatus terminus ad deliberate † cõfitẽdum ſeu reſpõdendum alicui ⁊ ille confitetur ſeu refert adhuc poteſt reuocare confeſſionem voluit Joannes andreas in c. fina. in nouel. extra de iureiur. in ſexto Bald. in. l. errori penultima col. de iur. ⁊ fact. ignoran. Anto. de Butr. in. c. fi. extra de confeſ. Baldus in l. iuſiurandum ad pecunias. ff. de iureiurã. ⁊ recte confirmatur nam dantur conuento inducie deliberatorie vt libello reſpondeat per autenti. offeratur. C. de litis conteſt. tamen ſi reſponſio
13 fuerit † erronea poterit conuentus ipſe eandem reuocare vt habetur in dicta. l. error. ⁊ ita in practica ſeruaretur hec opin. Jo. andr. ⁊ ſequacium. ita refert ⁊ ſequitur Jaco. de ſancto Georg. in. l. vnica quam ipſe legit. C. de erro. calcu. in ſecunda colum. ⁊ cum ex facie dicti inſtrumenti appareat manifeſtus error iũctis aliis inſtrumẽtis productis in quibus dux ipſe obligatur vna cum prefato Antonio Brancatio ⁊ aliis ⁊ in inſtrumento predicto Antonius ⁊ alii obligantur ⁊ non dux nec in aliquo dux ipſe mentionatur: ſequitur de neceſſitate reuocabilẽ eſſe confeſſionem velut erroneam cum virtute inſtri p̃dicti preſentati cõtra Antonium predictum in nihilum poterat agi contra ipſuʒ ducem non nominatũ nec expreſſe nec tacite in ipſo inſtrumẽto preſentato cõtra Antonium.

¶ Nec militaret obiicere quod Franciſcus Ferdinandus ipſe principalis produxit inſtrumentum predictum tanquam de facto ſuo informatus ⁊ ille qui in preſentiarum errorem allegat ⁊ reuocat confeſſionem eſt eius procurator. Nam de iure procura
14 tor poteſt reuocare confeſſionem † ſui principalis domini per tex. in. l. ſi hominem. ff. manda. ita dixit Baldus in. l. error in vlti. verbis. C. de iur. ⁊ fact. ignoran. Ex quibus omnibus et eorũ ſingulis ſum voti quod firma remanente detẽtione ipſius Antonii brancacii virtute predicti inſtrumenti preſentati contra ipſum Antonium procedatur in cauſa ad inſtantiam ipſius Jlluſtr. ducis ad actus incumbentes et ita ſequuti ſunt ceteri Magnifici iudices ipſius magne Curie mei conſocii. Ego Thomas Gramaticus Judex magne curie vicarie.

¶ Thomas Gramaticus Neapolitanus Vtriuſqꝫ Juris Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Pena ſtupri eſt in honeſta perſona publicatio dimidie partis bonorum in humili vero ſeu vili perſona eſt pena coertionis corporis et relegationis.
2 Vxores duas ducẽs eodem tempore viuentes non debet decapitari ſed pena ſtupri ſupra dicta puniri ſubdit in hoc eſſe aduertendum quia multi iudices errant.
3 Stuprans virginem ſeu viduam honeſte viuentem non debet pena capitali puniri.
4 Confeſſus pluries commiſiſſe adulterium cum Berta vxore Titii non tamen ex pluralitate reiterationis cum eadem Berta multiplicatur pena.
5 Furta plura licet minima cõmittens punitur pena mortis.
Stupra plura cõmittens debet puniri pena mortis iſta eſt noua opinio autoris.
6 Honor prefertur commodo pecuniario.
7 Pena augetur ex reiteratione delicti.
8 Geminans delictũ non debet ſperare de venia vbi delictũ reiteratum plus punitur.
10 Princeps ſi ſemel delinquenti indulſit facinoroſo autem habenti in conſuetudine minime parcere debet.
11 Princeps ſi reiteranti homicidium indulſit non facta mentione alteruis prioris homicidii per prius commiſſi nõ valebit indultum.
12 Delictum pluries reiteratum etiam ſi pluries fuit punitum ſimiliter pluries aggrauat idem peccatum vltimo loco commiſſum.
13 Conſuetudo delinquendi operatur vt quis poſſit ad mortem puniri licet alias non puniretur pro illo delicto.
14 Pena pecuniaria ſi venit imponenda pro crimine tamen ſi ſit inquiſitio contra hominem tanq̃ talia facere conſuetum et de hoc fuerit conuictus poteſt tamẽ capitaliter puniri propter cõſuetudinem delinquendi. ⁊ nume. 15.
16 Adulterium maius peccatum eſt ꝙ ſtuprum.
17 Pena corporalis quantumcunqꝫ minima eſt maior qualibet pecuniaria.
Perſona eſt dignior rebus.
18 Sicut pro pluribus furtis habet locum pena mortis: ita ego infero nouiter eſſe debere pro pluribus ſtupris.
Jniuria qualibet perſonalis eſt grauior qualibet reali.
19 Qui poteſt id quod plus poterit etiam facere quod minus.
20 Publica vtilitas vbi verſatur non attenditur intereſſe priuati.
21 Conſuetus delinquere dicitur quis per binum actum.
22 Deliquiſſe quis dicitur ſepius ſi per tres vices deliquit.
23 Sepiſſime dicitur id ter agi ſatis eſt.
24 Sepe duas aut tres vices requirit.

## Votum. XVII.

Summi opificis preſidio repetito. Amen. ¶ Jn cauſa Regii fiſci cum Antonio de lo roſſetto inquiſito de ſtupris cum quinqꝫ mulieres honeſtas in vxores duxerit ⁊ omnes ſuperuiuentes. Heſitatum dum fuiſſet in magna Curia qua pena veniret plectendus dicebam prima conſideratione quod pena ſtupri: que in honeſta perſona eſt publicatio dimidie partis
1 bonorum † in humiliore autem prout in caſu de quo agitur in quo dari apparet vilitas perſone eſſet pena coertionis corporis, ⁊ relegatiõis vt in. §. item eadem. l. iulia ⁊ inſtituta de publicis iudiciis et idem in ſpecie tenet Angelus in tractatu maleficio. in verſiculo che me hai adulterata la mia donna: et ibidem Gandi. et Auguſti. in octaua columna. Angelus in verſiculo aduertas quia vidi et ſubdit ibi Angelus quod cum ſemel caſus ſibi contingeret noluit illum qui duas duxerat vxores de
2 capitari; ſed alia pena afflixit vcꝫ pena ſtupri et † idẽ etiam tenet Salycetus in. l. eum qui duas. C. ad. l. Juliaʒ de adulte. et plus dicit eſſe aduertendum quia ipſe vidit multos iudices errare in intellectu dicte. l. eum qui duas. Nam puniunt capitaliter eum qui actualiter habet duas vxores quia ipſe Angelus non credit hoc de iure procedere quia dicta. l. eum qui duas dicit quod commiſit ſtuprum que non eſt pena capitis in caſu de quo agitur vt dicto. §. item lege Julia. Jnſtituta de publi. iudi. et quod non imponatur pena capitalis ſtuprãti virginem vel viduam honeſte viuentem; tenet Matheſi. in nota. ſuis nota. cẽteſimo. et hoc dicit ipſe niſi ſit vilis et infamis de iure vel de facto quia tunc relegabitur vel fuſtigabitur. idem ſequitur Auguſtin⁹ Arimi. in aditioni. ad Angeluʒ in verbo preterito che me hai adulterata la mia donna columna decimatertia verſiculo tu autem in hac materia de multiplici modo peccandi ⁊c.

¶ Nec videtur poſſe obſtari eidem inquiſito reiteratio eiuſmodi delicti per id quod dicit Bartolus in. l. vulgaris. ff. de furt. et in ſuo conſilio incipiente antonius commiſit adulteriuʒ. vbi
4 dixit † quod ſi reus confeſſus eſt pluries commiſiſſe adulterium cum Berta vxore Titii nõ ex pluralitate reiterationis cum ea



UVA. BHSC. IyR_279_2

dẽ Berta veniat pena multiplicanda ſʒ vnica pena pro omni
bus vicibus imponenda venit. ⁊ idem no. Barto. per gloſſ. ibi
in. l. nunquam plura. C. de priua. delict. ⁊ conſuluerunt Jo. cal
deri. ⁊ Jo. de ligna. in conſilijs. vno incipiente inquiſitiõis hu
ius thematis ⁊ alio incipiente an multiplicãda pena. Sed pre
miſſis non obſtantibus dico contrariũ eſſe de iure verius in ca
ſu premiſſo ⁊ põdero principaliter quod ſi ꝓ pluribꝰ minimis
5 furtis damus ex iuris diſpoſitiõe † penam mortis vt dixit Bal.
in. c. de appellationibus. extra de appella. ⁊ And. de iſer. in cõ
ſti. regni in cõſtitutione incipiente ſuper inciſionibus arborũ
ſub Rubrica de malefic. clandeſti. circa fi. ⁊ Feli. in. c. ſignificaſti
el primo de homicid. Multo quidem magis puniendus venit
qui pluries reiterando quamplura ſtupra commiſit et tot
virginum ac matronarum decus violauit doloſeqʒ fedauit.
Et ſic ſi ꝓ pluribus furtis in quo de pecuniario dũtaxat com
modo agitur quis pena mortis affligitur: multomagis dicen
dum eſt: vbi de honore tractatur quia honor cõmodo pecunia
6 rio † preferendus eſt. l. iulianus. §. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽ.
l. reprehendenda. C. de inſtitutio. ⁊ ſubſtitutio. ⁊ voluit Cardi.
in clemẽ. ij. in prin. de pen.

¶ Item cõmiſit hic malus homo quatuor ſtupra poſt primũ
matrimoniũ contractum vt liquet ex actis ⁊ ex eius confeſſione
iam verificata per teſtes ⁊ ſic licet pena ſtupri eſſet ei imponẽda
pro qualibet muliere ſtuprata ex predictis quatuor. Attamẽ ex
7 reiteratione † ipſius delicti debet pena reiterari ⁊ augeri tex. eſt
in. l. qcunqʒ. C. de ſeruis fugi. ⁊ facit tex. in. l. iij. C. de epiſco. au
8 dien. vbi dicit Bald. ꝙ geminans delictum non debet ſperare
de venia. ⁊ idem voluit Spe. in tit. de contu. §. quarto verſi. ſed
pone iudex et ideo dixit in ſpecie glo. in preallegata. l. quicũqʒ.
9 ꝙ ex reiteratione delicti augetur † pena ⁊ idem voluit Inno. in
c. nouit. extra de iudic. ⁊ Bal. in marga. in verſi. crimen. Et qđ
delictum iteratum plus puniatur eſt tex. in. c. ita nos. xxv. q. ij.
et in. c. peruenit. xxvij. q. j. cum vulga. Et qđ reiterator criminis
longe maiori pena teneatur tenet Sali. in. l. ſeruos. C. ad. l. iul.
de vi publi. hinc eſt qđ princeps ſi ſemel delinquenti indulget
10 facinoroſo autẽ habenti † in conſuetudine minime parcere de
bet per tex. in. d. l. iij. ita dixit And. de iſer. in tit. que ſunt regal.
verſic. ⁊ bona committentium prima colũ. ⁊ ideo dixit pulchre
Bald. poſt Guliel. de cun. in. l. nemo in verſi. not. ibi. C. de epiſ.
11 audien. quod ſi princeps reiteranti homicidium indulſit nõ fa
cta mentione reiterationis ⁊ ſic de priori homicidio nõ valebit
ſibi indultum ex quo primum aggrauat ſecundum delictum. ⁊
ideo ſi inquiſitus Padue de delictis que commiſerat alibi alia
delicta illa faciẽt aggrauare penam delicti commiſſi Padue vt
acrius puniatur quia ſuſpendetur per tex. in predicta. l. iij. ⁊ in
l. ſeruos. C. ad. l. iul. de vi publi. et voluit Abb. in. c. primo. per
12 glo. ibi de clerico percuſſo. † ꝙ delictum pluries reiteratũ etiã
ſi fuerit punitum ſimiliter pluries aggrauat: tamẽ idem pctm̄
vltimo cõmiſſum licet alˀs pro primo furto debeat ſuſpẽdi. idẽ
tenet Bald. in aut. ſed nouo iure verſi. ſi dubitatur. C. de ſeruis
fugi. Pet. de anchara. in. c. fina. de foro competen. ⁊ ibi late per
And. Barba. in. xix. col. ibi. ⁊ inquantum Petr. de ancha. ⁊ fa
cit ꝙ voluit Abbas in. c. veritatis ſecundo no. extra de dolo et
contuma. Sed quid opus eſt verbis ⁊ ire per mendicata ſuf
13 fragia cum ob cõſuetudinem delinquendi † quis puniri poſſit
ad mortem vt dicit Barto. in. l. j. C. de ſuperexacto. libro. x. vbi
plus in ſpecie dixit Ange. per tex. ibi qui optime id probat in
14 verſic. perſeueret quod † preſuppoſito etiam quod de crimine
aliquo pena pecuniaria veniat imponenda tamen ſi ſit inquiſi
tio contra hominem tanquam talia facere conſuetum ⁊ de hoc
fuerit conuictus. attamen capitaliter puniri poteſt ⁊ ideo aſſeſ
ſores dum volunt aliquem decapitari facere quia multa crimi
na cõmiſit ⁊ pluribus vicibus: ex quibus criminibus venit pe
na pecuniaria imponenda inquirunt contra eum tanquam ta
lia crimina committere ⁊ in eis perſeurare: ⁊ ſic ipſũ conuictũ
ſecure poſſunt ad mortem damnare non obſtãte ꝙ talia crimi
na de ſui natura non ſint capitalia quod tenendum eſt mẽti di
cit Ang. quia etiam pro hoc habes tex. in. l. omnes. §. delatores.
15 C. de collatio. eo. lib. vbi quis propter conſuetudinem punitur
pena mortis et ibi patet leges delicta alias capitaliter non
punientes nõ extẽdi ad caſum ex quo illa ſunt reiterata pluries
quia delictum illud ꝙ alˀs capitale non erat ex reiteratione effi
citur capitale quod eſt no. ſm̄ Roma. in. l. ſi vero. §. de viro. xiij.
caſu. ff. ſolu. matrimo. idem tenet Barto. in. l. licitatio. §. quod
illicite circa princip. ff. de publica. Idem tenet et ſequitur do.
Anto. corſe. ſiculus inſignis doctor in tracta. de poteſta. ac excel
lentia Regia in titulo ſeu tracta. de verbis Geminia. vij. col. in
verbo. iij. ⁊ probatur in. l. j. C. de ſuperexacto. vbi idẽ tenet Luc.
de pen. ⁊ idem etiam voluit Joan. de plate. in. l. omnes iudices
C. de delato. libro. x. idem tenet ⁊ ſequitur Par. de pute. in trac.

ſindica. licet de preallegatis nullam mentionem faciat in verſi.
pena in. c. multa poſſunt occurrere in verſi. iudex põt crimino
ſum propter conſuetudinem ⁊ ſubdit per tex. in. l. omnes. C. de
delato. quod ſi iudex eo caſu capitaliter puniret ob conſuetudi
nem non tenebitur in ſindicatu. Nec obſtat quod ſupra dedu
ctum eſt quod ſi pluries quis commiſerit adulterium ex huiuſ
modi reiteratione non patietur niſi vnam penam ⁊ vnum erit
delictum vt per glo. ſingu. ⁊ ibi per Bar. in. l. vulgaris que glo.
incipit imo videtur. ff. de fur. Naʒ illud procedit quia pro adul
terio imponitur pena mortis per tex. in. l. quãuis. ff. de adulte
rijs. ⁊ ſic iſta pena non poteſt reiterari cum vnica ſit mors ⁊ nõ
16 plures: et † adulteriũ maius peccatum eſt q̃ ſtuprum et grauiꝰ
vt dicit Joan. de turre crema. in. c. adulterij. ij. q. vij. et eſt crimẽ
publicum.

¶ Vltimo conſiderandum eſt nam ſicut pena corporalis quã
17 tumcunqʒ † minima eſt maior qualibet pecuniaria per. l. in ſer
uorum. ff. de pen. cum vulga. Ita ⁊ iniuria perſonalis exiſtimã
18 da eſt pluſq̃ quelibet res pecuniaria ſeu cõmodum pecuniariũ
Ita Alex. de Imo. in cõſilio. lxxvj. penultima columna primo
vol. pro cuius dicto Alex. adduco ꝙ perſona eſt dignior rebus
l. in pecudum. ff. de vſur. ⁊ in. §. in pecudum. inſtitu. de rerum
diuiſio. et ideo quelibet iniuria perſonalis eſt grauior quauis
alia reali per. l. in ſeruorum. ff. de pen. ita dixit Barto. in. l. non
ſolum. §. ſi mãdato. ij. col. ff. de iniur. ſed ſic eſt ꝙ pro minimis
furtis pluribus habet locum pena mortis. ita ⁊ a maiori dicen
dum eſt quod pro pluribus ſtupris ex quibus tam maxima in
iuria afficitur ſtuprata habeat locum pena capitalis. Nã ſi con
ceditur iudici vt pro minimis furtis penam mortis inferre poſ
ſit ꝙ minus eſt; ita intelligitur conceſſiſſe quod pro multis ſtu
19 pris ꝙ maius eſt † idem facere poſſit. Nam qui poteſt quod eſt
plus poterit etiaʒ id quod eſt minus dixit Bar. in. l. ij. ff. de iu
riſditione omnium iudi. cum vulga. qđ maxime concedendũ
20 eſt cum punitio delictorum † fiat ad vtilitatem publicam ⁊ vbi
verſatur publica vtilitas non attẽdit intereſſe priuati. l. ſi quis
in graui. §. vtrum. ff. ad ſyllan. Et ꝙ per vnum actum dicatur
21 quis † conſuetus delinquere eſt gloſſ. in. c. ita nos. xxv. q. ij. ⁊ te
net Bald. in predicta. l. iij. C. de epiſco. audien. Et plus dico ꝙ
22 ſi † per tres vices qs deliquit ad minus dicetur ſepius cõmiſiſ
ſe delictum vt patet in. l. ſeruos. C. ad. l. iul. de vi publi. ita dicit
Luc. de pen. in. d. l. j. C. de ſuperexacto. vbi ſubdit videri quod
23 due vices ſufficiant. † Nam cum dicitur ſepiſſime id ter agi ſa
tis eſt. c. omnes decime. xvj. q. vltima. ⁊ no. in. c. ergo. ij. q. vij. gl.
24 vero in aut. de teſti. dicit qđ ſepe duas † aut tres vices requirit.
Idem no. Archi. in. c. quia ſepe de electio. in. vj. Ex quibus oĩ
bus ⁊ eorum ſingulis concludo prefatum Antonium humileʒ
ac obiectam perſonam eſſe vltimo ſupplicio condemnandum:
et huius voti nemine diſcrepante ex preallegatis meis iuribus
et rationibus fuit tota magna curia ⁊ ita executum fuit. Ego
Thomas Gramaticus iudex magne curie.

¶ Thomas Gramaticus Neapolita
nus Vtriuſqʒ Juris Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Quis dicitur eſſe in numero illorum de quorum numero in veritate non eſt propter facti ſimilitudinem.

2 Citatus non tenetur cõparere qñ certum eſt citatũ nõ eſſe de iuriſditione citãtis.

3 Subditus cui aliquid dubiũ precipitur a ſuperiore debet parere.

4 Clericus ſi citatur a laico iudice ⁊ neſcitur an ſit clericus ⁊ minime allegatur quia interim habebitur pro laico valet proceſſus.

5 Exceptio que reddit iudicem retro nullũ poteſt quandocũqʒ opponi.

6 Citatio a non ſuo iudice eſt nulla ſicut et ſententia.

7 Iudex laicus quod poteſt iuriſditionem exercere in clericum vel modo aliquo animaduertere iura omnia deteſtantur.

8 Comparere quis non cogitur ad citationem a iure improbatam.

9 Clericus litigãdo corã iudice laico nec tacite nec expreſſe poteſt in ipſo conſentire.

10 Clericus citatus a iudice laico ſi non comparuerit et fuerit effectus contumax ⁊ bannitus non valebit bannum nec contumacia.

11 Clericus ſi ſit condemnatus per ſententiam a iudice laico etiaʒ quod nõ appellaſſet poteſt dicere proceſſum et ſententiam nullam.

Clericus

UVA. BHSC. IyR_279_2

12 Clericus corã iudice ſeculari nõ eſt licita comparitio nec poſſi
bilis prorogatio.
Ritus magne curie ꝙ clericus citatus tenetur comparere in ea
cũ priuilegio clericatus nõ tñ dicit ꝙ ſi nõ comparet ſit contu-
max vel ꝙ poſſit cõtumax reputari et bãniri ibidem.
14 Clericis ſemper poteſt dicere de nullitate ſententie iudicis lai-
ci late contra ipſum et ipſam docte de clericatu annullare.
13 Clericus differendo corã iudice laico allegare priuilegium ſui
clericatus an debet condemnari in expenſis.
16 Clericus permittens ſe cõdemnari a iudice ſeculari et inſuper
committi executionem: ſi demum allegauit priuilegiũ clericale
cum eſſet clericus coniugatus debet condemnari in expenſis
in quibus fatigauit actorem retardando exceptionem clericat⁹
opponere.
17 Clericus pro talibus expenſis non poteſt in eis cõdemnari per
iudicem ſecularem.
18 Clericus nullo modo poteſt iudicari a iudice ſeculari nec prin
cipaliter nec incidenter.
19 Clericus dum citatur a iudice laico cautela eſt vt nõ opponat
de clericatu: ſed patiatur fieri proceſſus et in fine cauſe aut in
ſententia poterit dicere de nullitate et ſic de facili annullato p-
ceſſu poterit trahere actorem ad cõcordiã tñ dicitur ꝙ licet iſta
cautela ſit bona non tamen erit tuta in foro conſcientie.

## Votum.XVIII.

Redemptoris gentium ſuffragio poſtulato amen. ¶ In cauſa nobilis Joãnis Thomaſij de ſilueſtris de ciuitate Auerſe in ius vocati in magna curia vicarie ſuper recognitione ſcriptu. dictorum litigata dum cõtumax fuiſſet ac paſſus executionem ex primo decreto ſcripturã ipſam recognouit ⁊ dato termino ad ſoluenduz eodẽꝗ elapſo iterum fuit contra ipſum Joannẽ Thomaſiũ in bonis mobilibus executum de ſtilo in ſcripturis manus proprie: ⁊ inſuper proceſſum ad ſubbaſtationem bonorũ executorũ ⁊ dum fuiſſet vltimo loco cõparitũ per prefatũ Jo. Thomaſiũ ⁊ allegatũ ac verificatũ ſe eſſe clericũ ⁊ beneficiatũ ⁊ per ꝯñs per penã ſeu nulliter proceſſum cõtra ipſum heſitatũ igitur fuit in magna curia an tenuerit cõtumacia cõtra ipſum ⁊ ſucceſſiue acta inde ſecuta tanꝗ̃ ꝯtra clericũ tacito de clericatu. ſcdo an veniat retractanda executio predicta. tertio an teneatur clericus Jo. Thomaſius ipſe ad refectionez expẽſarũ factarũ per creditorẽ in actis ſupra mẽtionatis ob culpam ipſius Jo. Thomaſij tacentis ⁊ nõ opponentis ab initio de clericatu.

¶ Et circa primum videtur prima cõſideratione dicẽdũ hmõi
cõtumaciã tenuiſſe ac tenere aduerſus eundẽ nobilem Jo. tho-
maſiũ ex quo in habitu et tonſura clericali minime incedendo
ſed vt laicus cõiter ⁊ generaliter pro laico tenebaẗ ⁊ reputabaẗ
⁊ hoc ex quadã cõformitate que cõforma morib⁹ ⁊ actib⁹ laico-
rũ propter qd̃ laicus cẽſeri dꝫ. Nã propter facti ſimilitudinẽ qs
1 dr̃ eſſe in numero illorũ de quoꝝ numero in veritate nõ eſt. c. qd̃
aũt. xxxvij. q. j. ⁊ in. c. vlti. xxvij. diſt. ⁊ in. c. dignũ. extra de biga.
Cõdecens quidẽ eſt vt qui ſimilẽ cũ alijs vitã ſuſcipiũt ſimilem
ſentiãt in legibus diſciplinã. c. recolẽtes. extra de ſta. monacho.
⁊ ſic iſte Jo. Thomas reputatus laicus pro laico cẽſeri debet. ⁊
optime facit ꝙ dicẗ de illo q reputaẗ paterfami. cũ non ſit ⁊ de
alio q liber reputaẗ cũ ſeruus ſit vt in. l. ij. ff. de manumiſ. ⁊. iij. q.
2 viij. §. verũ: primũ qñ certũ eſt citatum non eſſe † de iuriſditiõe
iudicis citãtis citatus comparere non debet coram ipſo ſed vbi
eſſet dubiũ ſicut in. l. ſi qs ex aliena. ff. de iudi. ⁊ no. in. c. ſi eps. iij.
q. ij. et in. c. ſuper literis extra de reſcrip. gl. in. c. cõuenior. xxxiij.
q. viij. ⁊ no. hoſti. in ſumma de iud. §. que ſunt neceſſaria verſi.
quid aũt dixi. Jtẽ accedit qr rõne dubij debuit parere ſuperio-
ri citãti ⁊ cõparere ſicut enim in ſimili dicimus de ſubdito; cui
3 ſi quid dubiũ p̃cipitur a ſuperiore in dubio debet parere. xxiij.
q. j. c. quid culpa ⁊ not. Jnnoc. in. c. ad aures. extra de tẽpo. ord.
⁊ hinc ſucceſſit rit⁹ magne curie vicarie quo caueẗ clericũ citatũ
debere cõparere in eadẽ magna curia in habitu ⁊ tonſura cũ ti-
tulo clericatus ⁊ eadẽ magna curia de ſuo clericatu cognoſcit: ⁊
ideo dixit pulchre Cardi. in cle. j. §. j. ſcda oppo. de exceſ. prela. ꝙ
4 ſi citatur cleric⁹ ⁊ neſcitur an ſit clericus ⁊ minime allegatur: qr
interim habebiẗ pro laico ⁊ valet proceſſus ita Cardi. in clemẽ.
j. §. j. ij. oppo. de exceſ. prelato. alex. de imo. in. l. ij. ff. de app. reci. ⁊
ſi nõ cõparet mulctaẗ ⁊ patitur primũ decretũ vt tedio affectus
cõpareat ad allegãdũ priuilegiũ ſuũ: ſed q nõ dr̃ latitare nõ pa-
titur ſcdm decretũ ſm Bar. in. l. non videtur. ff. de iud. Alex. in
l. ij. ff. ſi qs in ius voca. nõ ier. ⁊ in. l. ij. de appel. recip. Jo. and. in
regula ſciẽti in mercuriali in. vj. Pet. de anc. in cle. j. de exceſ. pla.
¶ Sed premiſſis nõ obſtãtibus alr̃ mihi videtur de iure dicen-
5 dum ex infraſcriptis: ⁊ primo certuz eſt † ꝙ exceptio que reddit
iudicium retro nullũ põt qñcunꝗ opponi etiã poſt ſententiam
6 vt cõiter tenent doct. in. c. in noſtra extra de procur. † itẽ citatio a
non ſuo iudice eſt nulla ſicut ⁊ ſentẽtia arg. c. paſtoralis. §. item
cum totum extra de offi. deleg. ſi ergo nulla quonã modo pote-
rit conualeſcere ex eo ꝙ non venit: nam quod ab initio nullum
eſt tractu tẽporis conualeſcere non poteſt. l. qd̃ ab initio. ff. de re
7 gu. iur. maxime cum iura oĩa deteſtẽtur † ꝙ laicus iuriſditionẽ
exerceat vel modo aliquo animaduertat in clericuz. c. nullus iu
dicum. xj. q. j. c. ſi diligenti extra de foro compet. ergo bene eius
8 citatio reprobatur a iure: ſed ad citationem a iure improbataz
non tenetur quis venire etiam vt alleget priuilegium ſuum: vt
not. in. c. bone memorie Ecremonẽſis in ſi. extra de electio. Con
currente preſertim cum clericus litigãdo coram iudice laico nec
9 tacite † nec expreſſe poſſet in ipſum conſentire vt legitur ⁊ not.
in. c. ſi diligenti predicto: ⁊ ita in ſpecie dicit Spec. in tit. de cita-
tio. §. j. verſi. ſed pone ⁊ ibi ſubdit quod etiam ſi non cõparuerit
10 citatus a iudice laico ⁊ fuerit contumax ſeu bannitus non vale
bit bannum: ita etiam tenet ⁊ ſequitur Bal. in. l. generaliter. ſe
cunda col. C. de epiſco. ⁊ cleri. vbi ex multis rationibus ⁊ iurib⁹
ita concludit et etiam hoc extendendo in fortioribus terminis
11 vꝫ ꝙ etiã ſi eſſet proceſſum ꝯ clericũ per iudicẽ laycũ diffiniti-
ue ipm condẽnando et a ſnĩa illa nõ ſit p ipm clericũ appellatũ
ꝙ nihilominus ſi demũ cõparet cleric⁹ cũ inſtrumẽto clericat⁹
dicendo de nullitate pceſſus ⁊ ſnĩe ꝙ oĩno eſt audiẽdus et pceſ
ſus ⁊ ſnĩa erit nulla ex quo veritas eſt ꝙ talis allegatio pcedit
et reddit iudiciũ retro nullũ ex defectu iuriſdictionis ita dicit
formaliter Bal. in. d. l. gñalr̃ et in. l. j. C. ſi a non cõpetẽ. iudi. qr
defectus iuriſdictionis qñ deficit ipſo iure iuriſdictio ſemp op
poni põt etiã ſi ſtatutũ vel ꝯſtitutio dictaret gñaliter ꝙ nõ poſ
ſet opponi de nullitate ſnĩe vt no. in. c. j. de ſeq̃ſtra. poſ. et fruc.
12 in cle. vbi eſt glo. ſing. cõcurrente preſertim † quia clericis coraz
iudice ſeculari nõ eſt licita cõparitio nec poſſibilis prorogatio:
vt in. c. ſi diligenti extra de foro compe. Ad iura ſupra in ꝯrium
adducta patet reſponſio ex premiſſis cum non vendicent ſibi
locum in clericis ſeu contra clericos in quibus non cadit proro
gatio iuriſditionis ex premiſſis nec vllo modo etiam volen-
tes poſſunt conſentire in iudicem ſecularem per ſupra alle-
gata: nec militat ritus magne curie ſupra allegatus quia lꝫ ille
dicat quod tenetur clericus cõparere ⁊ qd̃ curia ipſa cognoſcit
de ſuo clericatu: attamẽ non vltra procedit videlicet quod ſi nõ
13 comparet poteſt clericus ipſe condemnari † ſiue cõtumax repu-
tari ſeu banniri ⁊ quod bannum ſeu contumacia teneat aut ſen
tentia aliqua lata contra clericum per iudicem ſecularem: vnde
remanet illeſa diſpoſitio iuris cõmunis qua cauetur per preal-
legata quod ſententia ſeu bannum latum ſeu lata contra cleri-
cum tanꝗ̃ laicum ipſum non afficiat ⁊ quod poſſit ſemper dice
re de nullitate docẽdo de clericatu ⁊ ipſam annullare ita in ſpe-
14 cie † vltra Bal. in preallegato. l. generaliter. conſuluit Barto. in
ſuo conſilio. lxij. incipiente clericus non ſub nomine ⁊ idem in
terminis in ſpecie conſuluit Philip. Decius licet de Bar. men
tionem non faciat in cõſilio. ccxlj. in. ij. volumi. incipien. ſcripſi
alias breuiter ⁊ idem in proprijs terminis diſputauit ⁊ tenuit
dominus Egidius de Mandalbertis in quadam ſua diſpu-
tatione incipiẽte queſtio talis eſt iudex ſecularis que eſt admi-
xta cum quibuſdam diſputationib⁹ domini Pauli de Leaza.
ex quib⁹ ſatis aperte liquet de nullitate ipſius proceſſus ⁊ acto
rum tanꝗ̃ cõtra clericum reputatum laicum ⁊ ſucceſſiue execu-
tionis facte: ⁊ idem tenet plene Feli. licet de predictis non memi
nerit in capitulo cum ordinem. in antepenulti. columna extra
de reſcriptis.
¶ Reſtat nunc tertium ⁊ vltimum dubium an teneatur predi-
ctus clericus Joan. Thomaſius ad refectionem expenſarum
quouſꝗ ſe clericum docuit: ⁊ prima facie dicendum videtur qd̃
15 differendo allegationem ſui clericatus pront † diſtulit ⁊ iudicis
incompetentiam debet condemnari in expenſis arg. text. no. in
capi. exceptionem. extra de except. vbi reus qui a principio no-
luit actori exceptionem excommunicationis opponere vexare-
tur litibus ⁊ expẽ. ſi poſtea opponit cogetur actori expenſas re
ficere: ⁊ Bald. in. d. l. generaliter. voluit idem eſſe in eo qui vſꝗ
ad finem litis differt producere inſtrumenta vt cogatur expen-
ſas ſoluere ita in proprijs terminis tenet Egidius Bellamera
in deciſio. cxxxvj. incipiente in cauſa mea vbi in ſpecie dicit qd̃
16 clericus qui permiſit ſe cõdemnari † a iudice ſeculari ⁊ commit-
ti executionem poſtea allegauit priuilegium clericale cum eſſet
clericus coniugatus debet condemnari in expenſis in quibus
expenſis fatigauit actorem retartando predictam exceptionem
clericatus idem tenet Feliñ. qui hoc ſequitur in dicto capitulo



UVA. BHSC. IyR_279_2

exceptionem circa principium extra de excep. verum dicenduȝ
eſt ꝙ iudex ſecularis non poterit in huiuſmodi cõdẽnationeȝ
ſe intromittere cum nullam habeat poteſtatẽ de talibus expen
ſis clericuȝ condẽnare: qꝛ nec etiã de ijs que incidenter veniunt
contra perſonam clerici habet poteſtatem tex. eſt in capitulo ſi
iudex laycus de ſen. excõmu. in. vj. et qꝛ tali caſu agitur de cõdẽ
natione perſone clerici et ſic de re eccleſiaſtica et ſpirituali vt
ibi dicitur. et ideo dicit domi. ꝙ iudex ſecularis non eſt iudex
incidenter per viã exceptionis vt not. Abb. poſt glo. in capitu
lo etiam de ordi. cogniti. et in capitulo lator qui filij ſint legiti. ⁊
idem Abb. in capitulo ſi diligenti columna penultima de foro
18 cõpe. vbi concludit ꝙ ſecularis iudex nullo modo poſſet eſſe iu
dex contra clericum nec principaliter nec incidẽter: et ita in pro
prijs terminis reperio fuiſſe cõſultum per inſignẽ doctorẽ phi-
lip. deci. in cõſi. cclxl. incipiẽte diligenter pro tenui facultate vbi
ẽt recitat pulchram diſtinctionẽ et rationabilem non procede-
re predictam condemnationem expenſarum quando ſtatim fa-
cta fide de clericatu ipſe actor non deſtitiſſet a lite ex quibꝰ om-
nibus et eorum ſingulis concludo proceſſum et acta geſta p ma
gnam curiam vicarie aduerſus predictum clericum Joã. Tho
maſium eſſe nullum et nulla: et inde datur pulchra cautela ſe-
cundum Bal. et Paul. de caſt. in. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi.
omnium iudicum ꝙ quando eris aduocatus rei quem actor
facit conueniri coram iudice incompetenti credens ꝙ eſſet iu-
19 dex competens rei. † Nam cum compares pro reo non debes
opponere exceptionem iudicis incompetentis prout faciunt
procuratores non cauti: quia hoc modo inſtrueres actorem vt
cõueniat te coram iudice competenti: vnde nihil opponas ſup
incompetentia iudicis: ſed patiaris ꝙ fiat proceſſus: ⁊ ſic quan
docunqꝫ opponere poteris ꝙ proceſſusꝰ eſt nullus ex hoc text.
in verſi. nihil valebit ꝙ actũ eſt nec hic cadit prorogatio cum re
quiratur conſenſus vtriuſqꝫ: vnde error ex parte actoris impe-
dit prorogationem ſecundum glo. in. d. l. ſi per errorem. et ſic cõ
cludunt ꝙ hoc modo poteris trahere actorem ad concordiam
dicunt tamen ꝙ licet iſta cautela ſit honorabilis tamen in foro
penitentie eſt abſtinendum ita dixit Cy. in. l. vnica. C. vt que de-
ſunt aduoca. refert et ſequitur Jaſon. in. d. l. ſi per errorem. et ex
predictis concluditur executionem factam contra predictum
clericum Joannẽ Thomaſium eſſe retractandam et ſibi reſti-
tuendam: et ſuper refectione expenſarum predictarũ eſſe adeun
dum iudicem eccleſiaſticum qui prouidere habet ſuper refectio
ne ipſarum quas actor fecit vſqꝫ quo de clericatu oppoſuit et
ita de communi conſenſu Magnifici iudices predicto meo vo
to adherendo diffinitiue vna mecum iudicarunt Ego Tho
mas Gramaticus iudex magne curie.

¶ Thomas Gramaticus Neapolita-
nus Utriuſqꝫ Juris Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Tumultũ popularem facientes puniuntur pena capitali
niſi tumultum accidentaliter eueniſſet ob aliquod factum vt
ex ciuili diſſenſione et ſimilibus. nu. 2.
3 Ordinatio ſola ſeu tractatus etiam in atrocioribus non puni-
tur niſi fuerit inſuper proceſſum ad aliquem actum de per ſe or
dinatum ad ipſum factum.
4 Legibus punientibus cònatum eſt hodie derogatum p cõtra-
riam conſuetudinem.
5 Pena incendiarijs impoſita ad hoc vt habeat locũ requiritur
ꝙ nedum domus cõbuſta ſit verumetiam ꝙ ibidem homo ex
dicto incendio interierit.
6 Contra ingreſſum domum alterius per vim non competit ac-
cuſatio criminalis ſed datur actio iniuriarum.
7 Attentare non eſt verum facere: ſed ius illud habetur pro facto
ex quadam fictione.
8 Uiolentia aliud eſt et aliud eſt actus violentie.
9 Pro violentia expulſiua non reperitur prodita accuſatio cri-
minalis ſed iniuriarum vel ſimilis.
11 Pena legis iulie de vi publica eſt deportationis et loco depor-
tationis ſuccedit hodie bannimentum.
12 Banniti noſtri temporis equiparantur deportatis.
14 Aggreſſus ſi inſequitur aggreſſorem ex interuallo et ipſum ob
calorem iracundie occiderit mitius punitur.
15 Jracundie calor erit iuſta cauſa minuendi penam.
16 Cauſa quelibet etiam iniuſta excuſat a pena delicti etiam in ijs
que ſunt de genere prohibitorum.
17 Crimen committens motus etiam ex iniuſta cauſa ex quo ve-
nit ſibi pena corporalis imponenda tamen non tenebitur ad
penam predictam reſpectu cauſe predicte licet iniuſte.

## Uotum. XIX.

Redemptoris gentiũ
ſuffragio poſtulato amen. ¶ Auditum
eſt mihi Jlluſtriſſime domine fuiſſe rela-
tum hunc Julianum paſſarum de Nea-
pol. de quo verbum fit in hoc ſupraſcri-
pto regio collaterali concilio fuiſſe in cri
mine ſeditionis ſeu tumultus de quo ni
hil quidem ex proceſſus meritis liquere
1 apparet: conſtat namqꝫ † tumultum popularem facientes pena
capitis plectendos eſſe. l. prima. cum vulga. C. de ſeditio. l. aut
facta. §. primo. ff. de peni. Jta Joan. andr. ⁊ Anto. de but. in. c.
venerabilis. quod eſt ſi. extra de teſti. cogen. verum illud intelli-
gendum eſt vbi principaliter ex eo tractatus preceſſit ſeditio-
2 nem ſeu tumultum popularem committendi: † ſecus ſi ſeditio
ſeu tumultus accidentaliter euenerit ob aliquod factum vt ex
ciuili diſſenſione et ſimilibus quia tunc non punitur per text.
ſingularem in. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. et
ideo dixit Baldus in. l. prima. §. fina. ff. de iuſti. et iure quod ſi
ſtatutum puniret capitaliter turbantem quietum ſtatum ciui-
tatis intelligitur ſi principaliter dictam turbationeȝ faceret nõ
autem ſi in conſequentiã alterius delicti: ex quo attenditur id
quod principaliter agitur per text. in. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi
certum petatur ſed cum Julianus ipſe non principaliter cauſa
ſeditionis aut tumultus committendi ſed vlciſcendi ſe de fra-
tre ſuo interempto id perpetrauit ergo ⁊c. Concurrente maxi-
me quia licet loquaci ac mordaci lingua impetuoſoqꝫ ſermone
multa effuſus fuerit: attamen quicquam maxima pena dignuȝ
3 exequutus minime extitit: ⁊ ideo ſola ordinatio † ſeu tractatus
etiam in atrocioribus imo atrociſſimis nõ punitur niſi fuerit
inſuper proceſſum ad aliquem actum de per ſe ordinatum ad
ipſum factum ita dixit eleganter Bal. in. l. non ideo minus. vj.
columna. C. de accuſatio. ⁊ ſequitur plene Feli. in ſuo tracta. co-
natus ⁊ aliquid per Jaſ. in. l. prima. §. hecantem verba. vlti. co
lumna. ff. quod quiſqꝫ iur. ⁊ ſequitur idem Fel. plene in ſuo pri
mo tractatu conatus. ⁊ optime in. c. primo extra de preſumpt.
et ideo dixit pulchre Specu. in titu. de accuſatio. §. primo. verſi-
4 culo quid ſi in ſi. legibus punientibus † conatum hodie eſſe de
rogatum per contrariam conſuetudinem que verba multũ no.
Paulus de caſtro et Angelus in. l. prima. ff. quod quiſqꝫ iuris.
⁊ ideo dixit Bar. in. l. prima. ff. ad. l. corneliam de ſicarijs. quod
ratio quare per Jtaliam non punitur conatus eſt: quia quaſi
omnia delicta puniuntur ſecundum ſtatuta ⁊ idem tenet Jmo.
in. l. prima. ff. de publi. iudicijs. Abb. in capitulo mulieres ex-
tra de ſentẽ. excommunicatio. Jnno. in. c. inter ſolicitudines ex
tra de purga. cano.
¶ Nec magnifaciẽda eſt immiſſio ignis impoſiti ĩ vno trochio
de feno quẽ in manu deferebat ante ianuã domus eiꝰ qui pau-
loante fratrem ſuum occiderat quia nihil combuſſit nec ianuã
nec domum quod de neceſſitate requiritur ad hoc vt habeat lo
5 cum pena incendiarijs impoſita vt nedum domus † combuſta
ſit: verumetiam quod ibidem homo ex dicto incẽdio interierit
ita dixit Andre. de Jſer. ad intelligendum conſtitutio. regni
ſub rubrica de incendiarijs. Nec militabit ad penam corporalẽ
quod predictus Julianus aggreſſus fuerit domũ dicti Alben
6 cij homicide: ⁊ eandem per vim ingreſſus fuerit ſeu ingredi fe
cerit: qꝛ ex hoc non cõpetit accuſatio criminalis ſed datur actio
iniuriarũ dũtaxat vel alia ciuilis tex. eſt formalis in. l. lex corne-
lia. vſ. domũ ve. ff. de iniur. ⁊ tñ nõ fuit ipſe ingreſſus: ſed hi qui
ſecum ibant ipſo tamen mandante: vnde cum in effectu nullũ
malum ſortitum fuerit ex predictis eius vocibus clamoroſis et
clangoribus niſi malum exemplum ex huiuſmodi attentatu
dumtaxat non venit tanta rigoroſa pena plectendus: cum attẽ-
7 tare non ſit vere facere † ſed ius illud habet pro facto ex fictio-
ne quadam: ita dixit pulchre Feli. in capitulo primo ſecunda co
lumna in ſi. extra de preſumptio. et ideo conſuluit Paulus de
Caſtro et non ab re in ſuo conſilio. ccclxxx. incipiente viſa inqui
ſitione ꝙ violentia ad domum pro violanda muliere non dici
tur cõpulſiua nec ablatiua ſed aliud erit violentia ⁊ aliud actꝰ
8 violentie quia hoc caſu dicetur ſolũ attentatio violentie ⁊ ideo
non videtur proprie dici poſſe violentia ſeu vis publica ex pre-
dictis: tum etiam quia nõ fuit aliqua facta in perſonam ſed in
domo et ſic dicenda eſt violentia expulſiua que ſolum habet lo
cum in re immobili vel in his que erant in illa re pro qua vio-
lentia non reperitur prodita accuſatio criminalis: ſed iniuria
rum vel

UVA. BHSC. IyR_279_2

9 rum vel ſimilis vt ſupra dixi. ita etiam magiſtraliter dicit Bar.
in.l.extat.ff.ꝙ metus cauſa.
¶ Nunc aũt dato abſqꝫ veri preiudicio ꝙ poſſet figurari pena
legis iulie de vi publi. ex quo cum armis fuit ingreſſus domuz
10 alienam: et ſic reſpectu armorum pro qua ſeu quibus venit
de iure imponenda contenta in.§.item lege iulia inſtitu.de pu
bli.iudi.et in.l.j.ff.ad.l.iul.de vi publi.cuius criminis pena
deportatio eſt.per tex.in.§.item.l.iulia.ff.eodem titulo loco cu
ius pene deportationis ſuccedit hodie bannimentum iuxta.l.
amiſſione.ff.de capi.diminuti.nam banniti noſtri temporis
equiparãtur deportatis glo.eſt in.§.relegati inſtitu.quib⁹ mo-
dis ius patrie poteſt ſolui.in gl.prima verſiculo ſed bannitus
Barto.in.l.illicitas.§.vniuerſas.ff.de offici.preſi.Bald.in.l.j.
in prima queſtione ſecunda columna.C.de here.inſtitu.quod
maxime procedit quãdo quis bãnitur pro crimine cui⁹ pena
13 eſt deportatio de iure communi † prout in caſu iſto ita Bald.in
l.j.viij.colum.verſiculo ſcias autem.C.de heredi.inſtitu. Atta-
men iuſto dolore necis eius fratris occiſi ante eius oculos com-
motus ad id faciendum ſatis excuſabitur per id quod in ſimili
dicimus de aggreſſo ꝙ ſi inſequitur aggreſſorẽ licet ex interual
lo tamen ob calorem iracundie occiderit minuitur ſibi pena.
4 † Ita Anto.de butri.in capitulo olim vlti.colum.extra de reſti
tutio.ſpolia.ſigno.de homode.in diſpu.ſeu.q.ſua incipiente
queſtio talis eſt ſempronius ſimplicitatis amicus.Bal.in.l.vt
vim vlti.col.ff.de iuſti.et iur.Cepol.in conſilio quadrageſimo
tertio Feli.in capitulo ſignificaſti el ſecundo extra de homicid.
vbi ſubdit ꝙ tali caſu pena erit arbitraria et ſic mitius punit
reſpectu doloris.Idem voluit Ange.in tracta.maleficio.verſi-
culo et dictus titius Alexan.conſilio.lxxvij.primo volumine et
quod calor iracundie ſit iuſta cauſa minorandi penam proba-
tur ex.l.j.l.ſi quis impera.maledixe.et in.l.famoſi ibi lubricuz
lingue.ff.ad.l.iul.maieſtatis et in capitulo ſi quis iraſcitur.xiij.
q.ij.et in capitulo inebriauerunt.xv.q.j.et ſic ex predicta cauſa
commotus huiuſmodi crimina commiſit ꝛ quelibet cauſa etiã
iniuſta excuſat a pena delicti etiam in iis que † ſunt de genere p-
hibitorum glo.in.l.j.in fi.gloſſe magne.ff.ſi quis ius dicẽ.non
obtempe.et in.l.j.ff.de abig.et in.l.ſatis.ff.de in ius voca.et
conſuluit Alex.conſilio.lxxiij.in tertio volu.ꝛ ideo voluit ſatis
pulchre Angel.in.l.j.ff.de eo per quem fact.er.ꝙ vbi aliquis
17 aliqua cauſa etiam iniuſta motus crimen commiſit † ex quo ſi-
bi pena corporalis venit infligenda quod tamen non tenebitur
ad eam reſpectu illius cauſe licet iniuſte.idem conſulendo re-
fert tenet et ſequitur Alex.de imo.in conſi.cxxvj.in quarto vo-
lu.ꝛ Fran.cur.conſilio.lxix.vlti.col.Quare ex predictis conclu-
do ex cauſa doloris predicti eſſe cum prefato Iuliano diſpẽſan
dum: ꝛ eidem eſſe penam exilij per trienniũ in propinquiorẽ in
ſulam irrogandã ꝛ huius voti ſum Ego Thomas Gramatic⁹
iudex magne curie vicarie.Et ita vt ſupra in eandem ſententiã
inclinarunt ceteri mei collegẽ ꝛ executum fuit per Illuſtriſſimũ
dominum proregem don Ramundum de cardona concurren-
tibus quoqꝫ votis pariformiter excellentiſſimorũ dñorum Re
gentium Cancellariam.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Utriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

3 ☞ Iudex ex cauſa poteſt penam diminuere vbi al's nõ poſſet
quando eſſet a iure ſtatuta.
6 Attentata et tractata ſi non fuerũt perfecte ad exituz perducta
debet mitius attentans puniri.
8 Iura punientia affectum licet non ſequatur effectus non habẽt
locum ſecundum conſuetudinem vniuerſalem italie.
In atrocioribus licet puniatur affectus licet non ſequatur effe
ctus debet intelligi vt puniri debeat eadem lege ſed non eadez
pena.nu.7.ꝛ.8.
9 In atrocioribus enormibus aliquales actus ſufficiunt ad effe-
ctum vt puniatur licet in aliis non tam enormibus etiaz ſi per-
ueniatur ad actum non tamen ad effectum non noceat: attamẽ
et grauius punitur actus ex delicto conſummato quam in-
choato.
18 Pena amputationis manus pro vulnere non habet locum in
non conſueto delinquere vbi vulnus non deformaret perſonaz
vulnerati.

## Votum.XX.

Redemptoris gentium
auxilio repetito Amen. ¶ In cauſa magiſtri
Leonardi de cõſtãtia ſartoris inquiſiti de aſſaſ-
ſinio in magna curia vicarie. Prima facie vide
retur dicẽdum ipſum magiſtrum Leonardum
debere vltimo ſupplicio condemnari ꝛ ex diſpoſitione capitu-
li pro humani de homicid.in ſexto in quo licet expreſſe nõ fue-
rit declarata pena mortis cũ a canone ſit incognita.dicitur ta-
men in eo vt ab omni populo ſit aſſaſſinus ſeu mandans aſſaſ-
ſinium committi diffidatus ꝛ ſic contra diffidatum a lege no-
1 torie bellum indictum † eſt.l.reos ꝛ ibi Cynus.C.de queſtio.ar-
gumento.l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccleſ.confugi.intantum
quod diffidati a lege poſſunt a quolibet impune occidi.l.pri-
ma quando licet vnicuiqꝫ ſine iudi.ſe vindi.l.iij.§.transfugas.
ff.ad.l.corneli.de ſica.et proprie in aſſaſſinio loquendo tanquã
2 de diffidato † ab omni populo quod poſſit impune occidi di-
xit Cynus in.d.l.reos.C.de queſtio.Ange.in conſilio.xiiij.inci
piente nos Carolus vbi ſubdit quod nedum a iudice verũetiã
a parte poſſit impune occidi: ꝛ idem dicit Geminia.in.d.c.pro
humani refert ꝛ ſequitur pulchre excellens doctor domin⁹ Bar
tholomens Socinus inter conſilia Franciſ.Curti.conſilio vige
ſimo in decimaoctaua colũ.incipiente dominus labia mea ꝛc.
ſepenumero animo reuolui ꝛ ſic licet poſſit iudex talem vltimo
ſupplicio condemnare: attamen non neceſſitatur a iure ꝛ tanto
magis cum in caſu de quo agitur legitime ſubſunt cauſe penaz
predictã diminuendi quo caſu poſſit iudex ex cauſa penam di-
3 minuere vbi al's non poſſet † quãdo eſt a iure ſtatuta: ita voluit
And.de iſer.in titu.que ſunt regal.in verſicu.ꝛ bona tertia co-
lumna ꝛ plene Felin.in.c.qualiter ꝛ quando.§.ad corrigendos
extra de accuſa.ꝛ cauſe quibus inducor ad penam de qua infra
aduerſus predictum Nardum fomentum capiunt ex atroci-
bus iniuriis ꝛ ſucceſſiue ex aſſiduis inceſſibus ipſius querulã-
tis cum hominibus armatis ante apothecam eiuſdem Nardi
certo modo minando ꝛ ſignis peſſimis demonſtrãdo velle ipm
offendere ibi expectando armatos per cantones ſtratarũ diuer
ſis vicibus ob qđ minime audebat Nardus ipſe exire ab ei⁹ do
mo abſqꝫ comitiua ne offenderet.ꝯſiderata quoqꝫ leuitate dicti
ipſius Paſcarelli vulnerati ſicqꝫ viſum fuit ſibi in tpe potius
4 † occurrere per tex.in.l.vnica qñ lz ſine iud.ꝛ ideo voluit ſimili
ter Bal.in.l.lege per illum tex.C.loca.in lect.antiqua referens
ita fuiſſe de facto iudicatum ꝙ ex ſola preparatione ad offen-
dendum vel agrediendum licitum eſt mihi offendere vel occur
rere refert et ſequitur Iaſon in.l.vt vim.ff.de inſti.et iure.
¶ Secundo aduertendum cenſui delictum ipſum non fuiſſe
perfecte conſummatum iuxta ordinem mandantis ex quo non
fuit ſequutum homicidium mandatum et ideo ſuccedit iuris
diſpoſitio quod quamuis pro actu conſummato et perfecto
lex imponeret aliquam penam determinatam et poſtea contin
git delictum illud fuiſſe attentatum et tamen non perfecte con-
ſummatum.ſi reperitur ꝙ lex ſpecialiter imponat eandem pe-
5 nam vel aliam limitatam debet † illa imponi vt in.l.j.C.ſi qua-
cun.pred.pote.l.is qui cum telo.C.de ſica.ſed ſi nõ reperitur ſpe
cialiter determinata mitius punitur ſcilicet extra ordinem ar-
bitrio iudicantis vt probatur in lege prima in princip.ff.de ex
traordinariis criminibus: ita not.Raynutius Baldus ꝛ An-
gelus in.l.prima.§.hec autem verba.ff.quod quiſqꝫ iuris.que
verba reputat Baldus ibi not.cum ergo attentata et tractata
6 per ipſum Leonardum † non fuerint perfecte ad exituz perdu
cta debet mitius puniri: ita ex predictis conſuluit Alexander
ita formaliter loquendo de delicto perfecte conſummato in cõ-
ſilio centeſimovndecimo tertia columna in primo volumine.et
ideo voluit Iacobus de rauenna: vt refert Bartolus in.l.pri-
ma.§.diuus.ff.ad legem corneliã de ſicariis ꝙ licet attentans de
lictum quod tendit ad mortem puniatur pena legis cornelie
de ſicariis tamen quando non eſt ſequutus effectus et euentus
7 qui conſideratur in † delictis per.l.aut facta.§.euentus.ff.de
pen.poterit iudex ex hoc penam minuere pro hoc videtur text.
in predicta lege prima.ff.de extraordinariis criminibus ibi per
fecto flagitio capitis punitur: ſed in perfecto deportatur per
quem textum dicit Gulielmus de cuneo in.l.ſi quis non dicam
rapere quod licet in atrocioribus puniatur affectus licet nõ ſe-
quatur effectus id intelligendum eſt vt puniri debeat eadem
lege ſed non eadem pena: ſed mitius per.d.l.primã.ff.de extra-
ordina.crimi.ꝛ.d.§.euentus.ꝛ hoc etiam tenet Cy.in.l.ſi quis
non dicam rapere.C.de epiſco.ꝛ cleri.idem refert ꝛ ſequitur cõ
ſulendo Bartho.Cep.in ſuo ꝯſi.vlti.pe.col.vbi ſubdit hec eſſe
8 maxime † vera preſuppoſita conſuetudine que dicitur eſſe per
totã Italiã que eſt quod licet iura puniãt affectũ etiã ſi non ſe-
quatur effect⁹ non hñt locũ ſm cõſuetudinẽ vniuerſalem Ita-

UVA. BHSC. IyR_279_2

lie et hoc fuit dictum originaliter glo. in. x. colla. de pace iur. fir-
má. §. iniuriarum. quam Bar. ⁊ alij attribuunt Spe. vt in ſpe-
cie no. in. l. j. §. diuus. de ſica. ⁊ idem quod dicit Guliel. de cun.
vbi. ſ. ⁊ Cepo. in. d. conſi. reperio conſultum fuiſſe per. d. Fran.
de albergotis de are. in ꝯſi. ſuo inci. in dei noīe amē. qd̕ Liccus
fantis in. ij. col. ꝙ eſt in libro meo diuerſoꝝ conſilioꝝ ⁊ vereor
ꝙ Cepola eiꝰ formalia verba ſubtraxerit vt apparet ex ſui con-
9 ſilij tenore: ⁊ licet in atrocioribus enormibus aliqualis actꝰ ſuf
ficiat ad effectum vt puniatur vt. d. l. ſi quis non dicam rapere
licet in alijs nō tā enormibus etiā ſi perueniaꝛ ad actū nō tñ ad
effectū nō noceat vt. d. l. qui falſam. ff. de fal. attñ ⁊ grauiꝰ puniū
tur actus ex delicto cōſummato ꝙ̄ inchoato vt. d. l. j. de extraor-
di. crimi. ita magiſtraliter voluit Andr. de iſer. in. c. j. §. ſi vero
voluerit. ij. col. de capita. qui cur. vendi. ⁊ Ang. in trac. malefi-
cio. in verſi. Semproniū mandatorem.

¶ Tertio et vltimo conſideranda eſt partis remiſſio et bona
fama inquiſiti probata ⁊ qd̕ minime alˢ delinquere cōſueuerit
quod multū cōſiderauit. c. regni ad peruerſoꝝ intm̄ ꝙ permu
10 tat penā amputationis † manus que alˢ ſtatuta eſt pro vulnere
illato. Quibus inſuper ſuffragaꝛ ꝙ nullibi expreſſuꝫ reperitur
per tex. ſeu gloſſas in hoc delicto non ſubſequuta morte debere
imponi penā mortis naturalis: ⁊ ita in ſimilibus ꝯſuetudo pe
ne in regijs tribunalibus interpretata eſt: ⁊ qꝛ pretēdiꝛ per fiſcū
delictū ipſum reiteratum fuiſſe in eandē perſonā percuſſi. ⁊ qd̕
bis ſoluerit pecuniā Leonardus ipſe vt Paſcarellus ipſe occi-
deretur. Et quod reiteratio aggrauet qñ delictum eſt reiteratū
11 in eandem perſonam † intm̄ qd̕ vltimū ſuppliciū imponi poſ-
ſit nō memini me legiſſe. Ideo non eundo per mēdicata ſuffra-
gia reperio qd̕ ſi mando tibi mediante pecunia vt occidas ho-
12 minem ⁊ tu non occidas nō teneor ego de homicidio ex cā illiꝰ
mādati: ita in ſpecie determinat Dy. quē refert ⁊ ſeqꝛ Ang. in
l. item apud labeonē. §. ſi curauerit. ff. de iniur. ⁊ idē voluit Gā
di. ⁊ in ti. de homici. ⁊ eoꝝ pen. iiij. col. licet cōcludat ꝙ ipſe pu
taret iudicem non delinquere ſed bene agere ſi in caſu predicto
puniret ipſuꝫ mandantē pena ſtellionatus ⁊ idem tenet Aug.
arimi. in additio. ad Ange. in verſi. ſemproniū mandatorē. iij.
col. ⁊ allegat etiam Ang. in cōſi. xiiij. incip. nos Carolus dicen-
tem ꝙ ſi homicidiū nō ſit ſequutū licet aſſaſſinus debeat deca-
pitari qꝛ ꝑuenit ad actū ꝓximū: tñ ex quo delictū nō fuit ꝯſum
13 matū in morte qꝛ mors † non fuit ſequuta bene faciet princeps
ſi cōmutet penā in pecunia et eandē opinionem vcꝫ ꝙ non ſe-
quuto homicidio in aſſaſſino delictū non diciꝛ cōſūmatū et ſic
ꝙ veniat eo caſu imponenda pena pecuniaria tenet ⁊ firmat. d.
Amod. iuſt. excellens doctor in ſuo tractatu ſindicatus in ver.
itē in eo ꝙ dicti ſocij milites. in. iiij. col. vbi etiā dixit ſe alˢ con
ſuluiſſe in ciuitate ſenarū in fauorē Capitanei et militis ſocij:
cui carceratus aufugerat pro crimine aſſaſſinatus qꝛ tenebatur
in loco cōſueto in cōpedibus: ⁊ ſic ex quo attenta cauſa ꝓ qua
detinebatur veniebat imponēda pena pecuniaria reputari de-
buit diligens cuſtodia et fuga eius nō imputabiꝛ ipſis officiali
bus. Ex qbus oībus et eoꝝ ſingulis cōcludo p̄dictū magiſtrū
Leonardum eſſe ad ſeruitium triremium regiarum in perpe-
tuum deportandū et huius voti veritati et equitati inherendo
ſum Ego Thomas gramaticus iudex magne curie vicarie.
Et licet aliqui ex iudicibꝰ magne curie vicarie et etiam ex dñis
collateralis concilij diſſenſiſſent a voto predicto tñ illuſtriſſimꝰ
Prorex don Ramondus de cardona mādauit ita exequi vt cō
cluſum eſt maxime concurrente cū meo voto ſupradicto etiā vo
to excellentis dñi Hieronymi de colle regentis cancellariā.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Alguzerij cum ſint beruarij et viles perſone non pro-
bant.
2 Teſtes dicentes cognouiſſe homines de nocte ad vocem non
dicendo ꝙ lucebat luna vel ꝙ erat lumen accenſum non pro-
bant.
3 Alguzerij probant vbi examinatur a iudice ad inquiſitionem
et famam ad eius aures reuerberantem ita quod quodam mo
do ſub diſſimulatione pertranſiri non poteſt ſecus aūt vbi ꝓ-
cedit ſuper denuntiatione.
4 In delicto cōmiſſo de nocte ſufficiunt leniores ꝓbationes imo
coniecture.
5 Que de nocte fiūt dicuntur occulte et ſecrete fieri.
6 In nocturnis ob difficultatē ꝓbationū ſepius iudex procedit
ad torturam.
7 Portans arma preſumitur habere malum animum.
8 Ex violentis probationibꝰ nemo damnari pōt vltimo ſuppli-
cio: ſed temperanda eſt ſententia.
9 Tortura regulariter non infertur nobilibus.
11 Pena capitalis tunc ꝓ homicidio imponiꝛ qñ illud fuit dolo
cōmiſſuꝫ ſecus ſi culpa ⁊ tunc dabitur mitior pena. nu. 12. vt rele
gatio et non minor quinquēnio. nu. 13. et. 14. et etiā ſi occidens
fuerit in lata culpa. nu. 15.
16 Qualitas perſone attenditur ad cognoſcendū an dolo vel cul-
pa homicidium ſit cōmiſſum. et. nu. 17.

## Votum. XXI.

Ummiopificis pſidio
inuocato. Amen. ¶ In cauſa inquiſitionis
formate aduerſꝰ nobiles de caraciolis quo-
rū noīa honeſtatis cauſa omittunꝛ ſuper in
ſultu et homicidio patratis in perſona re-
giorum Alguzeriorum et ipſoꝝ comitiua
tria principaliter adducuntur ad eoꝝ defenſiones fundamēta
ex quibus intentionem regij fiſci penitus euacuaſſe aſſeren-
tes abſolutionem ab impetitione regij fiſci expoſtulant. Et pri
mum eſt quod teſtes fiſci aduerſus ipſos ꝓducti minime pro-
1 bationē inducunt cū ſint † Alguzerij et ſic viles perſone per. l.
diuus et q̄ ibi habentur per Bar. ⁊ docto. ff. de cuſto. reo. ⁊ in
l. ea qdē de accuſa. et in. l. j. C. de cur. et ſtatio. lib. xij.
¶ Scdm̄ deponūt teſtes ipſi vnū ex p̄dictis nobilibus ad vocē
cognouiſſe et de nocte nō aſſignādo cōgruā rōnē vt qꝛ ꝑ lumen
accenſum: ſeu lucēte luna: quo caſu ex iuris diſpoſitione nō pro
2 bant † iuxta no. ꝑ Bal. et doct. in. l. ij. ſi nō ſpeciali. C. de teſtam.
ita dixit ſinglr̄ Bal. minime ex aduerſo allegatus in. c. j. §. ſi in-
ſtrumētū de notis feud. Fran. de are. in. c. ꝓpoſuiſti de ꝓbatio.
⁊ in. c. cū cauſam de teſti. Alexan. in cōſi. lxv. in. j. volu.
¶ Tertiū ⁊ vltimū qꝛ teſtes eoꝝdē iqſitoꝝ ipſos exculpāt dū
deponūt ſe iterpoſuiſſe ac vociferaſſe aduerſus eoꝝ domeſticos
ſe cū armis a curia defendētes vt retrocederēt dicēdo vulgariter
nō mas nō mas. Ex qbus oībus culpa nedū carere verū et pre-
miū cōſeq mereri a regia curia inſtantiſſime aſſerebant.
¶ Quibꝰ mature cōſideratis ⁊ dimiſſis ſupuacuis ꝓut iudicio
rect iudicis cōuenit quo ad primū repio cōcluſiue doctores lo-
quutos fuiſſe circa iſtos alguzerios in teſtes ꝓductos nā diſtin-
guēdo decidunt ꝙ aut iudex ſup denūtiatione inqrit ob denū-
3 tiationē ⁊ famā ad eiꝰ aures reuerberātē: ita ꝙ quodāmō ſub
diſſimulatione ꝑtranſiri nō pōt: et tūc hmōi alguzerij in teſtes
recepti fidē faciēt: aut vero procedit ſuper denunciatione ⁊ tūc
denūciator habebit probare per teſtes idoneos ⁊ nō per ſe. Ita
dixit Sali. in. l. ea quidē. de accuſ. refert ⁊ ſequitur Alex. in ad-
ditio. ad. l. diuus. iij. col. ff. de cuſto. reo.
¶ Qd̕ ſuffragabitur delictū cōmiſſuꝫ noctis tp̄e in quo reſpectu
4 † nocturni tp̄is ſufficiūt leuiores probationes imo etiā per cōie
cturas vt no. Bar. ī. l. ſi qs ex argētarijs. §. pe. ff. de edē. ⁊ ibi no.
doc. ⁊ in. l. ſi qñ. C. vñ vi ⁊ in. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi p̄tori. viij.
q. ff. de noui ope. nun. Fed. de ſeñ. ꝯſi. cix. incip. nulli dubiū alex.
in ꝯſi. xxiiij. in. ij. vol. maxīe qꝛ qd̕ ſit de nocte eſt difficilis proba
tiōis ⁊ inqſitiōis vt dixit Bal. ī. l. de quibꝰ pen. de legi. ⁊ no. gl.
in. l. ſi cū exceptiōe. ff. ꝙ me. cā in. §. in actiōe. quā ad hoc allegat
Bal. in. c. j. §. porro q̄ fuit pria cā bñfi. amit. ⁊ plene Alex. in p̄di
5 cto ꝯſi. xxiiij. iij. col. ex quo † q̄ de nocte fiūt dñr occulte ⁊ ſecrete
fieri dixit Ang. in. l. ſi cū exceptiōe p̄dicta ⁊ Bal. in. l. cū fratrē.
in ſi. C. de his qb. vt indig. Ang. in. l. j. §. occiſores. ff. ad ſillan. et
6 ideo ob difficultatē ꝓbationū in nocturnis ſepiꝰ iudex ꝓcedit
ad torturā ⁊ qñqꝫ ad cōdēnationem: ita dixit Bal. in. l. quicūqꝫ
pe. col. C. de ſeruis fugi. ⁊ Ang. in. l. ſi. C. de probatio.
¶ Quo vō ad ſm cū nō negeꝛ eoſdē iqſitos i p̄dicto iſultu inter
fuiſſe lꝫ ꝓbauerūt ꝙ ſe interponebāt ad ſedandū rixā ⁊ inſultū
fruſtra obijciꝛ teſtes eoſdē noīantes cū oīno ipi ibidē iterfuerīt
⁊ dari poteſt pro vero ꝙ dicta verba protulerint aduerſus eoꝝ
famulos aggreſſores dicēdo nō mas nō mas q̄ſi dicat ꝙ id qd̕ fe
cerāt iā ſufficiebat vel qd̕ ſe penituerūt rem ad tantū proceſſiſſe
ex quibus verbis inferri poteſt inquiſitos ipſos non habuiſſe
animum occidendi nec propoſitum attamen quia de nocte ⁊ cū
comitiua armatoꝝ etiā cum armis aſtatis per ciuitatē ⁊ abſqꝫ
lumine itinerabant cōtra deuetum ⁊ banna ex delatione illa ar-
7 morum ⁊ tempore † nocturno preſumuntur malum animū ha-
buiſſe vt dicit glo. in autenti. de pace tenenda ⁊ eius violato. in
§. mercator. ⁊ ſic deueniendo ad manus ⁊ arma cum famulis cu
rie negari non poteſt quin ipſi non aſtiterint in vulnere ⁊ ſucceſ
ſiue morte illorum potius ex quadā laſciuia ꝙ̄ ex propoſito occi
dendi

UVA. BHSC. IyR_279_2

dendi: ⁊ dato abſqꝫ veri preiudicio quod teſtes fiſci in aliquo re
manerent eliſi reſpectu obiectorum intantum quod ex eorum
depoſitionibus non reſultaret plena probatio: attamen ex meri
tis proceſſus inficiari minime poteſt quin non reſultent violen
te preſumptiones cōtra ipſos inquiſitos quod ibi cum eorum
familia armati non aſtiterint: ⁊ ex iuris diſpoſitione licet ex vio
8 lentis preſumptionibus nemo damnari † poteſt corporaliter vl-
timo ſupplicio vt dixit Innocen. in capitulo quia non veriſimi
le. de preſumptionibus. Baldus in. l. non eſt veriſimile qꝺ met.
cauſa. ⁊ Andreas de Iſernia in conſtitu. intentionis quarta co
lumna ſub rubrica de illitatione porta. armorum. ⁊ Alexander
conſilio cēteſimodecimoquinto tertio volumine. ⁊ maxime vbi
amplecti vellemus opinionem illam quod nobilibus regulari-
9 ter non ſit inferenda † tortura prout dicit Odoffre. in tracta. de
queſtionibus. refert ⁊ ſequitur Franciſ. Bruñ. qui ſatis egregie
ſcripſit in materia torture in tractatu de indic. et tortu. octaua
columna. in principio attamen omnino pena venit inferenda
10 vbi ex violentis preſumptionibus † proceditur; ſed moderat̄ iu-
dicis ſententia in aliam mitiorem penam ita voluit Abb. in ca
pitulo auditis. vltima columna. de preſcriptionibus. Bald. in
l. finali. de probationibus. ⁊ Iaſon in. l. prima. nona colum. C.
de ſeruis fugiti. Item conſidero quod tunc pro homicidio im-
ponitur pena capitalis quando fuit illud dolo commiſſum ſe-
11 cus ſi ex culpa † ita tenet Ioan. And. in capitulo ſignificauit. de
peniten. ⁊ remiſſio. in nouel. Bald. in capitulo primo. §. primo.
in fine de pace iura. firma. ⁊ in capitulo primo. in principio co-
lumna tertia. de pace tenēda. Ioan. Andreas in additionibus
12 Specula. in rubrica de homicidijs. vbi in ſpecie dixit quod tene-
tur alia mitiori pena idem tenet Flo. in. l. ſcientiam. §. qui cū ali-
ter. ad legem aquiliam. vbi dicit quod eo caſu debet imponi pe-
na pecuniaria vel relegatio ad tempus puta ad quinquennium
idem tenet Azo in ſumma ad. l. corne. de ſicarijs. Paulus de ca-
ſtro in. l. prima. C. vbi ſena. vel clariſ. cepo. in cōſilio vigeſimono
no ⁊ trigeſimo. domi. Signo. de homode. in diſputa. ſua incip.
queſtio talis eſt: ⁊ ſubdit ibi Cepo. quod talis relegatio: non de
13 bet eſſe † maior qinquennio: imo plus ſi per ſtatutum pro homi
cidio imponitur pena capitalis debet intelligi in homicida do
loſo non autem culpoſo: ſed in commiſſo ex propoſito occiden-
14 di quia tunc † punitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate culpe
vt relegatione tēporali vel alia iudicis arbitrio. ita in ſpecie con
ſuluit Raphael Fulgoſius conſilio centeſimo trigeſimoquarto.
incipiente viſis dementia in fine ⁊ tenet Bald. in. l. data opera.
C. qui accuſare non poſſunt. in ſexta columna ſubdens qꝺ aſſeſ-
ſores ignorātes conſueuerunt dicere cōtrarium inherentes ver-
bis ſtatuti ſimpliciter loquentis ⁊ idem concludit Paulus de
Caſtro in. l. j. vbi ſena. vel clariſ. referens ſe ita pluries cōſuluiſſe
⁊ a morte aliquos defendiſſe idem cōſuluit Paulus de Caſtro
15 in conſilio centeſimo nonageſimoprimo. † Et premiſſa dico pro
cedere etiam ſi occidens fuiſſet in lata culpa: quia vbi tractatur
de pena corporali lata culpa non equiparatur dolo: ita Barto.
in. l. prima. §. non autem. ff. ſi quis teſtamē. liber eſſe iuſſus. Sali
ce. in. l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſſcripſe. Petrus de Anchara
no in clementina prima de homici. Ange. in tractatu maleficio-
rum verſiculo ſcienter ⁊ doloſe. Alexander conſilio centeſimode
cimo. in primo volumine. ⁊ conſilio centeſimoquadrageſimo et
centeſimo quadrageſimoquarto. in. ij. vo. ⁊ qꝺ non fuerit ex pro
poſito ⁊ ſic in dolo ꝯſidero duo ⁊ primo ꝓhibitionē factā famu
lis armatis ne vltra ꝓcederēt ſe interponēdo ⁊ vociferando: itē
ex qualitate perſonarum ipſorum nobilium quia non rixoſi nō
16 ſcandaloſi aut male vite: † ita quod veriſimiliter talia attentare
ex propoſito voluiſſet quod ſatis conſiderandum eſt ad exclu-
dendum dolum: ita voluit Sali. in. l. j. C. de ſicca. Cepo. in conſi-
lio. xxxj. col. iij. ⁊ conſilio. xxiiij. ⁊ conſilio. xxxiij. Quibus ſuffra
17 gatur ꝙ vere occidens per laſciuiā † non teneatur. l. cornelia de
ſica. ad penam corporalem voluit gloſ. in. l. ſi ſeuerior. C. de his
qui not. infa. ⁊ ibi Bal. glo. in. l. j. ad. l. corne. de ſica. Floria. in. l.
dolo malo. ff. de ſeruo corruo. ⁊ ſic iſto caſu delinquēs debet bā-
18 niri † dicit Pau. de ca. in. d. l. ⁊ ſi ſeuerior. ⁊ in. l. nemo deinceps
de epiſco. audien. ⁊ in predicto conſilio. cxcj. Ex quibus omni-
bus concludo quod cum prefati nobiles non appareāt princi-
pales in occidendo nec vulnerādo vꝫ ꝙ ipſi vulnerauerint vel
occiderint: ſed ꝙ armati aſtiterunt non ex propoſito ꝙ cōdem-
netur in exilium per triennium in inſulam propinquiorē et hu
ius voti ſum Ego Thomas Gramaticus iudex magne curie
vicarie ⁊ ita fuit cōi voto iudicatum ⁊ exequutum licet exequu-
tio exilij durauerit per breues dies ſic volente Illuſtriſſimo don
Ramūdo de Cardona prorege.

Thomaſius Gramaticus Neapolita-
nus Iuris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 Indicium debet probari per duos teſtes.
2 Teſtis deponens non veriſimile non probat vbi multa de non veriſimili.
3 Teſtis luſor repellitur a teſtimonio teſtis criminoſus ſimiliter. nu. 4.
5 Blaſphemator repellitur a teſtimonio. ⁊ melius in. vj.
7 Mala vita ⁊ fama repellit teſtem.
8 Teſtis pauper ſi non probatur bone vite repellitur a teſtimonio.
9 Teſtis valde amicus repellitur a teſtimonio.
10 Inter corrixantes ſi non apparet quis primo inceperit preſumptio eſt contra magis rixoſum ſeu conſuetum rixari.
11 Et econtra preſumitur pro eo qui eſt pacificus et quietus.
13 Conſuetudo ⁊ qualitas hominis attenditur in premiſſis.
14 Robuſtior preſumitur aggreſſor dum nō apparet quis primo inſultauerit.
15 Inſultator ſi non apparet quis primo fuerit ex verbis prolatis per aliquem ex eis preſumi poteſt quis fuerit.
16 Voluntas datur ex verbis intelligi. vbi multa cumulata circa hec.

## Votum.XXII.

Altiſſimi dei adiutorio inocato amē. In cā honeſte mulieris ſante de la barra cum diana tabernaria querulantis de vulnere in capite cum cultellatio. Producuntur ad probationem querele plures teſtes inter quos eſt Ioannes de Adornata deponens audiuiſſe ipſam ſantam dicentem aduerſus dianam: non te curare va cū dio che non te ho poſſuto tagliare lo naſo: che per te lo tagliaro da la facie te ho dato ma non me e andato imparo. Impero non me ſcaperai. ſecundo depoſuit Ioannes ſiculus ꝙ dum ſanta dixiſſet certa verba contra dianā vir eiuſdē ſante reſpondebat non lo dire cū diabolo che li hai dato ma di che non li hai dato. Tertio depoſuit franceſca ſtantione che le trouo ambe due afferrate ad capilli et diana tenebat cultellatium et nepos eiuſdem illud expoſcebat a diana ipſum tenente in manu et ſanta inijcie bat lapides contra dianam. Pacella depoſuit ꝙ vidit ſantam exire a caſalenis ſcapillatā et ſic ſparſis crinibus et inſequebatur ipſam. Diana predicta vulnerata in capite et ſanta ꝓijciebat lapides ſed non percuſſit cum eis.

Et circa primum teſtem videlicet Ioannes de adornata licet nil deponat de actu ipſius delicti taliter ꝙ concludat de viſu niſi generice de aſſerta confeſſione tn̄ vnicus eſt et ſingularis in dicto ſuo: nec habet conteſtem ex quo poteſt indicium reſultare ꝙ indiciū requiritur ſaltem per duos teſtes probari vt dicit glo. ſingu. in. l. ſi. ff. ꝙ metus cauſa pariqꝫ modo non habet obſtare depoſitio Ioannis ſiculi qui ſimiliter ſingularis eſt in eius dicto nec habet conteſtem nec ſi recte conſideretur eius depoſitio loquitur ad aliquem propoſitum ſed diſtat a veriſimili ꝙ vir ſante voluiſſet publice et fortiter dicere eidem ſante non dire che li hai dato: ma di che non li hai dato: ex quo minime dicta ſanta dixerat percuſſiſſe dianā vt ex eiuſdē depoſitione liquet et ſic extra propoſitum videretur ꝙ vir ex ſe talia verba dicere voluiſſet et ita publice eidem diane et ſic licet ſit ſingularis in eius dicto attn̄ tanqꝫ deponens non veriſimile non probat. l. iiij. in princi. et in. l. ob carmen in. §. ſi. ff. de teſti. et in l. non eſt veriſimile. ff. ꝙ metus cauſa. vnde reſultat ꝙ iudex teſti inveriſimili deponenti non debet fidem dare: ita conſuluit Petrus de ancha. in ſuo conſi. incip. extra ordinem contractuū vlti. col. ⁊ in alio conſilio inci. viſa facti narratione ⁊ copia teſtamenti vbi dicit ꝙ contra id quod non eſt veriſimile non debet quis audiri ⁊ alibi dicit Alexand. conſi. xcv. in quarto volumi. quod teſtimonium non veriſimile eſt ſuſpectum: nec dato abſqꝫ veri preiudicio quod aliquod indicium poſſit inferri ex mendacibus eorum depoſitionibus reſultaſſe dico quod ſatis ſufficientiſſime ad ipſorum repulſam probatum eſt eoſdem eſſe viliſſimos male fame et vite pauperrimos luſores blaſſemato
3 res Dei et ſanctorum: et † iure cautum eſt luſores a teſtimonio
repelli dixit lanfrā. de oria. in capitulo quōniam contra verſicu
lo teſtium columna quarta in ſi. de probatio: et ob blaſſemiam

UVA. BHSC. IyR_279_2

4 apparet teſtis criminoſus:et criminoſus non admittitur in te
ſtem per capitulum teſtimonium de teſtibus et maxime in cri-
minalibus quia per crimen quis efficitur vilis.l.j. C. vbi ſena-
to.vel clariſ.ita dixit Baldus in autentica.ſi dicatur de teſti.cir
ca finem Bal.in lege cunctos populos.C.de ſumma trinitate ⁊
fide catho.et Abbas in predicto capitulo teſtamentum de te-
5 ſti.† item cum blaſſemator ſit in peccato mortali: et peccatum
mortale repellit a teſtimonio dixit Franci.Zaba.in capitulo
penultimo.de teſtibus ſubdens dictum capitulum procedere
in quolibet peccato mortali cum generaliter loquatur ⁊ ſubeſt
ratio quia per peccatum mortale quis adeo excluditur: et ſic
cum ſit deo infidelis preſumitur quod nec hominibus ſit fi-
delis:ita etiam tenet Abbas in dicto capitulo penultimo nec
preſumitur emendatus de crimine niſi probetur de emenda-
tione per ipſum criminoſum vt plene per Joannem de Jmol.
poſt alios in capitulo teſtimonium de teſti.circa vltimã colum-
nã eo quia repulſans teſtem ex crimine habet fundatam inten
tionem ſuam per capitulum ſuper eo el primo de teſti.ergo ſi ex
cipitur de emendatione eſt neceſſe probare de ea.l.ij.ff.de pro-
batio.ſiue delictum ſit occultum ſiue manifeſtum ſecundum eũ
et eſt de mente hoſti.et Jo.and.in.d.capitulo teſtimonium ita
etiam in ſpecie conſuluit Alex.de Jmo.cõſilio centeſimoquin-
quageſimoſecundo quarta columna.in quinto volumine vbi
6 dixit quod luſores † et blaſſematores repelluntur a teſtimonio
et idem conſulendo tenet philipp⁹ deci.in conſilio centeſimoſe
xageſimotertio.incipiente diuino implorato preſidio in cauſa
matrimoniali ⁊c.in nona columna verſiculo tertiodeci-
7 mo opponitur.† Accedit inſuper eorum mala vita ⁊ fama que
pariter ipſos repellit a teſtimonio capitulo licet de for.compe-
tenti capitulo ſuper eo:et capitulo teſtimonium de teſti.ita
decidit Specu.in titulo.de teſte.§.primo columna trigeſima-
quinta verſiculo item quod eſt probate vite:et ſequitur etiam
domi.Stepha.aufreri in tra.de reprobatio.teſt.verſiculo.male
vite:et conſuluit etiam Alex.de Jmo.conſilio centeſimoquin-
8 quageſimo tertia columna in quinto volumine.† Et maxime
concurrente paupertate que facit vt teſti.non credatur ſi ali-
ter bone vite non probetur vt in capitulo ſi qui et ibi de teſti.
ita Specu.in titulo.de teſte.§.primo verſiculo quod eſt pauper
et ſic exiſtens male fame et pauper repellitur a teſtimonio capi-
tulo licet cauſam de probatio.l.iij.in prin.ff.de teſti.notat hoſt.
et abb.in capitulo ſuper eo el ſecundo.de teſtib.Quo vero ad
Franceſcam ſtantione teſtem productam inquantum depoſuit
ꝙ diana volebat eripere ſeu auferre cortellaniũ a manibus ſan
te ſub pretextu quod erat ſuum hoc non habet obeſſe eidẽ ſan
te tum quia teſtis ipſa eſt ſingularis in dicto ſuo nec habet
conteſtem:tum quia hoc non dixit prefata ſanta:tum etiam
quia franceſca ipſa probatur amiciſſima eiuſdem diane ⁊ vl-
tra amicitiam magnam frequentat ⁊ conuerſatur cum ea co-
medendo ⁊ bibendo in eius taberna et domo ⁊ indubitati iu-
9 ris eſt magnam amicitiam repellere teſtem a teſtimonio dixit
Specula.in titulo de teſte in princip.Bald.in.c.primo.extra de
teſti.⁊ conſuluit Roma.in conſilio.cccc v.incipiente queſtio p
poſita Feli.in.c.quoties.ſecunda columna extra de teſti.⁊ intã-
tum probatur magna amicitia inter eas quod teſtes deponunt
ſe credere che ſono tuti vna coſa inſieme ⁊ quod Frãceſca pfata
iuraret falſum pro dicta diana.

¶ E conuerſo producitur ac plene probatur ad inſtãtiã ipſius
Sante de eius optima fama conuerſatione ⁊ vita ⁊ quod con-
ſueuit pacifice viuere:⁊ econtra probatur quod predicta diana
eſt tabernaria ⁊ vilis perſona ſcandaloſa ⁊ conſueta cum pluri
bus rixari ⁊ iniurias ac conuicia inferre quod multum in iure
conſideratur in delictis vbi non apparet quis primo inceperit.
10 † Nam eo caſu preſumitur contra magis rixoſum ſeu ſolitum ri
xari quod primo prouocauerit ad rixam vt voluit Albe.de ro-
ſa.in.l.vt vim.ff.de iuſti.⁊ iur.Car.in clementina prima de ho
mici.in.xxxiij.queſtione.Cepol.in cõſilio.xxviij.col.iiij.⁊ econ
11 tra preſumitur pro eo qui eſt pacificus ⁊ quiet⁹.vt dixit Cepo.
in conſi.xxix.col.iiij.

12 ¶ † Ad quod facit nam al's attenditur conſuetudo ⁊ qualitas
hominis.l.vel vniuerſorũ ff.de pig.act.l.q ſemiſſes.ff.de vſur.
l.non omnis.§.a barbaris.ff.de re milita.

13 ¶ † Jtem vbi delictum reperitur perpetratũ inter duos ⁊ vn⁹
eſt magis grauiter percuſſus ꝙ alius preſumptio eſt quod ille
qui fuit grauiter percuſſus fuerit aggreſſor:ita dicit Cardina.
in clementina prima de homici.arg.l.ſcientiam.§.ſtramenta.ff.
ad.l.aquiliam.Alberi.de roſa.in.l.vt vim.ff.de inſti.et iure.et
ſequitur Lud.bologni.in ſuo cõſi.xxxvij.v.col.vnde cum ſanta
fuiſſet modicũ percuſſa ĩ capite ſeu facie vt depoſuit Thomas
cognamiglio de reſina ⁊ predicta diana grauiter fuerit percuſ-
ſa:ergo ſequitur quod ipſa fuerit aggreſſor ⁊ inſultatrix quod
probatur potiſſime in facto ⁊ in iure.Jn facto enim deponunt
infiniti teſtes qđ predicta diana eſt grãdis ſtature ⁊ de ſimilitu
dine gygãtis:⁊ econtra Santa eſt parue ſtature debilis ⁊ ſatis
iuuenis:imo plus deponunt teſtes quod de predicta diana fie-
rẽt tres Sante ⁊ ꝙ diana ipſa eſt robuſtior ⁊ fortiſſima Santa
et ideo ſuccedit alia iuris diſpoſitio qđ non apparẽte qs ex duo
14 bus † fuerit aggreſſor preſumendũ eſt cõtra eũ qui apparet ro
buſtior ꝙ ipſe fuerit iſultator:ita voluit Fel.in.c.capl'm.el.j.xvj.
col.de reſcrip.⁊ in.c.primo.ſecunda colũ.extra de treug.⁊ pace.

¶ Jtem corroboratur hoc ex alio quia predicta diana tpe inſul
tus perpetrati dicebat contra Santã nõ te curare che me te ho
poſta tre volte ſotto ⁊ ſi non era per tuo nepote te haueria ſcã-
nata ita depoſuit Thomas ſcognamiglio ⁊ Oliuerius ſcogna
miglio teſtes producti per ipſam Santam.Ex quibus verbis
apparet animũ habuiſſe offendendi dictam Santã.⁊ ſic ſumit
15 coniectura alia qđ ipſa fuerit inſultatrix † ita voluit Bartho.
16 Cepo.in.d.cõſi.xxix.col.iiij.qđ corroboro qr verbis † datur ani
mus ⁊ volũtas intelligi:quia vt inquit philoſoph⁹ voces ſunt
note earũ paſſionum que ſunt in aĩo ⁊ ſequitur Bal.in.c.man
datũ.penul.col.de reſcrip.⁊ in conſilio ſciſmatis in.viij.colũ.et
ideo dixit idẽ Bal.in.l.volũtatis.C.de fideicõ.ꝙ nõ credimus
hoĩem velle niſi illud qđ dicit.⁊ dixit idem Bal.in.c.j.vj.col.de
cõſtitu.ꝙ vbi habem⁹ ſonũ verborũ nõ egem⁹ interprete ⁊ alibi
Bal.in.c.ex trãſmiſſa.de reſti.ſpo.dixit ꝙ vox eſt inſtrumẽtum
datũ hoĩ ad ſignificãdũ per labia cor ⁊ volũtatẽ ⁊ ideo nõ ab re
ꝙ plures teſtes deponunt attenta robuſticitate ⁊ magnitudine
perſone ipſius Diane nullatenus credere poſſe ꝙ predicta ſan-
ta eandẽ Dianã percuſſerit.ſed qđ Diana ipſa ita furibũda ir-
ruẽdo ſemet ipſam vulnerauerit.Nec obſtaret ſi allegaretur ex
aduerſo Sali.dicere in.l.fi.C.de probatio.ꝙ ſi inter duos rixan
tes vnus reperitur percuſſus ꝙ lʒ oĩno fuerit viſus percuti qđ
tamen preſumitur a corrixante ſecũ percuſſus ſeu vulneratus.
Nã hoc per ſupradicta intelligi debet data equalitate inter ri-
xantes ſec⁹ vbi appareret corrixãs robuſtior ⁊ fortior altero vel
vbi appareret alter ꝯſuetus rixari per ſupradicta iura ⁊ rõnes
qr eo caſu iura preſumũt cõtra ipſuʒ vulneratũ ꝙ fuerit aggreſ
ſor:⁊ ſic cõcurrũt in excuſationẽ alteri⁹ ⁊ nihilomin⁹ minime in
rei veritate probatur ꝙ fuerint viſi rixari ſeu ſe percuti adinui
cem vt.ſ.ex quibus cõcludo prefatã Santã penitus innocẽtem
abſoluẽdã:⁊ ita pronũtiatũ fuit per Magnificũ.U.J.D.dñm
Colucciũ copulã auditorẽ comitis ruborũ cui⁹ predicte mulie-
res erãt vaſalle ⁊ ſub eius iuriſditione. Ego Thomas Gra
maticus.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolita-
nus Juris Utriuſqʒ Doctor.

## Summarium.

2 Percutiens cum baculo licet non habuerit animũ occidendi
attamen quando percuſſit in capite preſumitur habuiſſe ani-
mum occidendi.
3 Famulus ſeu famula dum reperitur in domo non mortua pre-
ſumitur a domino domus occiſus vel a domina ſi dominus eſt
abſens.
Percuſſio in capite eſt magna et periculoſior ꝙ in reliqua par
tes corporis.
4 Preſumptio vna tollit aliã.
5 Percutiens cum baculo non videtur habuiſſe animum occi-
dendi.
6 Jn percutiente animus occidendi vel non preſumitur ex gene-
re armorum.et nume.7.
8 Factis datur voluntas intelligi et multa circa demonſtrationẽ
voluntatis ex verbis.
10 Percutiens cum baculo dum potuiſſet percutere cum ferro et
occidit non punietur vt homicida.
11 Damnari quis non poteſt ad mortem nec pena ordinaria im-
poni dum quis ex preſumptionibus damnatur ſed mitior
pena.
12 Preſumptio vna tollit aliam et pariter vnum indicium tollit
aliud et vna coniectura tollit aliam.
13 Occidens aliquem vltra propoſitum et non ex deliberatiõe pre
cedenti ⁊ quaſi verberauit cum baculo ſeu aliter:nõ tenetur de
occiſo ſed mitiori pena.
14 Pena delicti eſt temperanda alicui dum iuſto dolore cõmotus
crimen commiſit.
15 Jniuriam ſi mihi feciſti dicto vel facto et ego prouocatus ſimi-
liter intuli tibi iniuriam non ſum condemnandus ſed mitius
puniendus.

Jniuriam

UVA. BHSC. IyR_279_2

17 Iniuriam ſi mihi verbis feciſti ⁊ ego gladio te offendi de mino
ri pena erit mihi ſubueniendum.
19 Pena capituli ſi quis pro aliquo delicto venit plectendus iu-
dex tamen poteſt ex cauſa penam predictam minuere.
20 Pena mortis quando venit imponenda pro homicidio et ex
aliqua cauſa minoratur pena eo caſu pena non poteſt extendi
vt ſit corporalis ſeu corporis afflictiua ſed pecuniaria vel alia
dummodo corpus non affligatur.
21 Pena homicidij licet ſit pena mortis tamen eſt in facultate iu-
dicis ipſum non condemnare ad mortem: ſed deportare ſi
vult.
22 In penis corporalibus mitius punitur nobilis ꝙ popularis ⁊
ſic nobilitas alleuiat penam delicti.
23 Pena corporalis quelibet eſt maior qualibet pecuniaria.
24 Delinquens quando non fuit aſſuetus delinquere nec proba-
tur alias deliquiſſe niſi ſemel tantum poterit eo caſu iudex pe-
nam ordinariam minuere imo ⁊ indulgere.
25 Homicida quilibet non decapitatur ſed is demum qui eſt hu-
milioris vite qui vero eſt honeſtioris vite deportatur.

## Votum.XXIII.

**C**Onditoris machi-
ne mundialis preſidio poſtulato amen.
¶ In cauſa Magnifice Lauine de An-
nychino cum Reuerendiſſimo fiſco ſu-
per homicidio commiſſo in perſonam
argentine eius Alumne liquet enim ex
proceſſus meritis quod cõperta pre-
gnante Argentina predicta ex nobili Antonio Carnago vt aſ-
ſerebatur et viro eiuſdem lauine: et quam Argentinam laui-
na ipſa premaxime diligebat pre nimio dolore ac diſplicentia
cõmota eãdẽ Argẽtinã baculo pluribꝰ ictibꝰ verberãdo peuſſit
⁊ vltio in capite percuſſa cecidit ⁊ tãdẽ mortua eſt. Heſitatũ fuit
igitur qua pena nobilis lauina ipſa plectenda veniret. Et licet
predicta Lauina ſemper negaſſet licet pluries examinata ſuper
homicidio predicto per eandem commiſſo. Attamen quia fa-
mula ipſa fuerat occiſa in eius domo ex iuris pſumptione pre-
ſumebatur ab eadem domus interfecta ſtante abſentia diutur-
na eius viri. Ita voluit Dynus in .l. prima. §. ſi quis in villa. ff.
ad ſylla. Bartolus Buxiẽ. in queſtionibus dominicalibus vt
refert Joannes andreas in capitulo ſignificaſti. de homicid. et
idem Calcaneus in conſilio ſexageſimo incipiente vẽturati fra-
tres quarta columna et conſuluit dominus Catho. ſaccus Co-
mes ⁊ Miles inter conſilia Calcanei conſilio ſexageſimotertio
quod incipit ⁊ placet ſuprascripta cõcluſio. Attamen ex predi
cta preſumptione ⁊ alijs indicijs dum per magnam curiaꝫ fuiſ
ſet mandatum vt accedere debuiſſet ad caſtrum nouum confeſ
ſa eſt ſponte prout ſupra in themate premiſſo. Et certe prima fa
cie dicendum videretur quod pena mortis que ob homicidiuꝫ
inferri debet per text. in .l. tertia. C. de epiſcopali audientia cum
vulga. et maxime cum in capite percuſſerit. Et licet conſideran
da ſit qualitas inſtrumenti offenſiui: prout eſt baculum. Atta-
2 men quia cum ipſe percuſſit † in capite preſumitur habuiſſe ani
mum occidendi. tex. eſt et ibi docto. in capitulo ſignificaſti. el ſe
cundo de homici. in fi. et voluit Bartolus in .l. prima. §. diuus
Adrianus. ff. ad legem corneliam de ſiccarijs. Angelus in tra-
ctatu maleficiorũ in verſi. ſcienter ⁊ doloſe in verſi. ⁊ dictus Ti
tius ex interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit verſiculo
ſed aduertas ne erres: maxime cum caput ſit membrum diuinũ
ſecundum Ariſto. ⁊ de facili eo leſo omnes ſpiritus ab eo deſcẽ
dentes deficiunt: prout refert Baldꝰ in .l. prima. §. ad hec quar
3 ta columna. de pace iuramento firmãda. † Accedit inſuper quia
percutere in capite eſt magis periculoſuꝫ quam in reliqua par-
te corporis dixit Raph. in conſilio centeſimo trigeſimoquarto
Antonius de Butrio ⁊ Joannes andreas in dicto capitulo ſi-
gnificaſti. el ſecundo. qui ſubdunt quod raro liberatur qui
percutit in capite quod maxime dicunt hoc vigere Bono-
nie.
¶ Sed premiſſis non obſtantibus contrariam ſententiam ar-
bitror de iure veriorem ex infraſcriptis: ⁊ primo nam licet per-
cutiens cum baſtono in capite preſumitur habere animum oc-
cidendi per ſupradicta. tamen hec preſumptio poteſt tolli per
4 aliam preſumptionem † cum vna preſumptio tollat aliam. l. di
uus. C. de in integrum reſtitutio. capitulo auditis. extra de cri-
mi. falſi. capitulo tuam. ⁊ ibi gloſſ. de ſponſa. ⁊ voluit Baldus
in .l. pacomeuius. ff. de heredibus inſtituendis. Joannes an-
dreas in ſuo conſilio duodecimo incipiente viſis inſtrumentis
tertia columna. Alexander conſilio centeſimotertio incipiente
videtur ſeptima columna primo volumine ⁊ quod preſumi nõ
5 debeat habuiſſe animum occidendi oſtendi poteſt. † nam ver-
berauit ſeu percuſſit cum baculo quo caſu non videtur habuiſ
ſe animum occidendi. ita dixit Baldus in proemio ſſorum. ter-
tia columna. ⁊ ibi dicit quod percutiens cum baculo non tene-
tur de vulnere letali ex quo ceſſat animus occidẽdi. pro quo fa
ciunt in argumentum dicta per eundem Baldum in. l. ſolum.
6 quinta columna. C. de teſti. et quod † ex genere armorum depre
henditur animus occidendi. tenet Franciſcus de aret. in con-
ſilio trigeſimoſecundo incipiente ſic dicit quarta columna ⁊ con
ſilio centeſimoquadrageſimoſeptimo incipiente viſa conſulta
tione ſexta columna. Alexander conſilio centeſimoquadrageſi-
mo in ſecundo volumine et conſuluit etiam Soci. conſilio cen-
teſimoſeptuageſimonono incipiente primo aſpectu eſt. Nam ſatis
7 quidem eſt animus occidendi colligi apparet ex genere armo-
rum quo quis percutit per text. in .l. prima. ff. de ſicca. ⁊ in capi-
tulo ſignificaſti. de homicid. ⁊ not. Bar. in .l. diuus. ff. ad .l. cor-
neliam. de ſicca. Cy. in .l. is qui cum telo. C. eodem tit. ⁊ in .l. eum
qui. C. de ſiccarijs. ⁊ in .l. prima. ⁊ ibi Baldus ⁊ doc. C. de emen-
datione ſeruorum.
¶ Secunda preſumptio eſt: nam domina lauina ipſa videns
argentinam cecidiſſe ſtatim vt teſtes met producti per reue-
rendiſſimum fiſcum deponũt ſatis egre tulit dicendo eiſdem
teſtibus cp non credebat tantum offendiſſe eandem argenti-
nam. et ſic deſcendit ad cameram capiendo zuccarũ cum aqua
vt eidem ſuccurreret. Ex quibus ſatis verbis et factis demon-
ſtratur eius animus et qđ non animo occidendi percuſſerit: et
8 quod factis detur voluntas † intelligi eſt textus in .l. reprehen-
denda cum vulgari. de inſtitutionibus et ſubſtitutionibus ta-
lis enim preſumitur animus qualia ſunt facta ſecundum Lu-
douicum conſilio nonageſimoſexto incipiente in chriſti nomi-
ne amen. Super eo queritur. hinc ergo eſt quod predicte domi
ne lauine valde indoluit poſtꝙ cum zuccaro et aqua acceſſit et
non valuit illã adiuuare: et ideo ſe triſtem exhibens dixit che
non credeua hauere li facto tanto male: et ideo ſatis ex verbis
et geſtis perpendit eius animus. Nã mens eſt radix verborũ ⁊
eius ſubſtantia prima ⁊ cor eſt impator lingue et habet eam ſi-
cut mancipium ſub ſua iuriſdictione et quod lingua cedit cor
di et ſub iugo mentis verba exiſtunt tanꝙ ſub ſuo imperio ori-
ginali: ita dicit egregie Baldus in capitulo mandatum pri-
ma columna extra de reſcriptis preſumitur enim quis velle cp
verbis expreſſit. Nam verba ſunt note earuꝫ que ſunt in animo
paſſionum. l. labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellec. lega. ita di-
cit Bald. in capitulo primo de teſti. ⁊ in. c. ſuper literis. quinta
columna de reſcriptis. allegando Caſſiodoruꝫ dicentem quod
nullum eſt magis mẽtis noſtre teſtimonium ꝙ qualitas inſpe
cta verborum. ⁊ idem voluit Baldus in .l. voluntatis in fi. C. de
fideicommiſſ. et ſubdit quod non credimus hominem velle ni-
ſi id quod dixit. et ideo dixit Baldus in lege ea que circa prin-
cipium. C. quomodo et quando iudex. quod vox eſt mentis
euidentiſſimum argumentum: et alibi lingua eſt organum
intellectus ſeu nuntius intellectus ita dicit Baldus in conſi-
lio ſciſmatis poſito ſub Rubrica. C. ſi quis aliquem teſtari pro
hibuerit. et ideo dicit Baldus in capitulo primo extra de con-
ſtitutio. quod vbi habemus ſonum verborum non egemus in-
terprete et Bal. in. c. ex tranſmiſſa de reſtitutio. ſpoliatorum. di-
cit quod vox eſt inſtrumentum datum homini ad ſignificandũ
per labia cor et voluntatem.
¶ Tertia preſumptio erit. Nam nulli dubium quod predicta
domina Lauina erat in eius domo in qua non deficiebant en-
ſes et gladij ⁊ alia arma offenſibilia cum quibus facillime po-
tuiſſet eandem Argentinam occidere ſi voluiſſet aut ſi aliter ne
care decreuiſſet ⁊ ſic potuiſſet ferro percutere et percuſſit cũ ba-
10 culo ⁊ occidit: non ex hoc puniri debet vt homicida. ita in pro
prijs terminis concludit per pulchra media concludẽtia domi.
Hippoly. Marſiliẽſis in .l. prima. §. diuus Adrianꝰ quinta co
lumna. ff. ad legem corneliã. de ſiccarijs. ex quo preſumptio que
reſultat ex percuſſione in capite tollitur ex preſumptione armo
rum cum quibus ille percuſſit. ſicut econtrario preſumptio ar-
morum cum quibus percuſſit tollit preſumptionem ex percuſ-
ſione capitis. imo dicit ipſe dicẽdum eſſe quod iſta preſumptio
armorum cum quibus illa percuſſit debet magis tollere contra
riam preſumptionem quã econtra quia in dubio promptiores
et faciliores debemus eẽ in abſoluendo quam in condẽnando
vt in regula in penis de regulis iuris in ſexto ⁊ in .l. ſemper. de
iure immunita. ⁊ in .l. merito. ff. pro ſocio ⁊ in .l. fauorabiliores
de regu. iuris.
¶ Quarta et vltima preſumptio eſt. Nam ex percuſſione in ca-
pite preſumetur habuiſſe animum occidendi. hoc eſt quod ita

UVA. BHSC. IyR_279_2

1 preſumendum eſſet: †ſed quia ex preſumptionibus nemo poſ-
ſet ad mortem damnari nec imponi delinquenti pena ordina-
ria delicti ſed alia mitior vt dixit Innocētius in capitulo quia
veriſimile. de preſumptionibus. Bal. in. l. non eſt veriſimile. ff.
quod metus cauſa. Abbas in capitulo auditis. extra de preſcri
ptionibus. Antonius de Butrio. ⁊ Abbas in capitulo quan-
to. extra de preſumptionibus. Petrus de Ancharano in regu-
12 la ſemel malus. de regulis iuris. †Unde cum vna preſumptio
tollat aliam ⁊ pariter vnum indicium tollat aliud vt conſuluit
Alexander conſilio ſeptuageſimoſeptimo incipiente: in cauſa
accuſationis. primo volumine. vltima columna. ⁊ vna coniectu
ra tollat aliam vt conſuluit Baldus in conſilio tricenteſimoſe-
cundo. ſecundo volumine. incipiente: proponitur. ⁊ Fulgoſius
conſilio centeſimoſeptuageſimotertio. in cauſa ⁊c. Angelus in
l. iniuriarum. §. ſi quis de honore. ff. de iureiurando. non appa
ret quod animus occidendi interuenerit. imo nullatenus expo
ſito id' perpetraſſe dicendum eſt conſiderata qualitate perſone
in proceſſu producta que probatur pia clemens ⁊ ſatis miſeri-
cordioſa ſuis famulabus ⁊ in ſpecie erga ipſam argentinam
quam pre ceteris diligebat tanquam eius alumnam: vt omnes
13 teſtes teſtantur: †⁊ ideo ex iuris diſpoſitione ſancitum eſt: vt ſi
quis vltra propoſitum aliquem occiderit ⁊ non ex deliberatio-
ne precedenti eundem cuꝫ baculo verberando ⁊ contingat per-
cuſſum ex ipſa percuſſione mori: quod tamen de occiſo non te-
nebitur: ſed alia minori pena puniri debet cum vltra eius ani-
mum ⁊ propoſitum deliquiſſe pernoſcatur: ita ſingulariter con
ſuluit Paulus de Caſtro in conſilio centeſimononageſimoſe-
cundo. incipiente in cauſa carceratorum. vbi reſpondet ad om-
nia obſtacula que adduci poſſent: ⁊ ſequitur Auguſti. Arimi.
in additionibus ad Angelum in tractatu malefic. in verſiculo
appenſate. in fine. in verſicu. ⁊ dictus Andreas Armatus ⁊ ſe-
quitur Hippolytus Marſi. in ſingular. ſuis. in ſingu. clxxvj. in
cipiente: voluntas.

¶ Primo conſiderandum eſt prout etiam teſtes fiſci deponūt
quod audito nouo pregnationis prefate per eandem lauinam
⁊ quod ex eius viro concepiſſe dicebatur ſatis ſuperqꝫ liquet
exiſtente illa eius alumna ⁊ chariſſima quod fuerit iuſto do-
lore commota ſeu turbata ⁊ querendo certiſſime ſcire ex quo
conceperat eandem verberare. vnde ſi iuſto dolore commo-
14 ta ſeu turbata id contingit † debet pena delicti temperari
per. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adulte-
rijs. ⁊ per dictum Speculatorem in titulo de accuſationibus.
§. primo. verſic. quid ſi me vocaſti latronem. vbi ſingulariter di-
15 xit quod ſi dicto vel facto feciſti mihi iniuriam † ⁊ ego prouo-
catus ex hoc ſimiliter intuli tibi iniuriam quod ex hoc non
ſum condemnandus: ſed mitius puniendus ⁊ idem tenet Flor.
in. l. prima. §. cum arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe di
catur. vltima columna. ⁊ Angelus in tractatu malefic. in verſi-
culo verba contumelioſa. in ſecunda charta. verſicu. quid ſi ali-
17 quo dicto † vel facto ⁊ ſi cum verbis iniurioſis me offendiſti et
ego gladio te offendi de minori pena erit mihi ſubueniendum:
ita pulchre ⁊ ſingulariter Angelus in dicto. §. imperatores. et
ſequitur Auguſti. Arimi. in dicto verſiculo verba contumelio-
ſa. verſicu. ⁊ idem Titius ſe defendendo. Unde ſuccedit quod
cum commiſerit homicidium maximo dolore commota non
debet lauina ipſa ex huiuſmodi homicidio ad mortem damna
ri reſpectu ipſius doloris.

¶ Concurrente quoqꝫ eius honeſtate ac nobilitate ⁊ vilitate
18 ipſius argentine eius pediſſeque: † ⁊ ſic iuſto dolore commota
non debet vt homicida puniri ſed minori pena per textū in di-
cta. l. ſi adulterium. §. imperatores. quem pro ſingulari allegat
Angelus in tractatu malefi. in verſiculo ⁊ dictus Titius ſe de-
fendendo. tertia columna. Paulus de Caſtro in preallegato cō
ſilio centeſimononageſimoſecundo. in cauſa carceratorum. vlti
ma columna. Franciſcus de Are. in conſilio centeſimoſexageſi-
moquinto. incipien. ſicut. Joannes in Apocalypſi. vltima co-
lumna. gloſ. in. l. nec in ea. §. finali. ff. de adulterijs. Abbas in ca
pitulo dilecti filij. extra de reſcriptis. ⁊ in capitulo primo. extra
de iureiurando. Ludouicus in. l. cum mulier. trigeſimatertia
columna. verſiculo aduerte tamen quod etiam offenſa. ff. ſoluto
matrimonio. ⁊ hoc per dictum. §. imperatores. cum difficillimū
ſit magnum temperare dolorem.

¶ Primo licet pro delicto veniat quis pena capitis plectēdus
19 attamen †ex cauſa iudex poteſt huiuſmodi penam mitigare: ita
probat textus in. l. prima. ff. ad legem corneliam de ſicarijs. Et
ideo licet dici conſueuerit iudicem nō debere eſſe clementiorem
lege per textum in. l. reſpiciendum. ff. de penis. ⁊ in. l. finali. C. ne
mancipium chriſtianum nihilominus poterit iudex ex cauſa
penam minuere ſeu augere. ita voluerunt Doctores communi-
ter in. l. hodie. ff. de penis. ⁊ in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff.
de his qui notantur infamia. Baldus in. l. ⁊ ſi ſeuerior. ff. de in-
famibus. Baldus ⁊ Ludouicus in. l. quod ſeruus. ff. de con-
dictione ob cauſam iuxta textum in. l. tertia. C. de epiſcopali au-
dientia.

¶ Modo ſic quando pro homicidio venit de iure imponen-
da pena mortis ⁊ ex aliqua cauſa minoraretur pena eo caſu pe-
na predicta non poteſt extendi vt ſit †corporalis ſeu corporis af-
20 flictiua ſed pecuniaria vel alia dummodo corpus non affliga-
tur. ita probatur in. l. adulterium. §. imperatores. ⁊ ibi Docto-
res ⁊ probatur in. l. ſi quis in graui. §. ſi tamen maritus. ff. ad
ſyllan. ⁊ in. l. graccus. C. de adulterijs. ⁊ in. l. lex iulia. §. finali. ff.
ad legem iuliam repetundarum. quam pro nota. allegat Bal-
dus in. l. aditos. C. de epiſcopali audientia. ⁊ in. l. prima. quin-
ta columna. C. ne de ſtatu defun. Angelus in tractatu malefic.
in verſiculo preſente gayo ⁊ appellante. verſiculo quid autem ſi
non obſtante. el primo. accedit inſuper quia licet homicida qđ
facit ſemper expectat iuxta textum in. l. tertia. C. de epiſcopali
audientia. attamen eſt in facultate iudicis ipſum non condem-
21 nare: † ſed deportare ſi vult: ⁊ preſertim quando ex iracundia
motus id fecit etiam ſi eſſet orta aliter quam ex facto offenſi per
textum in. l. lex iulia. §. finali. ff. ad legem iuliam repetundaruꝫ.
⁊ voluit Ludouicus in preallegata. l. cum mulier. trigeſimaſe-
cunda columna. ff. ſoluto matrimonio. quam legem pro valde
notata allegauit Baldus in. l. aditos. C. de epiſcopali audien-
tia. Paulus de Caſtro in dicto conſilio centeſimononageſimo
ſecundo. ⁊ pro mirabili refert ⁊ ſequitur Felinus in capitulo di
lecti filij. nona columna. verſiculo ſecunda declaratio. extra de
exceptionibus. ⁊ ita etiam dixit Angelus in tractatu malefic.
verſiculo preſente gayo ⁊ appellante. verſiculo quid autem. ⁊ ſe
quitur Hippolytus Marſi. in ſingulari ſuo centeſimotrigeſi-
mo. incipien. homicida. ⁊ in alio ſingulari ſuo ducenteſimo. in-
cipien. occidens. ⁊ ſic conſiderando etiam quod prefata lauina
22 eſt †de nobili genere nata ⁊ in penis corporalibus mitius puni
tur nobilis quam popularis per textum in. l. nemo. ⁊ ibi per
Cynum. C. de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. ⁊ facit. l. hac edi
ctali. §. primo de pace iura. firma. ⁊ tenet Albericus de Roſate
in. l. preſbyteri. C. de epiſcopis ⁊ clericis. ⁊ Lucas de pen. in. l.
prima. C. de conductoribus ⁊ procuratoribus. libro. xj. ⁊ idem
Lucas in. l. mulieres. C. de dignitatibus. libro duodecimo. ſe-
cunda columna. verſiculo vltimo nota. ⁊ Paris de Puteo in
tractatu ſyndica. in verſiculo inſtitia ⁊ eſt textus in proprijs ter
minis in capitulo finali. de penis. ⁊ bene etiam facit textus in
l. capitalium. §. venenarij. ff. de penis. ⁊ ibi gloſſa ⁊ ſic nobilitas
facit alleuiari penam: vt dicit textus in capitulo qui contra. vi-
geſimaquarta queſtione prima. ⁊ in capitulo finali. extra de pe
nis. ⁊ probauit ſe optimam chriſtianam ſatis piam ⁊ miſericor
dioſam.

¶ Aduertendum cenſeo ad qualitatem pene ſibi imponende
cum in penis habeatur reſpectus ad dignitatem perſonarum
23 ⁊ conditionem. †nam viliores durius puniuntur ⁊ inde eſt qđ
illud quod dicitur quod quelibet pena corporalis eſt maior
qualibet pecuniaria per. l. in ſeruorum. de pen. Bartolus in. l.
prima. §. finali. ff. eodem titulo hoc enim prout dicitur habet lo
cum in perſonis nobilibus non autem in perſonis vilibus. et
idem poſt Bartolum tenet Salicetus in. l. ⁊ ſi ſeuerior. ſecunda
columna. C. ex quibus cauſis infamia irroga. ⁊ Alexand. in di-
cta. l. prima. in fine. ff. de penis.

¶ Concurrente quoqꝫ honeſtate ⁊ bonitate maxima ipſius no
bilis Lauine probata: ⁊ quod ex iuris diſpoſitione quando
perſona inquiſita eſt honeſta ⁊ non aſſueta delinquere nec pro
batur alias deliquiſſe niſi ſemel tantum poterit eo caſu Iudex
24 †penam ordinariam minuere imo ⁊ indulgere vt in. l. poſt ido-
neum. C. quibus modis infamia irrogatur. ⁊ in. l. ⁊ ſi ſeuerior.
⁊ in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui notantur infa-
mia. ⁊ in. l. in ſeruorum. §. penultimo. ⁊ in. l. reſpiciendum. ff.
de penis. ita per predicta iura ⁊ alia voluit in ſpecie Sandinus
in additionibus ad Angelum in tractatu maleficiorum ſub ru
brica vtrum pena poſſit augeri. prima columna. ⁊ dicit in ſpe-
cie Salicetus in. l. is qui cum telo. in vltima columna circa me
dium. C. ad legem corneliam de ſicarijs. quod de iure communi
25 non omnis occidens decapitatur: † ſed is demum qui eſt hu-
milioris vite qui vero eſt honeſtioris vite deportatur vt in. l.
qui cedem. §. finali. ff. ad legem corneliam de ſicarijs. ⁊ idem con
ſuluit Cepola in conſilio trigeſimooctauo. ſecunda columna. ⁊
allegat etiam textus in. l. prima. ⁊ ibi Bartolus. ff. ad legem cor
neliam de ſicarijs. ⁊ facit bene textus in. l. prima. C. de emenda-
tione ſeruorum. vbi dominus percutiens ſeruum etiam ſi ex
percuſſione moriatur non punitur niſi occidendi animo id
fecerit.

¶ Et ſic ex premiſſis ſum voti predictam dominam Lauinam
eſſe per

UVA. BHSC. IyR_279_2

eſſe per ſeptennium in inſulam deportandam ⁊ in eodem voto fuerunt ceteri Magnifici Judices ipſius Magne Curie approbante vniformiter reuerendiſſimo Collaterali Concilio coram Illuſtriſſimo domino Prorege aſſiſtente ⁊ nemine diſcrepante ita executum fuit. Thomas Gramaticus Judex Magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus Juris Utriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 ¶ Inimicus dicitur etiam qui habet cauſam inimicandi.
2 Confeſſus homicidium aſſerendo illud feciſſe ad ſui defenſionē poteſt torqueri vt explicite deponat.
3 Offendens aliquem primo loco cenſetur etiam denuo velle offendere.
4 Robuſtior ⁊ fortior preſumitur aggreſſor.
5 Rixoſus preſumitur rixam incepiſſe ⁊ prouocaſſe.
6 Arma deferens preſumitur habere malum animum.
7 Vulnus tunc dicitur mortale quando ſecundum regulas medicine percuſſus non poteſt euadere mortem vel cum magna difficultate.
8 Vulnus an ſit mortale necne non poſſunt hoc deponere niſi medici.
9 Infirmitas dicitur cauſata ex vulnere in eo qui deceſſit ex quo effectus id eſt mors cauſam oſtendit.
10 Vulneratus quod deceſſerit ex vulnere probatur ab effectu: videlicet quod mortuus eſt ⁊ ſic exitus acta probat.
11 Vulneratus ſi duxit medicum ignarum ⁊ bibit vinum purum ⁊ alia contra regulā medicine fecit: dum vulnus eſſet in capite facit vt vulnerans non teneatur de morte ſecuta.
12 Vulnus poteſt iudicari mortale ⁊ non mortale ex iudicio medicorum.
13 Vulneratus ſi fecit inordinatam vitam facit vt mors ſecuta ſibi imputetur.
14 Moriens ſeu offenſi exculpatio in fauorem alicuius inculpati contra quem exiſtunt indicia facit preſumere indicium innocentie.
15 Prohibitio morientis per quam prohibiti ſunt per monētem querulari contra inquiſitum facit vt ſit impoſita neceſſitas heredibus vt contrauenire non poſſint diſpoſitioni decedentis.
16 Judex licet procedat ex officio in caſu in quo non poterat contra aliquem inquiſitum ⁊ inquiſitus ipſe non opponit ante litis conteſtationem: tamen non impeditur poſtea opponere et proceſſum irritare.
17 Judex vbi procedit ad querelam ⁊ ad inquiſitionem facit proceſſum nullum.
18 Homicida licet regulariter ſit pena mortis puniendus tamen poterit Judex ex cauſa ipſam penam mitigare ⁊ diminuere ibidem.

## Votum.XXIIII.

Redemptoris gentium ſuffragio iterato. Amen. In cauſa Nicolai Jacobi de Montella cum reuerendiſſimo Fiſco ſuper homicidio cōmiſſo in perſonam preſbyteri Troiani dum negaſſet homicidium prefatum ſe commiſiſſe: ſed ſi commiſſum fuiſſe appareret illud ad ſui neceſſariam defenſionem feciſſe. Contingit ergo heſitari an concurrente cauſa inimicandi ⁊ remiſſione inſtrumentaria predicti preſbyteri Troiani producta per eundem Nico. Jac. poſſit ad torturam procedi vt explicite deponat. ita extante declaratione inſtrumentali facta per ipſum preſbyterum Troianū in qua fatetur quod ipſe per prius offenderat eundem Nicolaū Jaco. ⁊ nunc iterum querebat eūdem offendere. ⁊ ideo ſibi remiſit quia ex iuſta cauſa ipſum vulnerauerat. Concurrente quoq; quod vulnus nō fuit mortale ſed ex mala curatione medici ac ex malo regimine ipſius defuncti: qua pena veniat Nicolaus Jacobus ipſe plectendus.

1 ¶ † Et circa primum nulli dubium quod habens cauſam inimicandi dicitur inimicus: dixit ſingulariter Barto. in. l. prima ff. de his quibus vt indig. ⁊ idem Bal. referens Innocen. in. l. preſcriptione. antepenultima columna. C. ſi contra ius vel vtilitatem publi. ⁊ in conſilio ſuo. cccxvj. incipien. preſuppoſito ſtatu. prima columna. in quarto volumine. Abbas in. c. repellantur. ⁊ in. c. cum oporteat. de accuſationibus. Concurrēte quoq; inſtrumento remiſſionis prefato ex quo inficiari nullatenus poteſt quod delictum ipſum non fuerit commiſſum per eundē Nicolaum Jacobum ⁊ ſic predictis extantibus exiſtente eius confeſſione quod ſi feciſſe probaretur id fecit ad ſui defenſionē
2 euitari non poterit quin ſubijciatur queſtionibus † ⁊ tormentis vt explicite deponat. ita in ſpecie dixit Baldus in. l. vnica. C. de confeſſ. decima columna. verſicu. ſi tamen Judex. vbi dixit quod ſi Judex vult cautius procedere ne incidat in opiniones Doctorum mediantibus tormentis cogat reum ſimpliciter cōfiteri quia poteſt ex quo habet pluſquam indicia ⁊ iſtam deciſionem Baldi refert ⁊ ſequitur dominus Antonius de Alexā. in additio. ad Barto. in. l. prima. §. ſi quis vltro. ff. de queſtio. que incipit pone reus vbi ſubdit eſſe not. ⁊ quod alias ipſe dubitauit: ⁊ idem pro cautela quod in huiuſmodi caſu iudex ponat reum ad torturam tenet Lanfran. de Oriano in repetitio. c. quoniam contra. verſicu. confeſſiones. prima charta. verſiculo iuxta premiſſa quero. extra de probationibus. ⁊ per prefata dictus prefatus Nicolaus Jacobus ad locum torture confeſſus fuit explicite eūdem preſbyterum Troianum vulneraſſe dum eundem Nicolaum Jacobum inſequeretur ⁊ quod ab eodem per prius aggreſſus fuerat intus quandam domum in qua captus per ipſum ⁊ denudatus fuit oleo calido ac feruentiſſimo decoctus. quo quidem etiam probato per teſtes Curie reſultat preſumptio qua conjecturatur quod prefatus Nicolaus Jacobus ipſum preſbyterum Troianum ſecundo loco aggreſſus fuerat arg. tex. in. l. ſi cui. ff. de accuſa.
3 ¶ † Nam qui primo loco offendit cenſetur etiam denuo velle offendere vt patet per regulā ſemel malus. de regulis iur. ⁊ in. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. ⁊ in. l. vel vniuerſorū. ff. de pignor. actio.

¶ Secundo conſidero ex defenſionibus ipſius inquiſiti liquido conſtare eundem eſſe imparem viribus eodem Preſbytero Troiano ⁊ ſic ipſum preſbyterum Troianum eſſe fortiorem
4 ac robuſtiorem † ipſo Nicolao Jacobo ob quod reſultat ex iuris diſpoſitione quod ipſe preſbyter Troianus fuit aggreſſor. ita concludit Flori. poſt Rayne. in. l. prima. §. cum arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. ⁊ tenet Felinus in. c. capitulum. el primo. xvj. colum. extra de reſcriptis. ⁊ in. c. primo. ſecunda columna. extra de treug. ⁊ pace. ⁊ conſuluit Bartho. Cepola in conſilio vigeſimooctauo ⁊ vigeſimonono. incipiente: vno ⁊c.

¶ Tertio ex meritis eiuſdemmet proceſſus compertum eſt ipſum preſbyterum Troianum fuiſſe dum viueret ſatis ſcandaloſum ac rixoſum ⁊ econtra prefatum Nicolaum Jacobum ſatis longe pacificum ⁊ morigeratum: ex quibus reſultat quod per prius preſbyter Troianus ipſe tanquam rixoſus eundem
5 Nicolaum Jacobum † ad rixam prouocauerit: ⁊ ſic quod per prius ipſe aggreſſor fuerit. ita dixit Cardina. in clemen. prima. de homicid. in. xxij. queſtio. vbi concludit quod repertis duobus adinuicē rixantibus ⁊ neſcitur quis primo inceperit aliū inſultare preſumendum omnino erit contra magis rixoſum reſpectu ſue conſuetudinis per text. in predicta. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. ita in ſpecie conſuluit Cepola in preallegatis duobus ſuis conſilijs: ⁊ ante eum idem in terminis reperio tenuiſſe Albericum de Roſate in. l. vt vim. ff. de iuſtitia ⁊ iure.
6 ¶ † Quarto conſtat predictum Preſbyterum Troianum die qua vulneratus extitit arma ſcilicet enſem detuliſſe: ex qua armorum delatione liquet ex iuris diſpoſitione habuiſſe malum animum ⁊ precogitaſſe de inſultu ſeu rixa per gloſſ. nota. in auten. de pace tenen. in. §. mercator. glo. in. l. licet. C. de pactis Bal. in. l. raptores. C. de epiſcopis ⁊ clericis. Innocentius in. c. continentia. extra de cleri. percuſſo. ⁊ ſic quod ipſe fuerit prouocator dicto. §. cum arietes. ⁊ ibi Floria. Bar. in. l. ſi ex plagijs. in. §. tabernarius. ad legem aquil. Ange. de Are. in. §. inſgentium inſtitu. de iure naturali gen. ⁊ ciuil. Saly. in. l. ſecunda. C. ad legem corneliam de ſicarijs. Cepola in dicto conſilio vigeſimooctauo ⁊ vigeſimonono: ⁊ eo magis cum arma offenſibilia ſint clericis interdicta etiam contra hoſtes ⁊ predones per tex. in. c. fina. de clericis percuſſo. ⁊ in. l. is qui cum telo. ad legem corneliam de ſicarijs.

¶ Quinto conſidero quod vulnus illatum prefato preſbytero
7 Troiano non fuit mortale ex quo tunc dicitur † vulnus mortale in homine quando ſecundum regulas medicine ille percuſſus non poteſt euadere mortem vel cū magna difficultate. iuxta no. in. l. ab hoſtibus. §. finali. ff. ſoluto matrimonio. ⁊ in. l. ſi maritus. ff. loca. ⁊ voluit in ſpecie Bald. in. c. primo. in fine prime col. quibus modis feud. amitta. ſed in caſu de quo agitur depoſuerunt duo magis experti medici. inter quos eſt quidam ma-



UVA. BHSC. IyR_279_2

giſter Joan. magni nominis ⁊ fame in tota illa prouincia qui dixit q̄d ille chyrurgicus q curauit vulnus mirabiliter errauit extrahendo ꝑ vim vnico ꝯtextu oſſa a capite ⁊ q̄ illud vulnꝰ nō erat mortale ⁊ q̄ poſt vulnꝰ illatū ⁊ impoſita medela q̄ vulgariter dr̄ la ſtoppata nō debuiſſet vulnus diſcooperiri nec aliter videri ſeu mederi vſq; ad vigintiquatuoꝛ hoꝛas ⁊ ipſe vero tanq̄ ignarus ⁊ ruſticus ac minus expertus cū neſciat legere nec ſcribere ⁊ intra tres hoꝛas poſt vulneratiōnē ⁊ medelam diſcooperuit iterum vulnus. item ⁊ plus quod vulneratus poſt vulnerationem predictam fecit maximum motum ⁊ contra regulas medicine quia diſceſſit a terra leonum poſt tres dies a die illati vulneris ⁊ acceſſit ad terram Montelle. Item quia ipſe vulneratus ſemper voluit bibere vinum ⁊ purum: ⁊ ſubdit vnus ex teſtibus quod dum debuiſſet bibere aquam bibit vinum purū ⁊ licet aliqui depoſuerint vulnus fuiſſe mortale: attamen ſunt idiote ⁊ non chyrurgici nec periti in arte: ⁊ ſic eorum dictis nulla eſt adhibenda ratio cum ſuper hoc an vulnus ſit mortale nec
3 ne non † poſſunt deponere niſi medici. vt dixit Andre. de Iſer. in conſtitutionibus regni ſi damna clandeſtina. ⁊ ideo potius ſtari debet dicto medicorum deponentium vt ſupra vt voluit Barto. in. l. prima. §. primo. de ventre inſpic. ⁊ in. l. ſi in rixa. ff. de ſicarijs. Bal. in. l. ſi vulneratus. ff. ad legem aquiliam. Cano. in. c. propoſuiſti. de probatio. intantum q̄ ſi periti dixiſſent vulnus eſſe moꝛtale ⁊ peritiores dicerent contrarium ſtandū erit peritioꝛibus voluit Barto. ⁊ Docto. in proemio digeſtorum. ⁊ maxime dum reddunt optimas cauſas ſcientie prout in caſu preſenti ⁊ illi contrariū aſſerentes ſint mere idiote ⁊ nullam reddant rationem: ⁊ ſic ſtandum erit potius teſtibus rationem et cauſam reddentibus quam alijs ipſam non aſſignantibus. ita dicit Bal. in. l. preſbyteri. vltima columna. C. de epiſcopis ⁊ clericis. Ludo. in. l. j. in prin. ff. de ope. no. nun.

¶ Nec militaret replicare q̄d dicta infirmitas ſit cauſata ex vul
9 nere predicto ⁊ ideo † predictus inquiſitus tenetur de occiſo q̄ effectus id eſt moꝛs ſequuta cauſam oſtendit vt in. l. prima. C. de ſicarijs. ita dixit Bald. in proemio digeſtorum. in princip. columna tertia. ⁊ ſentit etiam Bal. in. c. j. quib. mod. feu. amitta. Ange. ⁊ Salic. in. l. j. C. de emenda. ſeruo. ⁊ Cepo. in conſi. xxiij.
10 vbi declarat † q̄ aliquem eſſe moꝛtuum ex vulnere probatur ab effectu videlicet q̄ moꝛtuus eſt ⁊ ſic exitus acta probat. ⁊ ita etiā dicit Bar. in ſuo tractatu de percuſſo. nam reſpondetur quod preallegata procedunt quo ad effectum irregularitatis contrahende quia quo ad hoc quis facilius ſit homicida q̄ vbi agitur de pena moꝛtis inferenda in iudicio ſeculari vt colligitur ex notatis in. c. ad audiētiam. ⁊ in. c. penul. de homici. ita in proprijs terminis tenet Bartho. vero. in ſuo conſi. xlj. co. vj. ſed hic non agitur quo ad effectum irregularitatis ergo ⁊c.

¶ Uerum cum ex prenarratis appareat predictum preſbyterū Troianum habuiſſe medicum ignarum ⁊ imperitum ⁊ q̄ ſem per bibit vinum ⁊ purū: vt dicunt teſtes ⁊ contra regulas me-
11 dicine † dum eſſet in capite vulneratus ⁊ alia prenarrata fecit. ſequitur q̄d non tenetur de moꝛte ſequuta. ita dixit Felinus in c. preſbyterum. j. colū. extra de homicid. ⁊ ibi ſubdit idem eſſe ſi vulneratus inoꝛdinate vixit poſt vulnus. ⁊ allegat Bald. idem tenere in. l. qui occidit. ff. ad legem aquil. ⁊ ibi Floꝛia. ⁊ adducit etiam Bald. in. l. ſimpliciter. iiij. colū. C. de edili. actio. vbi dixit quod vitium medici vel malicia medicine excuſat vulnerantē: ⁊ idem tenet Alberi. de Roſa. in. ij. parte ſtatu. queſt. xxxvj. incipien. item quid ſi aliquis ⁊ Cepo. in conſilio. lxij. incipien. magnifice ac generoſe. ⁊ Soci. conſilio. clxviij. incipien. primo aſpectu. imo plus dixit Angel. in. l. q̄d ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de edil. edic. q̄d ſi ex iudicio medicorum poteſt vulnus iudicari ad
12 vitam † ⁊ ad moꝛtem eo caſu ſi adhibetur medicus ignarus et moꝛitur vulneratus non erit imputandum vulneranti. ⁊ ideo Barto. in. l. ſi ab hoſtibus inuebit aduerſus adhibentem medicum qui neſcit vnam literam. ⁊ propterea ſatis pulchre dixit
13 Bald. in additio. Spec. ſuper rubrica de homici. † q̄ ſi conſtat de inoꝛdinata vita infirmi moꝛs ſuperueniens ſibi imputabitur ⁊ faciunt late dicta Floꝛia. in. l. ait lex. §. primo. ff. ad legem aquil. ⁊ ideo eſt concludendum q̄d licet poſſit inferri vulnerantem dediſſe cauſam moꝛti non ex hoc videtur dediſſe moꝛtem adeo q̄d puniri debeat de moꝛte. ⁊ ideo predicta regula non debet ita generaliter ⁊ indiſtincte intelligi ſed eſt intelligenda q̄n cauſa de per ſe fuit acta naturaliter ad inferendum damnum: ſecus ſi non de per ſe fuit acta ad damnum inferendū: ſed ipſe damnum paſſus produxit cauſam ad effectum ſeu ad ipſum damnum vt in prenarratis exemplis ⁊ doctrinis.

¶ Ultimo multum liquere videtur per inſtrumentum remiſſionis in actis productū de innocentia ipſius inquiſiti in quo predictus preſbyter Troianus remiſit omnem offenſam ⁊ vulnus ſibi illatum per prefatum inquiſitum etiam ſi moꝛtē ſequi contingeret aſſerendo maxime quia eundem inquiſitum offenderat ⁊ iterato nunc querebat ipſum offendere: ⁊ ſic per exculpationem ipſius Preſbyteri Troiani qui in dicta remiſſione
14 eundem Joannem Jacobum exculpat † reſultat indicium innocentie pro predicto Joanne Jacobo. ita dixit Bald. in. l. prima. verſi. pone q̄d teſtatoꝛ. C. communia de lega. per. l. paulus. de bo. libe. quam ibi ſequitur Jaſ. ⁊ idem conſuluit Alexander in conſilio. xxiiij. in. ij. volu. v. colum. ⁊ idem Alexander in conſilio primo. in. iij. volu. ⁊ idem Alexan. in. l. ſi quis in graui. §. ſi quis moꝛiens. ff. ad ſyllan. Cepo. in ſuo conſi. ij. in fine. Par. de Puteo in tractatu ſyndica. nullam de predictis faciens mentionem in verſicu. toꝛturam. verſi. ſequitur queſtio quotidiana quinta columna. Petrus Gerar. de petra ſancta. in ſuo ſingulari vigeſimoquinto.

¶ Et quia inſuper in dicto inſtrumento remiſſionis ⁊ exculpationis facte per prefatum preſbyterum Troianum prohibentur expreſſe mater ⁊ fratres ipſius preſbyteri Troiani ⁊ cetere coniuncte perſone querulari ſeu querelas aut denuncias proſequi contra eundem Nicolaum Jacobum: ⁊ ſic imponitur neceſſitas predictis eius ſucceſſoꝛibus aut habere ſue predicte vo-
15 luntati aut diſpoſitioni † conſentire ⁊ nullatenus contrauenire per id q̄d voluit Bald. in dicta. l. prima. circa finem. C. communia de lega. per quod infertur quod noua querela expoſita per eius fratres in audientia prouinciali principatus non ſubſiſtit ⁊ facta non tenet nec proceſſus inde ſequutus virtute querele predicte: tum etiā quia ſtante nullitate querele predicte non potuit ex audientia ipſa ex eius mero officio procedere. nam licet in homicidio clandeſtino poſſit ex officio procedi: tamen requiritur legitimus denunciatoꝛ ⁊ proceſſus aliter factus eſt inualidus ⁊ nullus vt patet in. c. regni. incipien. vt delatas q̄ capitulum irritat proceſſus aliter fabricatos.

¶ Coꝛroboꝛat̄ inſuper quia lz iudex procedens ex officio in caſu in quo non poterat contra aliquem inquiſitum ſeu denunciatum inquiſitus ipſe non opponat ante litis conteſtationem
16 tamen † non impeditur poſtea opponere ⁊ proceſſum irritare. ita voluit Andre. de Iſer. in preallegata conſtitutione regni ſi damna. columna quarta. Fede. de ſen. in conſilio. ccxx. incipien. veritatis amica ad q̄d bene facit tex. cum ibi no. in. c. j. ⁊. ij. extra de accuſa. in ſexto. ⁊ quod notat Franc. de Are. in. c. fraternitatis. poſt medium. extra de teſti.

¶ Accedat inſuper quia in caſu preſenti fuit proceſſum ad que
17 relam ⁊ inquiſitionem quo † caſu pari modo proceſſus eſt nullus voluit pulchre Bal. in. l. edita. in repe. Padu. xxij. col. verdecimo quero. C. de eden. quem refert ⁊ ſequitur Jaſ. de May. in. l. j. vlti. col. in vltimis verbis. C. de ſeruis fugi.

¶ Quibus bene ruminatis lz homicida regulariter pena moꝛtis ſit de iure puniendus per tex. in. l. tertia. C. de epiſco. audien
18 tia. ⁊ in. l. prima. ff. ad legem coꝛneliam de ſicarijs. † tamen poterit iudex ipſam penam ex cauſa mitigare ⁊ diminuere. ita probat text. in predicta. l. prima. de ſicarijs. ⁊ ita concludunt communiter Docto. in. l. hodie. ff. de penis. ⁊ in. l. quid ergo. in. §. pena grauioꝛ. ff. de his qui notantur infamia. Bald. in. l. ⁊ ſi ſeueriꝛ. ff. de infamibus. Bald. ⁊ Ludo. in. l. q̄d ſeruus. ff. de condi. ob cauſam.

¶ Concurrente quoq; eius bona fama probata ſum voti ipſuꝫ Nicolaum Jacobum condemnandum ad penam ducatoꝛum centū perſoluendam regio Fiſco moderandam tamen per eandem Magnam Curiā quatenus eidem Magne Curie viſum fuerit: necnon ad exilium biennale extra Ciuitatem Neapolitanam ⁊ terram Montelle ⁊ in eandem ſententiam concurrerunt ceteri Magnifici Judices mei College: ⁊ ita exequutum fuit. Ego Thomas Gramaticus Judex Magne Curie Uicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus vtriuſq; Juris Doctoꝛ.

## Summarium.

1 ¶ Teſtes infames licet non ſufficiant ad condemnandum: ſufficiunt tamen ad toꝛquendum.

2 Doctoꝛ non poteſt toꝛqueri ⁊ an ſit hoc ſimpliciter verum ⁊ an requiritur quod ſit certi oꝛdinis vel quod ſit actu legens vel actu aduocans.

3 Conſuetudo inducens quod perſone priuilegiate toꝛqueantur non tenet.

4 Doctoꝛ licet de iure non poteſt toꝛqueri: tamen de conſuetudine que eſt optima legum interpres toꝛqueri poteſt. ⁊ quod talis conſuetudo quod non poteſt toꝛqueri nunq̄ viſa fuit ſeruari. Doctoꝛ

UVA. BHSC. IyR_279_2

5 Doctor impetitus de crimine falſi poteſt torqueri.
6 Iudex corruptus punitur pena pecuniaria per conſtitutionez
regni corruptele.
7 Sed per ius commune ſoluit triplum fiſco ⁊ cingulo dignita-
tis priuatur: in criminalibus vero punitur pena exilij ⁊ publi-
cationis bonorum omnium: ⁊ tenetur etiam crimine falſi ⁊ ſub
ditur quod conſtitutio regni predicta ⁊ etiam capitulum regni
loquuntur vbi ciuiliter agitur.
8 Iudex dum corruptus fuit ob hominem necandum vel non ne
candum vel quando quem plecti debebat non puniuit vel in-
nocentem punit capite punietur vel in inſulam deportabitur.
9 Falſans literas principis ad hoc vt capite puniatur requiritur
quod nedum falſauerit ipſas literas verumetiam ⁊ ſigillum
principis.
10 Falſans literas delegati qui gerit vices pape non debet ita acri
ter puniri ac ſi falſaret literas ipſius Pape.
11 Iudex recognoſcens ſuperiorem non poteſt concedere Guida-
ticum ſeu ſaluum conductum delinquenti ſeu bannito: ⁊ hoc
niſi iudex ipſe faceret ex cauſa ⁊ eſſet illemet iudex qui delin-
quentem banniuit.
12 Notarius faciens falſum inſtrumentum alias nullum non pu-
nietur pena falſi: ⁊ pariter in eo qui ſcienter depoſuit falſum vl
tra capitula cuius depoſitio non tenet. ⁊ ibi ſubditur ꝙ inſtru-
mentum eſſe dicimus quod eſt validum: ⁊ condemnatum eſſe
dicimus rite condẽnatũ ibidẽ. ⁊ ſic concludit ꝙ talis notarius
⁊ tales teſtes non tenentur pena falſi ſed alia extraordinaria.
13 Pena falſi erat olim publicationis bonorum cum deportatio
ne: hodie autem eſt ſublata pena publicationis: ⁊ eſt ſolum
deportatio.

## Votum.XXV.

**Indiuidue Trinita**
tis auxilio inuocato. Amen.
¶ In cauſa nobilis Donati de Falco-
nibus de Ciuitate Licij vtriuſqꝫ Iuris
Docto. cum regio Fiſco ſuper ſuborna-
tionibus ſeu corruptelis per ipſum rece
ptis exiſtentem regiũ auditorem in pro-
uincijs Calabrie: ⁊ ſignanter ſuper cor-
ruptela Ducatorum ſexaginta quos recepit a Vincẽtio Siculo
foriudicato vt ipſum dimitteret ſeu relapſaret ⁊ aliorum Duca
torum octuaginta quos pariter recepit ab aduerſario eiuſdem
Vincẽtij vt Vincẽtium ipſum remitteret ad eius iudicem inſu
le Sicilie vt ipſum foriudicatum iam iuſtificaret prout iuſtifica
uit. Necnõ ſuper falſitate Guidatici a quo abradi fecit alterius
nomen ⁊ nomen eiuſdem foriudicati apponi ad hoc vt ſi dimiſ
ſus forte fuiſſet per eundem auditorem id iure licito ⁊ tanquam
Guidatum per gubernatorem prouincialem dimiſiſſe demon-
ſtraret.
¶ Dubitatum igitur principaliter fuit an exiſtentibus proba
tionibus ⁊ ſic teſtibus de viſu ſi condẽnari de directo non poſ-
ſet ex cauſa repulſe contra teſtes quia infames vt pretenditur:
an ſaltem poſſet nobilis Donatus ipſe cum ſit Doctor queſtio-
nibus ⁊ tormentis ſubijci.
¶ Secundo ex quo antequam fuiſſet deuentum ad torturam
Donatus ipſe confeſſus extitit factũ de plano que pena veniet
ſibi de iure imponenda. Et circa primum veras iuris concluſio
nes procedendo nulli dubium quo ad hoc vt delinquens tor-
1 queatur non requiritur † quod teſtes examinati contra ipſum
ſint omni exceptione maiores: nec refert an ſint infames ſeu ali
ter inhabiles ſecundũ gloſ. in. l. fina. C. de his quibus vt indig.
Ludo. plene in conſilio. cccel. incipien. quedam mulier. ſecunda
columna. Bald. in. l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate ⁊
fide catho. vj. col. Fran. Brun. in tracta. de indi. ⁊ tortu. tertia co
lumna. ſed cum ſit Doctor ⁊ nobilis an habeat in eo locum tor-
tura. Cy. ⁊ Ange. in. l. prima. C. de queſtio. legem ipſam prohi-
2 bentem milites † torqueri extendit ad Doctores per. l. aduocati
C. de aduoca. diuerſ. iudi. item tenet Bart. in dicta. l. omnes. ve-
rum loquitur de aduocatis habentibus dignitatem. ⁊ idem te
net Ludouicus in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimo. vt ſi eſ
ſent de primo gradu prout ſunt aduocati qui certo ordini aſtri
cti ſunt alias non ſunt in dignitate vt not. Petrucius in. l. pro-
uidendum. de poſtula. ſicut Doctores non legentes non ſunt in
dignitate vt not. Bald. in prima conſtitu. C. Abbas in. c. quan
to. de magi. Petru. in dicta. l. prouidendũ. ſed de Doctore ſim-
pliciter non legente nec aduocato certi ordinis non reperitur
Doctor qui dicat quod non poſſit torqueri. ita dixit dominus
Antonius de Alexand. in dicta. l. prima. C. de queſtio. ⁊ alle
gat etiam Barto. in. l. medicos. C. de profeſſo. ⁊ medi. dicentem
quod ad hoc vt Doctor conſequatur iſta priuilegia ⁊ alia mul-
ta debet eſſe actu legens vel actu aduocans licet alias indiſtin-
cte Cy. in. l. quarta. C. ad legem iuliam maieſtatis. dixerit quod
nec miles nec Doctor poterit torqueri etiam exiſtentibus legiti
mis indicijs prout etiam plene recitat ⁊ ſequit̃ Iaſ. in. l. de qui
bus. vj. char. ff. de legi. in verſic. non tu in preſenti materia. imo
⁊ plus dixit Bar. in. l. omnes iudices. C. de decurio. libro. x. per
3 tex. ibidem † quod conſuetudo inducens quod perſone priuile-
giate torqueantur non tenet. ita etiam tenet ⁊ ſequitur Ludo.
Bologni. in additio. quas facit ad Guido. de Suz. in tractatu
de tormen. in tertia col. in prin. reperio tamen quod Odofre. in
ſuo tracta. de queſtio. exordiendo queſtionem hanc ad partes
concludit quod licet de iure Doctor non poſſit torqueri: tamen
4 de conſuetudine † que eſt optima legum interpres bene torque-
ri poteſt. idem tenet ⁊ ſequitur Paul. de Leaza. in. c. grauis. ex-
tra de depoſi. Ange. in tracta. maleſi. in verſi. fama publica. col.
xxj. ver. vj. quero. ⁊ idem ſequitur Franc. Brun. in predicto tra-
ctatu de indi. ⁊ tortu. vij. char. verſi. quid autem de Doctoribus
vbi ſubdit aliquos Modernos ita tenere dicentes nunquam
vidiſſe talem conſuetudinem obſeruari ⁊ quod ita putat ipſe
tenendum in iudicando ⁊ conſulendo etiam ſtante dicta con-
ſuetudine que de iure non valeret per dictum Bartol. vt ſupra
nec eſſet ſeruanda prout tenet etiam Ludouicus in ſing. ccclxxj.
incipien. milites ⁊ Doctores. refert etiam ⁊ ſequitur Auguſti.
Arimi. in eodem tracta. maleſi. in verſi. fama publica. verſi. vj.
5 quero. † attamen predicta non vendicabunt ſibi locum vbi Do
ctor impeteretur de crimine falſi per tex. in. l. ſi quis decurio. C.
de falſ. quia eo caſu torquebitur. ita dicit Franci. Brun. ibidem
vbi pariter dicit de nobili quia licet alias non torqueatur de iu
re prout dicit Odofre. in predicto ſuo tractatu de queſtionibus.
hoc tamen ceſſabit in crimine falſi per dictã. l. ſi quis decurio.
¶ Supereſt ergo videre qua pena veniat ex hoc crimine falſi ⁊
ſubornationum ſeu corruptele plectendus.
¶ Et quo ad crimen corruptele dico quod licet ſit crimen pu-
blicum ⁊ cuilibet de populo competat accuſatio tamen pro hu
6 iuſmodi † crimine non imponitur pena capitalis ſed pecunia-
ria per conſtitutionẽ regni corruptele. ⁊ idez tenet Azo in ſum-
ma inſtitu. de publi. iudi. dum allegat. l. ſecundã. ff. de publi. iu-
di. ⁊ quod ſit crimen publicum declarat gloſ. in conſtitu. regni
vſurariorum. verſi. crimen publicum. ⁊ pena queqꝫ imponitur
per conſtitutionem regni predicta eſt vt accuſans tantumdem
ab officiali recipiat quantum illi officiali datum vel promiſſuz
fuiſſet ⁊ ſic pena pecuniaria.
¶ Et pariter virtute capituli regni vulgaris fame preloquium
diſponitur quod ſi recipit iudex a ſponte ſoluente nulla concuſ
ſione precedente aut violentia ſi fuerit data pecunia pro facien-
do vel non faciendo negocio triplum Fiſco exoluendum erit ⁊
pacti reſtitutio dati denegabitur niſi pro redemptione ſangui-
nis fuerit nec iuri communi datur derogatio.
¶ De iure autem communi per aut. ſed nouo iure. C. de pen. iu
di. qui male iudi. in ciuilibus id eſt dum in cauſa pecuniaria iu
7 dex † corrumpitur ſoluet triplũ Fiſco ⁊ cingulo dignitatis pri-
uabitur: in criminalibus vero imponitur pena exilij ⁊ publica
tionis bonorum omnium ⁊ crimine falſi tenetur. l. tertia. ad fi.
ad legem iuliam repetundarum. ⁊ poterit puniri ex eodem pro
ceſſu ciuiliter ⁊ criminaliter per tex. in aut. vt iudi. ſine quoquo
ſuffrag. §. oportet. quod eſt ſpeciale in iudice qui deliquit in of-
ficio ⁊ iudex talis qui condemnatus eſt de corruptela erit infa-
mis. vt dicunt Bart. Ange. ⁊ Ioan. de Imo. in. l. j. ff. de public.
iudi. Conſtitutio autem regni ⁊. c. loquuntur quando ciuiliter
actum eſt: generaliter tamen quando iudex mundas manus
non habuerit per. l. iuliam repetun. extraordinarie punitur exi
lio vel durius prout deliquerit: vt ſi ob hominem necandũ vel
8 non † necandum pecuniam acceperit vel quem plectere non de-
beret punierit qꝛ tunc capite punitur vel in inſulam deportabi
tur vt probatur per tex. in. l. ij. iij. ⁊. iiij. ff. ad legem iuliam repe.
ita dixit pulchre Paris de Puteo in tracta. ſyndica. in titu. de
officio ſyndi. vj. char. verſi. ſyndicantur etiam officiales haben-
tes officium in quo caſu videtur fuiſſe prefatus Donatus dum
ob hominem necandum vel non necandum in vtroqꝫ caſu pe-
cuniam accepiſſe fateatur vt non remitteret in poſſe ſui iudicis
competentis foriudicatum quem omnino necauiſſet prout ne-
cauit: ⁊ demũ ab aduerſario pariter pecuniam accepit vt ipſuz
Foriudicatum ad ſuum iudicem traderet prout tradidit ⁊ idez
ſequitur Matthe. de Affl. in conſtitu. regni apud iuſtitiarios
ſub rubrica vt iuſtitiarij ⁊ vniuerſi ⁊c. in vltimis verbis ⁊ ibi di
cit quod punitur exilio vel extraordinarie: imo pena deporta-
tionis in inſulam prout iudici videbitur vt. l. iulia. §. hodie. ff.



UVA. BHSC. IyR_279_2

ad legem iuliam repetun. ⁊ etiam punitur pena arbitraria ar-
bitrio regis per conſtitutionem regni volumus.
¶ Quo vero ad crimen falſi cum Guidaticum iuſtitiarij pro-
uincie ſeu Gubernatoris falſauerit abradendo vnius perſone
nomen ⁊ illud nomen illius Foriudicati imponendo: videtur
prima conſideratione dicendum ꝙ cum literas gerentis vices
principis falſauerit pena capitis plectendus veniat per conſti-
tutionem regni qui literas ⁊c.
9 ¶ † Attamen dico ꝙ ad hoc vt pena capitis locum habeat ne-
dum requiritur ꝙ falſauerit literas. verũetiam ⁊ ſigillum prin
cipis dixit pulchre Andre. de Iſer. in conſtit. regni qui literas
⁊ melius idem Andre. in. c. j. de vaſal. qui contra conſtit. lotha.
¶ Multo minus ergo dicẽdũ eſſet in caſu ꝑmiſſo ĩ quo literas
iuſticiarij prouincie falſauit qui longe inferior eſt a principe:
vnde ſuccedit ꝙ pulchre voluit Abbas in. c. cum olim. de reſcri
ptis. in primo not. vbi ex illo text. ſumendo argumentum opti-
10 mũ dicit ſe colligere: † ꝙ licet delegatus pape gerat vices ipſius
pape non tamen debet ita acriter puniri falſans literas delega-
ti ſicut ſi falſaſſet literas pape. idem ſequitur Feli. in. c. ij. verſic.
ſtilus curie. circa fi. extra de reſcrip. ⁊ Maria. Soci. in. c. ad fal-
ſariorum. extra de crimi. falſi.
11 ¶ † Inſuper eſt aduertẽdũ ꝙ iudex recognoſcens ſuperiorẽ nõ
poteſt concedere Guidaticum ſeu ſaluum conductũ delinquen
ti ſeu bannito. vt dicit Iaco. de Belui. in aut. de manda. prin. in
v. q. de bannito. idem tenet Bald. in. l. reos. vj. col. C. de accuſa.
niſi iudex id faceret ex cauſa ⁊ eſſet illemet iudex qui delinquen
tem banniuit. ita dixit Bar. in. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. ⁊
ibi Io. de Imo. Bal. in. l. ſed ſi hac. §. ⁊ ſi pena. ff. de in ius voc.
⁊ ſic quatenus inferior a principe Guidaticum ſeu predictum
ſaluum conductum illud fuit nullum ⁊ nõ tenuit per ſupra al-
legata ex defectu poteſtatis ipſius iuſticiarij ⁊ qui ſaluum con-
ductum illud minime concedere poterat: vnde ſequitur ꝙ pre-
dictus Donatus falſificauit saluũ conductum inualidũ ⁊ nul-
12 lum: † ⁊ ideo ſuccedit qḋ in ſimili dicimus de notario qui fecit
falſum inſtrumentum ⁊ in eo obmiſit apponere diem vel locũ
vel aliud propter quod inſtrumentum non valet vel aliquis
ſcienter depoſuit falſum vltra capitula ⁊ ſic in hoc eius dictum
non valet nunquid puniuntur predicti pena falſi contenta in
ſtatutis: ⁊ certe dicendum erit ꝙ non ex quo factum per eos nõ
valet de iure quia nil nocuit conatus cum iniuria non habue-
rit effectum. l. prima. in fi. ff. qḋ quiſq; iur. l. ea quidem. C. ſi man
cipi. ita fuer. alie. ne proſtitua. ⁊ in. l. puberem. §. ſi ei ſeruo. ff.
de falſ. que eſt aurea lex ad hoc ⁊ quia inſtrumentum dicimus
ꝙ eſt validũ ⁊ rite perfectũ ſicut etiã condẽnatũ eſſe dicimus ri-
te condẽnatũ. l. iiij. §. condẽna. ff. de re iudi. ita in ſpecie determi
nat ⁊ ↄcludit etiã per multa alia Albe. de Roſa. in. ij. parte ſta
tutorum. q. cxlvij. incipiẽ. item quero tres queſtiones. ⁊ ibi alle-
gat Gandi. dicentem ꝙ eo aſſidente Bononie conſulti fuerunt
Lamber. de Rampo. ⁊ Blandonum de Maluoltis qui delibe
rato conſilio dixerunt tales teſtes debere puniri pena extraordi
naria ſaltem ſtellionatus. l. tertia. in prin. ff. de crimi. ſtellio. ver.
vt generaliter. ⁊. l. hodie. ff. de penis. dixit tamen tenuiſſe cõtra-
rium dum legeret. ff. de falſ. l. ſi quis primis. ꝙ talis notarius ⁊
teſtes deberent puniri de falſo quia quo ad eos cõſummatũ eſt
delictum nec per eos ſtetit ⁊ quantum ad notarium ⁊ teſtes per
fecta eſt falſitas licet deficiat intrinſeca ſolennitas ⁊ voluntas ⁊
propoſitum faciunt maleficium. l. diuus. ff. de ſicarijs. ⁊ ſubdit
ibidem Alberic. ꝙ iſtas queſtiones diſputauit Richar. Ma-
lumb. ⁊ Ioan. Andre. in mercuria. ſub titu. de crimi. falſ. etiam
in regula non eſt ſine culpa de reg. iur. ⁊ per Cy. in. l. prima. C. de
ſepul. viola. ⁊ communiter dicit vidiſſe teneri in queſtionibus
ſupra dictis ⁊ ſimilibus ꝙ teſtes ⁊ tabellio non puniantur pe-
na falſi ſed alia extraordinaria vt ſupra dictum eſt.
¶ Vltimo conſidero ꝙ ex iuris diſpoſitione licet pro crimine
falſi veniat deportatio ⁊ publicatio bonorum per text. in. l. pri
ma. §. fina. ff. ad legem corne. de falſ. ⁊ in. l. lex cornelia. ff. de pub.
13 indi. † tñ hodie pena publicationis omnium bonorum ſubla-
ta eſt vbi datur pena deportationis. vt dicit gloſ. in. l. prima. §.
fina. ff. de falſis. per tex. in aut. vt nulli iudi. §. finali.
¶ Attamen concurrente qualitate facti adeo turpiſſima ⁊ qḋ
ab vtraq; parte ita impudenter ſe corrumpi procurauit ⁊ mul-
tas alias corruptelas perfecit ⁊ ſubornationes recepit de qui-
bus conuictus eſt; ⁊ ex meritis proceſſus liquido conſtat falſita
ti quoq; predicte taliter ſe immiſcendo is qui falſitates ⁊ corru
ptelas vt regius auditor in illis partibus punire debebat: ideo
recedendo a ſententia Magnifici votantis de pena capitali ⁊
mortis naturalis ſum voti eundem dominum Donatum eſſe
condemnandum ad publicationem omnium ſuorum bonorũ
⁊ in perpetuum in inſulam deportandum eodem prius cingu-
lo doctoralis dignitatis priuato ⁊ huius voti fuit tota magna
Curia dempto curie relatore qui vt ſupra votauit approbante
quoq; regio Collaterali Concilio coram Illuſtriſſimo Prore-
ge tunc aſſiſtente ⁊ ita executum fuit. Ego Thomas Gra-
maticus Iudex Magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Vtriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 ☞ In teſtibus indefinita non equipollet vniuerſali.
2 Teſtis dictum ſimpliciter deponentis facit vt dictum eius in-
telligatur ſecundum articulum.
3 Inſtrumentum in quo continetur qḋ Canonici talis Eccleſie
tale quid fecerunt non intelligitur de omnibus Canonicis.
4 Teſtes dicentes Titium poſſediſſe talem fundum ⁊ non depo
nerent de toto non probarent concludenter ex quo in materia
probatoria indefinita non equipollet vniuerſali.
5 Teſtes dicentes quod illi de tali caſata quid fecerint non intel-
ligitur de omnibus de illa caſata cum illa verba illi de illa caſa-
ta poſſint verificari in duobus de ipſa caſata.
6 Teſtes ſi ſe referrent ad articulum ⁊ in articulo contineretur
quod omnes de illa caſata id fecerint ⁊ ſe retuliſſent ad articu-
lum tunc indefinita equipolleret vniuerſali ⁊ intelligeretur de
omnibus.
7 Priuilegium eccleſie Camalduẽſis in quo Papa concedit mo-
naſterium ſancti Sepulchri cum toto Burgo intelligitur ideſt
cum tota parte Burgi que ratione rerum aut perſonarum eſt
ordinis Camalduenſis.
9 Teſtis non dicitur falſum deponere quando eius dictum po-
teſt aliqua interpretatione verificari.
10 Teſtis dictum ad hoc vt ſaluetur ſufficit aliquid eſſe verum vel
non eſſe implicite.
11 Falſum dici non poteſt id quod habet veritatis admiſtum.
12 Falſum dici non poteſt id quod habet primordium veritatis ⁊
ſemper facienda eſt interpretatio vt falſum excludatur.
13 Argumentum de toto ad partem eſt permiſſum argumentũ.
14 Falſitas non eſt ſi teſtes ſunt contrarij inter vnam partem ⁊ aliã
niſi aliter probetur falſitas: verum datur materia iudici ad in-
quirendum in alterutrum. ⁊ nu. 17.
16 Teſtes inſtrumentarij ſi de directo contradicant contentis in
teſtamento nemo poteſt propterea de falſo puniri nec notarius
propter teſtes nec teſtes propter inſtrumentum.

## Votum. XXVI.

SAluatoris mundi ſuf-
fragio innocato. Amen. Exorta lite inter non
nullos particulares de terra Rocce Bimontis
ex vna ⁊ Magnificum Hectorem Piſcicellum
de Neapoli vtilem dominum Rocce prefate ex
altera ſuper eo qḋ pretendebant particulares ipſi de domo tur-
tura prout pretendunt eſſe vaſallos monaſterij ſancti Ioannis
⁊ ſucceſſiue Trinitatis cauenſis ⁊ non ipſius Magnifici He-
ctoris ⁊ ſic re in iudicium deducta in ſuprascripto regio cõcilio
dum ibidem per quamplures teſtes probaſſent ꝙ illi de caſata
turture ſunt vaſalli monaſterij predicti ⁊ econtra prefatus He-
ctor per multos ⁊ ꝗplures teſtes probaſſet eoſdem ab antiquo
eſſe ſuos vaſallos: ⁊ pretendens teſtes productos per ipſos par
ticulares depoſuiſſe falſum: ipſos de falſo accuſauit in Magna
Curia Vicarie cui fuit reſcriptum per illuſtrem Viceregem de
cauſa predicta ſibi relationem fieri debere in Collaterali conci-
lio ⁊ ea facta cum voto dixi ex premiſſis duobus minime falſi-
1 tatem aliquam impingi poſſe. Conſtat autem † qḋ indefinita in
teſtibus non equipollet vniuerſali vt per Inno. ⁊ Docto. ⁊ ma
xime Panor. ⁊ plene Feli. in. c. auditis. de preſcrip. ⁊ conſuluit
Alexan. in conſi. cviij. co. pe. incipi. in cã ⁊ lite. ij. vol. ⁊ Philip.
Decius in conſi. c. j. vol. vj. col. ⁊ Franc. de Curte in conſi. xvij. in
iiij. col. in ver. decimum facio fundamentum. in conſilijs Feuda
libus nec etiã articulus ſeu poſitio continere apparet ꝙ omnes
de domo ſeu de caſata prefata ſint vaſalli monaſterij ſancti Ioã
2 nis † ⁊ ſic quando teſtis ſimpliciter deponit dictum eius intelli
gitur ſecundum articulum ſeu capitulum ſuper quo examina-
tur: vt pulchre dicit Bart. in. l. labeo. verſi. ſed quero quid ſi te-
ſtis. de ſupel. lega. ⁊ idem dicunt eſſe in probationibus in qui-
bus pariter ſicut ⁊ in teſtibus indefinita non equipollet vniuer
3 ſali: ⁊ ideo ſi in inſtrumento diceretur † ꝙ canonici talis eccleſie
quid tale

UVA. BHSC. IyR_279_2

quid tale fecerunt non intelligetur de omnibus Canonicis.ita
dicunt Petrus de Ancha.⁊ Imo.in.c.quanto.de his que fiũt
a prela.ſine conſen.capit.⁊ ita voluit etiam Alexan.in.l.reſcri-
ptum.ff.de pactis.⁊ in conſi.cx.incipien.viſis acutiſſimis.col.j.
primo vol. Philip.Deci.conſilio.cxlvj.vj.col.⁊ ibi dicit Alexã.
in dicto cõſilio.cx.ꝙ ſi teſtis depoſuit Titium poſſediſſe talem
fundum ⁊ non diceret de toto non concludenter probaret per
4 illam rationē quia in materia† probatoria indefinita non equi
pollet vniuerſali.⁊ idem tenet Alexan.in conſilio.lxviij.incipi.
viſo.ij.volu.⁊ conſilio.cviij.in cauſa ⁊ lite.eo.volu.⁊ ſic conclu-
dendum eſt qđ illa indefinita non equipollet vniuerſali vt in-
5 telligatur pro omnibus de illa,† caſata quia illa verba illorum
de illa caſata poſſunt verificari in duobus de ipſa caſata.ita di-
xit Oldra.in ſuo conſilio.c.in princi.primi dubij.Alexander in
conſilio.vij.incipien.ſuper hac dubitatione.in fine primi vol.
⁊ in conſilio.cx.incipien.viſis acutiſſimis.col.j.eo.j.volu.⁊ ple-
ne Philip.Deci.in conſilio.ccxxj.iij.col.in.ij.volu.bene fateor
qđ ſi in articulo ſeu capitulo contineretur qđ omnes illi de caſa
ta illa ſint vaſalli eccleſie ſancti Joannis: ⁊ teſtes ipſi ſe retuliſ-
6 ſent ad articulum †tunc indefinita equipolleret vniuerſali ⁊ in-
telligeretur de omnibus.ita dicit Ludo.Roma.in.l.celſus.de
vſucap.Franciſ.de Are.in.l.ſerui electione.de lega.j.⁊ ante eos
Bald.in.l.ſi non defendantur.ff.de interro.actio.ſed in articu-
lo non dicitur qđ omnes de illa caſata ergo ⁊c.
¶ Et nihilominus quando ita teſtes dixiſſent qđ omnes de di-
cta caſata ſunt vaſalli ſancti Joannis:ad ſaluandum dictos te-
ſtes conſuluit pulchre Ludo.Roma.in conſilio.clxxx.incipien.
In Chriſti nomine.Amen.ſi admittimus totum Burgum ⁊c.
7 in.ij.colũ.† ꝙ cum Papa dixerit in priuilegio conceſſo eccleſie
Camaldueñſi monaſterium concedimus ſancti Sepulchri cũ
toto Burgo intelligitur id eſt cum tota parte Burgi que ratio
ne rerum aut perſonarũ eſt ordinis Camaldueñſis nec a mente
iuris extranea apparere debet premiſſa interpretatio cum ⁊ ali-
bi iuris interpretatione vniuerſalis directo reducatur ſolũ ad
comprehenſionem particularium vt patet ex glo.in.l.prima.C.
de ſac.ſanc.eccle.⁊ in.l.qui certo loco.ff.de condi.indebi.⁊ pre-
8 miſſa interpretatio maxime † aſſumenda eſt tanquam abſurdi-
tatem tollens que ſequeretur ſi aliter intelligeretur.ita conclu-
dit Ludo.in predicto conſilio.clxxx.⁊ ideo dixit Imo.in.c.cau-
9 ſamqꝫ.de reſcrip.†qđ teſtis non dicitur falſum deponere quan
do eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari.vt in.c.
cum tu.de teſti.⁊ not.Innoc.in.c.cauſamqꝫ.extra de reſcrip.ita
conſuluit Bal.in conſilio.cccxxiij.in.iiij.volu.incipien.premit-
tendum eſt ad euidentiam:⁊ pro ſupradicto conſilio Ludo.ego
etiam vltra ipſum ⁊ preallegata poſt ipſum adduco ꝙ dictum
10 teſtis† ad hoc vt ſaluetur ſufficit aliquid eſſe verum vel non eſ-
ſe implicite:dicit gloſ.in.c.ſi quando.in verſi.rationabili.⁊ ibi
Butr.in recollectis ⁊ non in lectura.extra de reſcrip.⁊ ſequitur
Bertha.in repor.ſuo in verſi.teſtium impugnatio.ij.colũ.in.v.
verſi.qđ maxime concedendum eſt cum minime falſum dici poſ
11 ſet id qđ † habet aliquid veritatis admixtum prout conſuluit
Pau.de Caſt.in ſuo conſilio.cl.⁊ in.l.cum filius.§.heres meus
ff.de legatis ſecundo.⁊ voluit etiam Andreas de Iſer.in con-
ſtitu.regni.ſi damna.tertia columna.⁊ ideo dixit Bartolus et
Paulus de Caſtro in dicta.l.cum filius.§.heres meus.quod
12 †non dicitur falſum id qđ iuuatur primordio veritatis maxi-
me cum ſemper facienda ſit interpretatio vt falſum excludatur
Bald.in.l.iuriſgentium.§.qđ fere.de pactis.⁊ in.l.imperator.
ff.de ſtatu homi.Alexan.in conſilio.lxx.⁊.lxxiiij.in.j.volu.⁊ in
conſilio.xciij.in.v.volu.⁊ Philip.Deci.in conſilio.clxxxix.inci
pien.Letatus ſum.⁊ ideo dicit pulchre text.in.l.que de tota.de
rei vend.ꝙ legans fundum cuius ſolum dimidiam partem ha
bet videtur legaſſe illam partem duntaxat que ſua eſt arguen-
13 do de toto ad partem:†quod permiſſum eſt argumentum dixit
Bar.in.l.ſerui electione.§.⁊ cum fundus.ff.de lega.j.
¶ Nec ſuffragaretur eidem Magnifico Hectori allegare ꝙ te-
ſtes ad ſui inſtantiam producti ⁊ longe in maiori numero de-
ponant illos de caſata predicta omnes eſſe ſuos vaſallos ob qđ
teſtes ipſorum particulariũ numero pauciores videnẗ falſum
depoſuiſſe.nã ex huiuſmodi contrarietate inter teſtes vtriuſqꝫ
14 partis non reſultat ex hoc falſitas:per id† quod dixit Bal.in.l.
duobus reis.§.idem Pomponius.ff.de iureiuran.ꝙ ſi duo iu
rant contraria quamuis alter debeat eſſe periurus tamen pro-
pter incertitudinem nemo eorum poteſt de periurio puniri.idē
notat Baldus in.l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſed ſi verum.ff.de iure-
iurando.⁊ in.l.preſes.C.de ſententijs.⁊ ideo dixit domi-
nus Alexander de Imola.in predicto.§.idem Pomponius.
quod quando teſtes hincinde inter partes litigantes exami-
15 nati ſunt contrarij in eorum depoſitionibus † nullus ipſorum
poteſt de falſo puniri ⁊ allegat Bald.in locis preallegatis ⁊ idē
in proprijs terminis conſulendo tenet ⁊ ſequitur idem Alexan
der in conſilio.clxxix.in.ij.vol.⁊ idem ſequitur ⁊ tenet Iaſ.licet
de predicto conſilio Alexand.mentionem non faciat in dicta.l.
duobus reis.§.idem Pompo.⁊ ſubdit ibi bene facere optimũ
16 ſimile ꝙ†ſi teſtes inſtrumentarij de directo contradicant contẽ-
tis in teſtamento nemo poteſt propterea de falſo puniri nec no
tarius propter teſtes nec teſtes propter inſtrumentum prout
pulchre tenet Specu.in titu.de teſte.§.primo.verſicu.ſed pone
ecce iudex.in tit.de inſtru.editio.§.reſtat.verſi.ſed quid ſi vnus
ex teſtibus Anto.de Butri.⁊ Panor.in.c.audientiam.de pre-
ſcriptio.⁊ in.c.cum parati.de appellationibus.Panormita.
in capitulo cum cauſam.el primo.de teſti.Angelus ⁊ imo.in.l.
prima.§.ſi quis neget.ff.quemadmo.teſta.aperiã.Roma.in.l.
prima.§.finali.ff.de verbo.obliga.Alexan.in conſilio.lxx.inci-
pien.viſo proceſſu inquiſitionis formate.ij.colum.⁊ in conſilio
lxxiiij.incipiente.viſo teſtamento Joan.peñ.colum.j.volu.Ex
quibus omnibus concluſum fuit per preallegata minime dici
poſſe teſtes productos ita vt ſupra deponẽtes falſum depoſuiſ-
17 ſe.†verum ex eorundem depoſitionibus dari materiam iudici
ad inquirendum in alterutrum.ita concludit Bal.in.l.teſtiũ.
v.colum.in.j.queſtio.C.de teſti.⁊ dicit hoc fuiſſe de facto Pa-
due eo tunc legente.⁊ idem tenet Fran.de Are.in conſilio.lxxj.
incipien.Diligenter ⁊ mature perſpectis.in.v.colum.refert ⁊ ſe
quitur Iaſon de Mayno in predicto.§.idem Pomponius.⁊
huius voti fui concurrentibus vna mecum ceteris iudicibus
meis conſocijs approbante quoqꝫ Collaterali regio Concilio
coram Illuſtriſſimo Prorege nemine diſcrepante. Ego
Thomas Gramaticus Iudex Magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

2 ☞ Iuriſditio nunquam videtur prorogata ex cõtumacia ve-
runtamen ex contumacia incumbit onus probandi defectu iu-
riſditionis.
3 Iuriſditio nunquam intelligitur prorogata ex contumacia ſi
iudex erat ipſo iure incompetens ſecus ſi per exceptionem.
4 Contumacia clerici coram iudice ſeculari non tenet nec ex ea po
teſt exigi pena.
5 Contumacia eſt delictum.
Contumacie penam non poteſt exigere iudex ſecularis a cleri-
co.ibidem nu.5.
6 Clerici comparitio coram iudice laico non eſt licita nec proro-
gatio poſſibilis.
7 Citatus non tenetur comparere ſi conſtat non eſſe de iuriſdi-
tione citantis.

## Votum.XXVII.

Indiuidue Trinita
tis preſidio iterato.Amen.
¶ Dum fuiſſet inquiſitus ⁊ carceratus
in magna Curia Vicarie clericus Fran
ciſcus de Anaſtaſio pro pluribus deli-
ctis tanquam laicus ⁊ contumax in om
nibus reputatus exiſtens ⁊ priuilegiũ
clericatus minime allegaſſet vſqꝫ ad ei⁹
carcerationem:demum docto de clericatu predicto ac declarato
per magnam Curiam ipſum eſſe remittendum ad Curiam Ar
chiepiſcopalē Neapolitanam Fiſci patrono inſiſtente ante rea-
lem remiſſionem predictam eundem clericum compellendum
ad ſolutionem pene contumaciarum vt pretendit incurſarum
cum de clericatu nõ exceperit ⁊ contumax fuerit effectus ⁊ dum
altercatum ⁊ heſitatum fuiſſet ſuper predictis per tres ex iudici
bus meis conſocijs ⁊ me reluctante ac expreſſe contradicente de
cretum fuit eundem clericum teneri ad ſolutionem pene contu
maciarum predictarum regio Fiſco ⁊ hoc per dictum Bartol.
1 in.l.non videtur.ff.de iudicijs.†vbi dixit quod ſi ex forma cita-
tionis apparet quod citatus non tenetur comparere vt quia in
ea citatur per iudicem laicum talis clericus ſeu preſbyter: vel ſi
citatur talis de florentia cum citetur apud iudicem Peruſinũ
de eo quod alibi factum eſt: ⁊ tunc ire non tenetur nec citatio
ipſum arctat.⁊ ideo Officiales quando procedunt contra ali-
quem clericum licet male faciant obmittunt clericum ponere
in citatione vel proceſſu aliquam demonſtrationem ex qua de-



UVA. BHSC. IyR_279_2

monſtretur clericus vt ſic propter dubium teneatur ire ad alle-
gandum priuilegium ſui fori;tu potes dicere quod ſi eſt dubiũ
reſpectu iudicis vel actoris ſi tamen veritas eſt in ſe quod pre-
ſens iudicium ſuſcipere non compellitur non videtur latitare.
vt ibi ꝛ in.l.vir bonus iudi.ſol. que hoc expreſſe probat: ꝛ ſic
non poteſt conueniri ad ſecundum decretum nec ad aliud qđ
paret plenum preiudicium bene tamen poterit mulctari vel ad
primum decretum perueniri;vt in.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi
cijs.ꝛ in.l.ſi quis in ius vocatus non ierit. Ego vero dixi con-
2 trarium eſſe verius.†nam ex contumacia nunquam videtur iu-
riſditio prorogata:veruntamẽ eſt ꝙ ex cõtumacia incũbit onus
ꝓbãdi defectũ iuriſditionis declinãti forum ẽm Bal.in.l.licet.
C.de procura. Angelus in.l.ex quacunqꝫ.ff.ſi quis in ius voca-
tus non ierit. Innocentius in.c.finali.de dilatio. Bald.in.l.ge-
ſta.de re iudicata. Baldus in.l.ſi qui ex conſenſu.tertia colum-
na.C.de epiſcopali audientia.qđ maxime procedit dicit Bald.
3 eſſe verum †quod ex contumacia nunquam videtur prorogata
iuriſditio ſi iudex erat ipſo iure incompetens ſecus ſi per exce-
ptionem.idem tenet Innocentius in capitulo preterea.de dila
tio. Angelus in.l.ſecunda.§.finali.ff.ſi quis in ius vocatus nõ
ierit.ſed quid opus eſt verbis dico quod in caſu propoſito in
quo predictus Franciſcus citatus non comparuit in magna cu
ria.ꝛ ideo fuit contumax contumacia ipſa non valuit ꝛ ſic non
4 poterat nec poteſt exigi † pena ex ea per ipſam magnam Curiã
tanquam iudicem laicum coram quo fuit contumax ita in pro-
prijs terminis voluerunt Joannes Andre. Antonius de Bu
tri.ꝛ Abbas Panormitanus in.c.ſi diligenti.in penultima co
5 lumna.extra de foro competen. † ex quo contumacia eſt delictũ
vt dicit gloſſa in.l.ſi filius.ff.de interroga.actio. ideo iudex ſecu
laris non poterit penam contumacie infligere contra clericum
capitulo primo.extra de clericis coniugatis. in ſexto. idem re-
fert ꝛ ſequitur Jacobinus de ſancto Georgio.in dicta.l. non vi
detur.ff.de iudicijs. Baldus in.l. generaliter. la ſecunda. C. de
epiſcopis ꝛ clericis. ꝛ in.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudicijs. ꝛ idem
in proprijs terminis conſuluit in ſpecie Barto.in ſuo conſilio
ducenteſimovigeſimoquinto.incipien. clericus ſub nomine. et
Philippus Decius in conſilio ducenteſimoquadrageſimopri
mo.in ſecundo volumine.incipien.ſcripſi alias. ꝛ idem in pro-
prijs terminis queſtionis noſtre tenuit magnus Doctor domi
nus Egidius de Mandalbertis in ſuis diſputationibus in
diſputatione incipiente:queſtio talis eſt. ꝛ eſt inter diſputatio-
nes Pau.de Leaza. ꝛ ad Bartolum vbi ſupra reſpondetur ꝙ
6 clericis coram † ſeculari non eſt licita comparitio nec poſſibi-
lis prorogatio per capitulum ſi diligenti.de foro competenti. ꝛ
omnia iura deteſtantur quod laicus modo aliquo animaduer
tat in clericum.capitulo nullus iudicum.vndecima queſtione.
7 † ꝛ ideo cum conſtiterit citatum non eſſe de iuriſditione citan-
tis non tenebatur comparere:vt notat Innocentius in capitu-
lo fina.extra de appellationibus. ꝛ tenet Henricus Boaerius
in ſingularibus ſuis.in ſingulari vigeſimooctauo. incipiente:
citatus. ꝛ idem reperi nouiſſime fuiſſe deciſum per Guido-
nem Pape preſidentem Parlamenti Gracinopolitani in ſua
deciſione quadringẽteſimaquinquageſima.ſub rubrica an mul
cte declarate contra clericum antequam ſe allegaret clericum.
ex quibus concludo contumaciam non ſubſiſtere ꝛ collega mei
vereor quod grauiter errauerint.

¶ Demum functo officio fuit habitus recurſus ad ſuprascri-
ptum concilium per quod fuit remiſſa cauſa nouis iudicibus
ſucceſſoribus inter quos longa facta diſcuſſione fuit tandem
votatũ contumaciã non tenuiſſe ꝛ pignora depoſita per ipſum
clericũ ꝛ aurea in poſſe perceptoris alias actualiter non fuiſſet
remiſſus ad iudicem ſuum eccleſiaſticum fuerunt eidem clerico
reſtituta mandato ipſius Magne Curie. Ego Thomas
Gramaticus Judex Magne Curie Uicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
vtriuſqꝫ Juris Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Magna Curia Uicarie virtute conſtitutionis regni man-
dat Officialibus in regno vt intra duos menſes cauſam expe-
diant al's ipſam aduocant ad magnam curiam.
2 Et nedum hoc fiat Officialibus Regis verũetiam Officiali-
bus Baronis.
3 Princeps concedens iuriſditionem alicui barono in vaſallos
non videtur a ſe eximere iuriſditionẽ quin poſſit ꝛ ipſe quoqꝫ
princeps cognoſcere ſi vult.
4 Princeps concedendo iuriſditionem ſeu delegando cauſam al
teri ſpecialiter committendo non videtur ipſam abdicaſſe ab
alio ordinario ſuperiore ꝛ multo fortius a ſemetipſo cognitio-
nem ſed ipſam accumulaſſe.
5 Principi ſeu domino ſemper remanet maior poteſtas ꝛ iuriſ-
ditio quam in alium transferat.
6 Juriſditio regulariter videtur conceſſa accumulatiue per prin
cipem ꝛ per conceſſionem alteri factam non videtur ſublata ſeu
adempta ab illo qui per prius illam habuerat ſed vt vtriqꝫ
competat.
7 Imperator concurrit in iuriſditione cum quocunqꝫ ſuo ſub-
dito.
8 Princeps ſi ſe de cauſa intromittat eandem ad ſe vel ad eius
delegatum trahendo nemo amplius ipſo principe inconſulto
poteſt ſe in ea intromittere quaſi fuerit ex hoc exempta ab ordi-
naria iuriſditione.
9 Princeps poteſt ad ſui libitum iuriſditionalia reuocare ꝛ tol-
lit quando vult.
10 Princeps concedens alicui iuriſditionem advitam non ex hoc
videtur abdicaſſe a ſe poteſtatem ad libitum reuocandi ꝛ alteri
concedendi.
11 Princeps poteſt ſupprimere iuriſditionem nedum ſingulariũ
perſonarum ſed etiam ciuitatum.
12 Juriſditiones fluunt a rege ꝛ refluunt ad regem.
13 Princeps ſi in premium bonorum ſeruitiorum conceſſit priui-
legium iuriſditionis alicui non ita reuocare poſſet ſine cauſa.
14 Princeps ſi conceſſit aliqua in preiudicium ſue dignitatis ſeu
autoritatis ſupreme poteſt reuocare ꝛ non tenetur obſeruare: ꝛ
ſubdit hoc verum etiam ſi non eſſet enorme priuilegium.nume
ro.15.
16 Cardinales ſi ante creationem Pape aliquid ſtatuunt ꝛ pro-
mittunt quilibet ipſorum ſi fuerit electus illud obſeruare ſi ta-
lis promiſſio cederet in preiudicium dignitatis ſeu autoritatis
ſue non tenebitur ad ipſius obſeruantiam.
17 Princeps tempore ſue creationis ſi promittat aliquid ſibi pre-
iudiciale non tenetur ſeruare.
18 Principis donatio facta alicui tempore guerrevel in principio
ſue acquiſitionis regni non valet.
19 Princeps ſucceſſor poteſt indiſtincte priuilegium gratie regis
ſui predeceſſoris facte alicui remittere.
20 Princeps ſi confirmat tale priuilegium erit gratia ꝛ ſi denege-
tur confirmatio erit iniuria.
21 Juriſditio ordinaria poterit reuocari per principem conceden
tem ad libitum.
22 Princeps ſemper poteſt cauſam inferioris ad ſe aduocare.
23 Principis atteſtationi ſtandum eſt.
24 Princeps non poteſt reuocare priuilegium quod tranſiuit in
vim contractus.
25 Deus non ſubiecit contractus ſub poteſtate principis.
26 Princeps ſucceſſor poteſt reuocare iuriſditiones amplas con-
ceſſas per predeceſſorem in preiudicium ſue iuriſditionis regni
vt ſunt iuriſditiones ſecundarum cauſarum conceſſe Baro-
nibus quia Rex non habet ibi niſi iuriſditionem in habitu.
28 Dominus abutens iuriſditione ſibi conceſſa per principem po
teſt de facili priuari iuriſditione predicta.

## Uotum.XXVIII.

Maximi opificis ſuf-
fragio iterato. Amen.
¶ Dum ad querelam cuiuſdam paupe-
ris interfecti per quendam homicidam
de terra ſancti Seuerini reſcriptum fuiſ-
ſet per Illuſtriſſimum dominum Prore-
gem Magne Curie Uicarie vt ſuper de-
negata ꝛ retardata iuſtitia allegata debite prouidere debuiſſet
de iuſticia: ꝛ ſucceſſiue per eandem Magnam Curiam fuiſſet
comminatum Officiali dicte terre que eſt Illuſtriſſimi Princi-
pis Salerni vt intra certum terminũ expreſſum cauſam ipſam
expedire debuiſſet iuſticia mediante alias per viam retardate ꝛ
denegate iuſticie eſſet ad eandem Magnam Curiam aduocata
prout iam fuit elapſo termino comminato predicto Illuſtriſſi-
mo Principe reclamante ad ſuprascriptum Concilium pro-
pter clauſulas in eius priuilegijs contentas maxime in priuile-
gio sereniſſimi quondam Regis Ferdinandi primi quod non
poſſit comminari nec per viam retardate aut denegate iuſticie
cauſas ab eius officialibus aduocari.

¶ Heſitatum

UVA. BHSC. IyR_279_2

Heſitatum igitur fuit in eodem ſupraſcripto conſilio an po-
tuerit cauſa ipſa committi eidem magne curie per Illuſtr. pro
regem obſtantibus priuilegijs ipſius Illuſtriſ. principis: et an
obſtãtibus clauſulis priuilegij predicti potuerit cauſa ipſa ab
eodem aduocari. Ego dixi quod abſq; dubio proceſſit ipſi⁹ cau
ſe cognitio ſuper retardata ſeu denegata iuſtitia commiſſa eidẽ
magne Curie iudici regio ꝛ vniuerſali in toto regno et que tan
quam vicarius ꝛ vices principis gerens procedit in toto regno
ſuper adminiſtratione iuſticie maxime vbi pretenditur iuſtitia
retardata ſeu denegata reſcribit officiali retardanti vel denegã-
1 ti vt pretenditur vt infra duos menſes cauſam expediat vt in cõ
ſtitutio. regni ſtatuimus ſub rubrica de offici. magi. iuſtitia: et
in conſtitutione iuſticiarij nomen ꝛ normã dicitur quod ſi cau-
ſa commiſſa per ſuperiorem vt ſupra infra duos menſes non ex
peditur quod eo caſu dicitur iuſtitia retardata ꝛ aduocatur ad
ſuperiorem: et idem erit in barone cui princeps reſcripſit vt fa-
2 ceret alicui iuſtitiam ſi cauſam ipſam non expedierit † niſi cauſe
neceſſitas requireret longiorem terminuz quod conſtare debet
vt ibi ita dixit Paris de pute. in tract. ſindi. in titulo de officio
ſindi. viij. char. verſi. qualiter autem probabitur iuſticiam dene
gatam in fi. dicti verſic. Nam ex huiuſmodi priuilegij tenore nõ
3 videtur princeps ipſe concedens † ſe excluſiſſe ſeu a ſe iuriſditio
nem abdicaſſe ſupremam quin ꝛ ipſe quoq; cognoſcere nõ poſ-
ſet ſeu potuiſſet interdũ de quibuſlibet vaſallis ſeu ſubditis in
regno quando vult text. eſt ſingu. ꝛ peregrinus in proprijs ter-
4 minis in. c. dudum. de preben. in. vj. † ꝛ pro hoc bene facit quia
princeps concedendo iuriſdictionem ſeu cauſam alteri ſpeciali
ter committẽdo non videtur abdicaſſe ipſam ab alio ordinario
ſuperiore ꝛ multofortius a ſemetipſo cognitionem ſed accumu
laſſe. vt eſt caſus no. in ſimili in. c. per hoc. de here. in. vj. et in. l. j.
C. de offic. prefec. vrb. et ibi loquitur tex. de officio prefecti vrbis
cui non videtur derogatum ſi officium certi generis cauſarum
alij committatur ꝛ idem conſuluit Pet. de anch. conſi. clxiij. in
quarta columna in primaparte. ꝛ dixit idem Pet. de ancha. in
ꝯſ. xxviij. ĩci. rõnes inducte p preallegatũ tex. in. c. dudũ. de pbẽ.
5 † ꝙ ſemp remanet dño ꝛ maior iuriſditio et ptãs ꝙ trãſferat in
6 aliũ: ꝛ pro hoc bñ facit qꝛ regulariter iuriſditio videt̃ cõceſſa ac
cumulatiue ꝛ nõ priuatiue: ꝛ p ꝯceſſionẽ alteri factã nõ vr̃ ſubla-
ta ſeu adẽpta ab illo q p pri⁹ illa habuerat: ſʒ vt vtriq; cõpetat vt
p optia iura cõprobat Feli. poſt alios ĩ. c. paſtoralis. de off. or. qõ
tãto magis pcedit ĩ iperatore q ꝯcurrit ĩ iuriſditiõe cũ quocũq;
ſuo ſubdito vt dicit Baldus in capi. primo. in titulo quis dica-
dux vel march. circa principium ꝛ in capitulo primo. in princi.
qui feud. dare poſ. vbi etiã loquitur de papa: hinc eſt quod licet
in priuilegio predicto contineatur quod non poſſit comminari
non tamen dicit princeps quod huiuſmodi comminatio fieri
non poſſit a ſe ſeu eius vices gerẽte licet ab alio ordinario quia
perſona ipſius loquentis excepta intelligitur vulg. l. inquiſitio.
C. de ſolatio. ꝛ ipſe imperator non poteſt dici iudex ordinarius
vel delegatus cũ ab ipſo ordinarie ꝛ delegate iuriſditiones deri
uare ac emanare apparent ꝛ ipſe creet ac faciat iudices ordina-
rios ꝛ delegatos. l. j. ff. ad. l. iul. de ambi. l. j. §. cũ vrbem. ff. de offi.
prefec. vrb. ꝛ no. in. l. more. ff. de iuriſditione omnium iudicum.
ꝛ in capitulo cum ab eccleſiarum. de officio delegati. ꝛ ideo ſuc-
8 cedit quod † ſi princeps ſe de cauſa intromittat eandem ad ſe vel
eius delegatum trahendo nemo amplius ipſo principe incõſul
to poteſt ſe in ea intromittere quaſi huiuſmodi cauſa fuerit ex-
empta ab ordinaria iuriſditione vt patet in capitulo vt noſtrũ.
de appellatio. ꝛ in. c. ſignificaſti. de offic. delega. ꝛ in dicto. c. pa-
ſtoralis. ꝛ facit. l. iudicium ſoluetur. ff. de iudi. quod maxime cõ
cedẽdum eſt in iſtis iuriſditionalibus que princeps ipſe poteſt
9 pro eius libito † reuocare vt dixit Bal. in. l. reſcripta. C. de preci.
impera. offer. And. de Iſer. in conſtitu. ea que. ij. colum. ſub ru-
brica quod nullus prelatus comes vel baro. ꝛ idem And. in cõ-
ſtitu. priuilegia in fine primi libri in titu. de caſſa. priuileg. ꝛ ibi
ſubdit quod tollit quando vult: ꝛ ideo ſi concederet alicui iuriſ-
10 ditionem ad vitam non ex hoc videtur abdicaſſe a ſe poteſtatez
ad libitum reuocandi ꝛ alteri concedendi no. Ange. in. l. j. ff. de
offi. eius ꝛ dixit ſatis pulchre Bal. in. l. j. C. vnde lib. qõ põt prin
11 ceps ſupprimere iuriſditionem † nedũ ſingularium perſona-
rum ſed etiã ciuitatũ ꝛ idẽ ante eũ tenet Inno. in. c. q̃ in eccleſia
rũ. de cõſti. Card. in. c. ppendim⁹. extra de ſen. excõ. Abb. in. c. no
12 uit. de indi. ꝛ hoc qꝛ iuriſditiones † fluũt a rege ꝛ refluũt ad regẽ
Bal. ꝛ doc. in. c. j. §. ad hec de pa. iu. fir. ꝛ fluũt. i. p cõfirmationes
cõceſſiones ꝛ cõmiſſiones vt dicũt pfati doc. bñ tñ verũ eſt qõ ſi
13 princeps in pmiũ bonoꝝ † ſeruitioꝝ ꝯceſſiſſet hmõi priuilegiũ nõ
ita reuocare poſſet ſine cã: ita pulchre ꝛ ſatis magiſtralr̃ And.
de Iſer. ĩ pallegata cõſti. ea q̃ ſub rub. ꝙ null⁹ plat⁹ comes ꝛ tñ i
caſu iſto nõ reuocat lʒ de cã cognoſcat: ſʒ cã reuocatiõis cẽt in ca
ſu de q̃ agit̃ ꝛ potiſſima ĩ pncipe dũ ꝯcedẽdo ꝙ nõ poſſint a pnci

pe ſalerni ſeu ei⁹ officialib⁹ cauſe aduocari p remediũ retardate
ſeu denegate iuſticie nec ẽt cõminari vt iuſticiã faciãt hoc eñ lon
ge ſatis piudiciale eſt autoritati ꝛ dignitati ſupreme ipſius prin
14 cipis: ꝛ ex iuris diſpoſitione † princeps ſi aliquid conceſſiſſe ap-
paret in preiudicium ſue autoritatis ꝛ dignitatis ad voluntatẽ
reuocabit nec ad eius obſeruantiam tenetur ſeu obligatur vo-
luit Andreas de Iſernia in capitulo imperialem. de probibi-
ta feudorum alieñ. per Federicum. verſiculo circa hoc videtur.
15 imo etiam ſi non eſſet enorme † preiudicium minime teneretur
illud ſeruare in preiudicium ſue autoritatis: ita dixit dominus
Abbas in capitulo ſicut el ſecundo. per textum ibi extra de iu-
16 reiurando. et ſubdit quod ſi cardinales † ante creationem Pa-
pe aliquid ſtatuunt ꝛ promittant quilibet ipſorum ſi fuerit ele-
ctus illud obſeruare ſi talis promiſſio cederet in preiudicium
dignitatis ſeu autoritatis ſue non tenebitur ad ipſius obſeruã-
tiam ꝛ idem not. conſuluit Calderinus in conſilio tertio. in titu
lo de iureiurando. ꝛ facit textus in capitulo cum veniſſent. in
verſiculo ipſe non timẽs. extra de inſtitutionibus. ꝛ idem ſequi-
tur Felinus in capitulo primo. quarta columna. extra de proba
tionibus. vbi ſubdit formaliter hoc eſſe bene not. ad infringen-
dum promiſſiones factas per principes in principio eorũ crea-
17 tionis † quia ſi ſunt preiudiciales non tenentur illas ſeruare: et
ita dicit alias diffuſe conſuluiſſe: ꝛ idem etiam in particulari te-
nuit domi. Ioan. Lupi. in rubrica extra de donationibus inter
virum ꝛ vxorem. charta quadrageſimatertia. vbi formaliter di-
cit quod donatio per Regem facta tempore guerre vel in prin-
18 cipio † acquiſitionis ſtatus ꝛ regni non valet: ꝛ eundem etiam
refert ꝛ ſequitur Ioan. Neuiza. in ſua ſilua nuptiali in vltima
charta. penultima columna vbi enumerat caſus in quibus non
eſt parendum principi reſcribenti: ſed expectari debet ſecunda
iuſſio et tanto magis quia non ſumus in ipſo Rege qui conceſ-
ſit: ſed in ſucceſſore qui indiſtincte poteſt tale priuilegium gra-
19 tie factum † per ſuum predeceſſorem reuocare per textum in ca-
pitulo ſi is cui. de prebendis in ſexto ita dixit Cynus ꝛ Alberi-
cus de Roſate in. l. digna vox. tertia columna. C. de legibus. et
idem voluit Baldus in titulo de pace conſtantie in verſicu. am-
plius ꝛ melius Franciſcus de Aretio in capitulo nouit. de iudi
cijs. per textum in capitulo ſubiectum. de decimis. ꝛ idem fir-
mat ibi Felinus in ſeptima ꝛ octaua columna. licet Baldus in
ſuo conſilio ducenteſimo ſeptuageſimoſexto. in tertio volumine
dixerit quod de iſta queſtio. nunq̃ fuit facta pax inter ſapientes
ꝛ alibi idem Bald. in conſilio nonageſimoſexto. in eodem ter-
tio volumine dixit quod ſi confirmetur tale priuilegiũ erit gra-
20 tia: † ꝛ ſi denegetur confirmatio erit iniuria ꝛ ſic reſidebit in pe-
ctore ſucceſſoris: ꝛ per hoc bene facit quia iuriſditio ordinaria
21 poteſt reuocari per principem † concedentem ad libitum vt in. l.
meminiſſe. ff. de officio proconſu. ꝛ lega. ꝛ ideo Imperator fede
ricus fecit reuocationem priuilegiorum que conceſſerat certis ci
uitatibus regni vt homines ipſarum non potuiſſent citari per
iuſticiarios ꝛ ſi citarentur non tenerentur cõparere vt dicit con
ſtitutio priuilegia in rubrica ideo dicit Bartolus in. l. non am-
bigitur. ff. de legibus. poſt Gulielmum de Cune. ibi quod po-
pulus romanus qui conceſſit iuriſditionem imperatori poſſet
illam reuocare per. l. ij. §. exactis. ff. de origine iuris. nam ſemper
22 princeps poteſt † cauſam inferioris ad ſe aduocare capitulo vt
noſtrum. de appellationibus. ꝛ iſte eſt vnus de modis per quẽ
iuriſditio finitur vt dicit Hoſtienſis in ſumma de officio ordi.
verſiculo ꝛ qualiter finiatur. bene verum eſt quod dici poſſet ꝙ
iuriſditio ꝛ merum imperium predictum fuerunt conceſſa ipſi
principi ꝛ ſuis predeceſſoribus propter benemerita ꝛ ſeruitia
vt liquet ex tenore priuilegij ipſius principis cuius atteſtationi
23 ſtandum eſt † vt in capitulo porro. de priuilegijs. ꝛ in clementi-
na prima. de probationibus. ita dixit Lucas de Penna in. l. ſe-
cunda. C. de mãcipijs ꝛ colonis patrimonialibus. libro vndeci-
mo. Nam eo caſu non poteſt tale priuilegium reuocari per Re-
gem vt dicit Andreas de Iſernia in conſtitutioni. regni ea que
ad decus ꝛc. quia ſicut datum per regem non poteſt reuocari ſi-
ne cauſa vt in. l. prima. ꝛ ſecunda. C. ne fiſc. rem quam vend. euin
cat. libro decimo. ita non poteſt merum imperium quod conceſ
ſit reuocare quia iura incorporalia quaſi traduntur vt in lege
ſeruitus. §. incorporales. ff. de acquiren. rerum domi. ꝛ bene fa-
cit quod quando priuilegium tranſit in vim contractus nõ po
24 teſt per principem † reuocari ſine cauſa per textum in. l. fundum
C. de fundis patrimonialibus. ꝛ in capitulo primo de feudo ſi-
ne culpa non amittendo. ꝛ plus dixit Baldus in. l. prima. C. de
conſtitutionibus principum. quod conceſſa per principem iure
contractus non poſſunt nec per eũdem principem nec per eius
ſucceſſorem reuocari: ita dixit Petrus de Ancharano in capi-
tulo quoniam. de conceſſione prebende. in ſexto. Alexander in
conſilio centeſimo nonageſimoſecũdo. iiij. columna in. ij. volu.

UVA. BHSC. IyR_279_2

nam cum princeps contrahit tenetur ad ipſius contractus ob-
ſeruantiam niſi ex iuſta cauſa vt conſuluit Alexander in conſi-
lio primo. ſexta columna in ſecundo volumine ex quo deus non
25 ſubiecit† contractus ſub poteſtate principis dixit Bal. in capi. j.
de natura feud. vnde non poterit reuocare niſi ex cauſa vt quan
do ſibi nõ adimpletur ꝙ adimpleri debet ſecundum Bal. in. l.
pen. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ Bald. in additio. Spec. in tit.
de ſentẽ. col. xxiij. verſi. ſententia quoqꝫ Pet. de ancha. in repeti.
c. canonum ſtatuta. q. xiiij. in. ij. col. extra de conſti. Fulg. in con-
ſilio. cxliij. Alexã. plene in cõſi. ccxv. incip. nec arguẽdi ſumus in
ſecundo volumine ⁊ in conſi. j. ſc͡da col. primo volu. Roma. in. l.
ſi vero. §. de viro. xxiiij. fallẽ. ff. ſolu. matri. ⁊ in conſi. lxvij. ⁊. cclv.
⁊. ccl. ⁊ dicitur ſatis poſſe reuocare cum cauſa: dum apparet a ſe
abdicaſſe ius ſuperioritatis per tales clauſulas quo caſu nõ po
teſt ſe expropriare omni iuriſditione ⁊ ſupioritate: ita concludit
Bal. in prelud. feud. iiij. col. in fi. ⁊ ſequitur Marti. Laud. in. c.
j. in fi. v. col. qui feu. dare poſſ. Car. in prelud. circa med. x. col. et
Jaſon ibidem. xxv. col. ⁊ Alexan. in. l. filio quem pater. ff. de li-
ber. ⁊ poſthu. imo. in rubrica. ff. de verb. obli. ⁊ in conſi. cclxxiiij.
Bal. in conſi. ccciij. poſt principiũ in. iij. vol. Hinc dixit affli. no
ſter Neapoli. in prelud. conſtitu. regni que facit ante proemi. et
proprie in. xxiiij. q. in. ij. col. ꝙ quidam magnus aduocatus fiſci
tempore gallorum quod ex quo tempore regis Alphonſi primi
fuit conceſſum merum ⁊ mixtum imperium baronibus priua-
tiue ad magnam curiaꝫ vicarie quod eſt ius regale ipſius regis
vt in. c. j. que ſint rega. ⁊ conſtitu. regni. ea que ad decus propter
quod ita conceſſum Barones ſunt ſicut reges in terris eorum
maxime illi qui habent etiam ſecundas cauſas ⁊ rex ibi nõ ha-
bet niſi iuriſditionem in habitu ⁊ facit quicquid volunt ⁊ ideo
26 quia ex poſtfacto incipit ledere coronam † ⁊ regnum ⁊ ſtatũ pu
blicum quod ſucceſſor in regno poſſet reuocare prout tenet Frã.
de are. in. c. nouit. de iudi. per text. in. c. ſubiectum de deci. et fir-
mat Feli. in. d. c. nouit. in. vij. ⁊. viij. col. ⁊ in. c. j. de probatio. ita
dicit Affli. vbi ſupra. ⁊ hec maxime concedenda ſunt procedere
27 in hoc regno in quo ſolus rex eſt dñs perſonarũ† in regno ipſo
degentium vt dicit tex. in. c. regni ad regale faſtigium: ⁊ in. c. fi-
nis precepti charitas ⁊ in cõſtitu. regni quia frequenter ſub ru-
brica de homicid. non tene. ratione terre ⁊c. vnde maximum pre
iudicium inferretur principi ⁊ eius dignitati ac prerogatiue ſi
de iuſtitia retardata aut denegata ſubditis quorꝫ ipſe eſt prin
cipalis dominus etiam perſonarum non poſſet ſe intromitte-
re cognoſcere ⁊ prouidere circa bonam adminiſtrationem iuſti
tie: ex quo preſupponendum eſt de neceſſitate quod iuriſdictio
fuerit conceſſa per ipſum ſupremum principeꝫ prefato quondã
Jlluſtriſſimo Roberto ⁊ ſucceſſorib⁹ vt bene ipſa ac canonice
vtantur in vaſallos nec abuteretur cum eo in caſu dñs abutẽs
28 †iuriſditione ſibi conceſſa poſſet ea de facili priuari dixit Bal.
in. c. primo. §. publici latrones. de pace tenẽ. ⁊ in. c. primo. quali
ter domi. proprieta. feu. priue. ⁊ plene Jacobi. de Sancto Geor-
gio in tractatu de homagijs. per ſex columnas. ex quibus omni
bus et eorum ſingulis concludo minime refrenandam ſupre-
mi principis poteſtatem ac autoritatem: ſed iure licito potuiſſe
ac poſſe cognoſcere et comminari ob iuſtitiam retardatam aut
denegatam regnicolis ſeu quibuſcunqꝫ in regno iſto degẽtibus
non obſtante priuilegio predicto: quod quidem debet cum gra-
no ſalis intelligi ⁊ practicari claue diſcretionis non errante: et
quia res cepit exitum per alia media ⁊ pars offenſa concorda-
ta non fuit aliter deciſa. Ego Thomas Gramaticus
Judex magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Juris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Cuſtos carceris etiam pro leuiſſima culpa tenetur crimi-
naliter.
2 Carcerarius tenetur de negligentia ⁊ debet ſtare per annum in
carceribus ⁊ bona eius publicantur: ⁊ hoc de iure conſtitutio-
num regni verũ de iure ciuili remouetur ab officio ob eius ne-
gligentiam. nu. 3.
4 Negligentia magna culpa eſt: ⁊ magna culpa dolus eſt.
Carcerarius tenetur prouidere locum carceris ⁊ principaliter
ianuam ⁊ ſingula neceſſaria prouidenda.
5 Carcerarius dicitur vti diligentia dum tenet carceratos pro de
licto in compedibus ⁊ cippis.
6 Cuſtos carceris tenetur de lata culpa ſicut alius de dolo ⁊ capi-
taliter ⁊ ita punitur.
7 Carcerarius adhibens in cuſtodia omnem ſuam diligentiã ne-
ceſſariam ſi ex caſu aufugerint carcerati non tenetur ipſe licet in
dubio fuiſſet preſumptio contra cuſtodem.
9 Officialis tenetur de culpa cuſtodis quem appoſuit ac etiam de
negligentia ſi captiuus aufugit.
10 Officialis exhibendo cuſtodem carceris non euadit penam. et
nu. 11. et. 12.
14 Carcerarius cuius culpa carceratus pro crimine aufugit debet
pena capitali puniri vt ſi dolo vel pretio corruptus fuit ⁊ ſi ne-
gligentia vel culpa eius pariter puniendus eſt licet culpa ⁊ ne-
gligentia fuerit ſine dolo.
16 Tria ſunt ſpecialia contra poteſtatem cui carceratus pro crimi
ne capitali aufugit: primo quod incumbit ſibi onus probandi
diligentiam quod carceratus caſu aufugit: ſecundo quod non
liberatur exhibẽdo cuſtodem carceris: tertio quod pro negligẽ-
tia ⁊ culpa tenetur pena capitis.

## Votum. XXIX.

SUmmi opificis ſuffragio repetito. Amen. Jn cauſa honorabiliũ Antonij ⁊ Hieronymi de Carnago de Neapo. fratrum cum Regio fiſco ſuper petita priuatione officij cuſtodie carcerum ipſius magne curie ꝙ eſt ipſorum inquiſitorum ⁊ hoc ex cauſa duorum carceratorum degentiũ in eiſdem carceribus pro criminibus capitalibus vt pretenditur per Regium procuratorem fiſcalem ex culpa ⁊ negligentia ſubſtituti ipſorum cum reperto hoſtio aperto receſſerunt pro eo quod Antonius Puluerinus ſubſtitutus per eoſdem fratres in dictis carceribus fatetur reſeraſſe hoſtium predictum verũ non preuiderat cathena cui⁹ hoſtij non fuiſſet ingreſſum foramen vt conſueuerat ad reſerandum. Heſitatum igitur fuit inter iudices ipſius magne Curie meos collegas an huiuſmodi culpa ⁊ negligẽtia cuſtodis habeat officere eiſdem fratribus principalibus dominis ipſius officij maxime cum eundem Antonium Puluerinum eorum ſubſtitutum exhibuerunt carceratum magnifico fiſci patrono ⁊ etiam procuratori: ⁊ premittendo quod in priuilegio conceſſionis officij predicti facto per quondam Sereniſſimum Regem Ferdinandum primũ quondam honorabili Bernardino Carnago genitori predictorum Hieronymi ⁊ Antonij eſt expreſſa clauſula quod poſſit in dicto officio inſeruire per ſubſtitutum: ſed quod de eius culpis ⁊ defectibus heres ipſe principaliter teneat̃ ſic ⁊ eius heredes ⁊ ſucceſſores in eodem officio.

1 ¶ †Succedit quod leuiſſima culpa non puniatur criminaliter
vt dicit Cy. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. ⁊ cleri. ta-
mẽ erit hoc ſpeciale in cuſtode carceris ita dixit Bal. in. l. ſi eius
rei. §. de preteritis alias deniqꝫ. ff. de vſufruct. ⁊ ſequitur Paris
de Puteo in tracta. ſindicatus in verſiculo incipiente carcer. ca-
pitulo an ſi plures. tertia columna vbi ſubdit quod de iure con
ſtitutionis regni cuſtodes que corrigit ius cõmune carcerarius
2 tenetur† de negligentia ⁊ debet ſtare per annum in carcerib⁹ bo
nis eius publicatis: ⁊ ſi fraude dimiſerit carceratos abire tene-
3 tur pena capitali nam alias de iure ciuili cuſtos † negligens re-
mouebatur ab officio duntaxat. l. carceri ⁊. l. fina. ff. de cuſto. reo.
⁊ conſuluit Paulus de Caſtro in ſuo conſilio quadrageſimo-
ſecũdo quod carcerarius eſt quidam depoſitarius carceratorũ
argumento. l. prime. in princi. ⁊. l. lucius. verſiculo quod aliud
propter quod officium in cuſtodiam habet a publico ſalarium
⁊ mercedem pro cuſtodia alicuius rei accipit is illius rei pericu
lum preſtare tenetur. l. qui mercedem. ff. loca. vbi glo. dicit quod
de omni culpa tenetur. l. videamus. eodem titulo ⁊ late per glo.
⁊ Barto. in. l. eum qui. §. ſi epiſtolam. ff. de furt. vbi qui ſuſcipit
rei cuſtodiam ⁊ pretium tenetur de periculo ſuccedente: ⁊ quod
fuerit in culpa ⁊ propterea teneretur nam carcerarius tenetur
de negligentia vel culpa vt in preallegatis iuribus. nam magna
4 negligentia culpa eſt † ⁊ magna culpa dolus eſt. l. magna. de ver-
borum ſignificationibus. ⁊ alias magna negligẽtia eſt quaſi do
lus. l. merces. §. culpe. ff. locati. ⁊. l. quod ſi nolit. ff. de edili. edic.
§. culpa. et lege ſi quis fundum. ff. locati. §. Jmperator. Et
ideo ſuccedit quod omne reprehenſibile eſt culpa argumento. l.
5 ſi per imprudentiam. ff. de euictio. ⁊ cuſtodem non preuidere ſi
hoſtium carceris eſt reſeratum vel apertum dum clauẽ eripit ab
ipſo hoſtio: quis enim hoc non reprehenſibile ⁊ impunibile ar-
bitrabitur certe nemo cum carcerarius teneatur preuidere locũ
carceris: ⁊ principaliter ianuam ⁊ ſingula neceſſaria prouiden-
da prout tenetur quotidie facere per textum in. l. ſecunda. C. de
cuſtod. reorum. ⁊ non faciendo fuit in culpa lege qua actione.
§. ſi quis. ad legem aquiliam. ⁊ lege ſi ex plagijs. §. in cliuo.
ff. ſi quadru.

UVA. BHSC. IyR_279_2

ff.ſi quadrup.paup.feciſ. dica.nam ex quo predicti captiui qui
aufugerunt erant in caſu pene corporis afflictiue ⁊ condemna-
tionis imo alter ipſorum erat in perpetuum condemnatus in
triremibus debebat eoſdem cuſtos ipſe diligentius cuſtodire
lege ſi quis filio.§.eius verbo diligentioris cuſtodie.ff.de in-
iuſto rupto ⁊ irrito teſtamento. Et ideo debebat ipſos te-
nere in manicis ſeu cippis ferreis maxime quia non ignora-
bat cuſtos ipſe quod tanquam tuto ⁊ magis fido carceri ibidez
conſueuerant delinquẽtes grauiorum criminum detrudi vt de-
mum in tortura que de proximo ibidem detruſis infertur ⁊ in-
inferebatur veritatem delicti faterentur: ⁊ ideo vulgariter car-
cer veritatis communi vocabulo nuncupatum extitit: ⁊ ſic in-
5 fertur quod † debebat cuſtos ipſe vti diligentia eoſdem carcera-
tos in compedibus ⁊ cippis detinere vt dicit text.in.l.ſecunda.
C.de cuſtod.reo.ſecundum Baldum vbi ſupra allegatum in pre
dicto.§.eius vbi etiam ſubdit quod dicitur diligẽter cuſtodire
qui aliquem ligatum tenet manibus ⁊ pedibus cum ſit ſpecia-
6 le in cuſtode carceris qui de lata † culpa tenetur ſicut alius de do
lo ⁊ capitaliter ⁊ ideo ita punitur.l.milites.ff.de cuſto.reo.ſecũ-
dum Ludoui.in.l.in actionibus.ff.de in litẽ iurã.ita formaliter
tenet Paris de Puteo in tractatu ſindicatus in verſiculo car-
cer.capitulo an ſi plures carcerati ſecunda columna.⁊ inſuper
allegat Bald.in.l.ad commentarienſem.C.de cuſtod.reo.dicere
quod cuſtos carceris ratione culpe tenetur capitaliter quia in
ſua fide cuſtodiendos recepit: hinc debuit eſſe ſumpta conſtitu.
regni cuſtodes: ⁊ ideo ſubdit Par.ipſe ſe putare diſtinguendũ
7 quod † ſi carcerarius adhibuit in cuſtodia carceratorum omnez
ſuam diligentiam neceſſariam: vt quia retinebat carceratũ cum
ferris ⁊ cippis ſeu cathenis in carcere ſecundum qualitatem et
exigentiam delictorum carceratorũ ac etate ⁊ robuſticitate ipſo-
rum iuxta tex.in.l.prima.de cuſto.reo.⁊ aufugerint ⁊ tunc non
tenetur carcerarius: quia non eſt in culpa qui adhibet diligen-
tiam quam debet vt not.in.l.ſi negocia.ff.de negociis geſt.quia
adhibuit diligentiam quam debuit vt in.l.ſi vt certo.§.nunc vi
8 dendum.ff.commoda.licet in dubio † ſit preſumptio contra cu-
ſtodem per.l.penulti.C.de cuſto.reo.⁊ per.l.ad commentarien-
ſem.⁊ idem tenet Ange.in.l.milites.ff.de cuſto.reo.ex quo dici-
tur quem diligenter cuſtodire aliquem dum tenet ipſum ligatũ
bono ligamine: ⁊ quia officialis teneatur de culpa cuſtodis quẽ
9 appoſuit † ac etiam de negligentia ſi captiuus aufugit tenet in
ſpecie Flo.in.l.ſi fornicarius.alias in.l.ſi quis inſulam.§.ſi forni
carius.ff.ad.l.aquil.

¶ Nec ſuffragaretur predictis fratribus allegare quod predi-
ctus Antonius Puluerinus eorum ſubſtitutus fuit per eos ex
hibitus in magna curia vicarie magnifico fiſci patrono ⁊ procu
10 ratori ⁊ eſt iam in carceribus eiuſdem † ad ipſorum inſtantiam
quo caſu videntur ipſi liberati prout dicimus in ſimili de do-
mino cuius familia deliquit quod eam officialis exhibendo li-
beratur quia hoc verum eſſet in eo qui gereret officium publicũ
11 ſecus ſi priuatum † quia eo caſu tenebitur ex delicto familie ⁊ nõ
liberatur exhibendo familiam: ita dicit Bartolum in.l.prima.
§.familie.ff.de publica.per not.in dicto.§.familie ⁊ non libera-
tur exhibendo eam idem not.Barto.in predicta.l.prima.§.qui
nouiſſime quod ſequitur ad.d.§.familie per not.in predicto.§.
familie ⁊ ibi omnes Doctores ſequuntur Bartoluz ⁊ idem te-
net Abbas poſt alios in capitulo primo.extra de reſtitutio.ſpo
liatorum.ſolus tamen Raphael in predicto.§.quod nouiſſime.
ff.de publicanis.dicit dictum Bar.non habere rationem qua-
re magis in officio publico debeat teneri preciſe abſq; facultate
exhibendi cum in publicis officiis gerendis maior diligentia re
quiratur in eligendis ⁊ exercendis probis hominibus ⁊ addu-
cit Bartoluz in.l.ſi cum exhibuiſſent.§.penultimo.ff.de publi.
qui dicit quod nulla poteſt reddi ratio quare ita pretor ſtatuit
in hoc edicto niſi quia ita ſibi placuit: attamen in ſubſtituto cu-
ſtode carceris in quo in preſentiarum ſumus deputato ad cuſto
diam carceris cuius culpa captiuus aufugit principalis carce-
rarius eundem ſubſtituens tenetur per regulam dicte.l.j.§.fa-
12 milie.nec per exhibitionem † ſubſtituti liberatur per textum in
dicta.l.ad commentarienſem.quẽ ibi pulchre ſummat Ang.ibi
dum dicit principales carcerum ſumma diligẽtia debent cuſto-
diri facere carceratos ne fugiant ſubituri penam fugientis nec
liberantur exhibendo cuſtodem deputatum qui text.videtur
deſtruere omnes preallegatas doctrinas ⁊ hoc quia fuit in cul-
pa minus idoneum ſubſtituendo in dicto officio per glo.in di-
cta.l.ad commentarienſem.ita concluſiue re erio tenuiſſe excel-
lentem dominum Antonium de Alexan.in additionibus ad
Bartolum in dicta lege prima.§.familie.ff.de publicanis.vbi
ſubdit quod eſt pulchra limitatio ad hec dicta ⁊ quod alias fuit
de facto in fuga Antonii Jacomini de Florentia: ⁊ idem poſt
predictum do.Antonium reperio tenuiſſe do.Amode.inſti.in
ſuo trac.ſindi.in verſi.item in eo quod dicti ſocii milites fuerũt
negligẽtes i.vj.char.trac.vbi formaliter dicit vt caueãt ⁊ prudẽ
ter attendant milites quibus cuſtodia carceratorum ⁊ carcerũ
commiſſa eſt ne carceratus pro crimine capitali aufugiat quia
ipſi eadem pena venirent puniendi per.d.l.ad commentarien-
13 ſem.quod quidẽ intelligendũ † eſt ſi dolo vel pretio corrupti fue
rint per text.in.l.carceri.⁊ in.l.milites.⁊ in.l.fin.ff.de cuſto.reo.
ſi vero negligentia vel culpa ipſius cuſtodis aufugiat etiã ⁊ ipſe
cuſtos eadem pena puniri debet per.d.l.ad cõmentarienſem ibi
⁊ ſi reus aliquo modo fuerit lapſus: ipſum cuſtodem volumus
eadem pena teneri ⁊ ideo ſubdit formaliter in vulgari dicendo
non te fidare de pregione ſer gaſpare ſi non vuole che te ſia mo-
za la teſta: ⁊ plus ſubdit quod nec propterea liberatur poteſtas
exhibẽdo militem vel alium familiarem quem deputauerat ad
cuſtodiam carceris vt dicit ibi tex.⁊ eſt caſus ſpecialis ſecunduz
14 glo.⁊ Bald.quod † culpa ⁊ negligentia ſine dolo poteſtas miles
ſocius cuſtos carceris tenentur pena capitis: ⁊ ideo iterum di-
cit guarda bene el pregione ſer Gaſpar: regulariter autem con-
trarium eſt quia in.l.cornelia de ſicariis.vbi non eſt dolus non
imponitur pena capitalis vt not.in.l.in actionibus.ff.de in litẽ
iuran.⁊ facit.l.fina.ff.de cuſto.reo.vbi text.dicit ad literam non
facile cõmitti debet cuſtodia carceris tironi id eſt nouo officiali
quia vt ſubdit ibi tex.ſi carceratus aufugit mala electio aſcribi
tur culpe poteſtatis eligentis cuſtodem verum ſi carceratus pro
qualitate delicti ⁊ conditione perſone detineatur in carcere con-
15 ſueto ⁊ in vinculis ⁊ aufugit parcitur officiali † ⁊ militi dummo
do ipſe probet caſum fuge ſine culpa ſua vt eſt tex.in dicta.l.fina
li.in verſicu.ergo ſine caſu ⁊ ſic eſt ſpeciale quod ipſi cuſtodi in-
cumbit onus probãdi quod ſine culpa ſua aufugit quia officiũ
eius erat cuſtodire diligenter: ideo debet probare diligentiam
alias alleganti culpam incumbit onus probandi vt not.Bart.
in.l.ſi quis ex argentariis.§.fina.ff.de edendo.⁊ ſic per predicta
ſubdit ſe alias conſuluiſſe in ciuitate ſenarum in fauorem capi-
tanei militis ſocii cui aufugerat carceratus pro crimine aſſaſſi-
natus quia tenebatur in loco cõſueto in compedibus ⁊ ligatus
⁊ nihilominus aufugit quod ex quo delictum non fuerat con-
ſummatum: ⁊ ille eo caſu veniebat plectendus pena pecuniaria
quod bene dicebatur carceratus eo modo vt ſupra ⁊ ſubdit etiã
ita fuiſſe conſultum per multos alios Doctores ⁊ iudicatũ per
eius ſindicatores quia ſi detinetur ligatus dicit ſub fida cuſto-
dia detineri.l.prima.§.finali.in gloſſ.in verſiculo permittitur.
ff.de ſeruis fugiti.⁊ ſic cuſtos excuſatur ⁊ idem not.Innocen.in
capitulo nuper.in principio de ſententia excommunicationis.
⁊ hec dicit eſſe menti tenenda predictus domi.Amode.⁊ inſu-
per vltimo concludit tria eſſe ſpecialia contra poteſtatẽ cui car-
16 ceratus pro crimine † capitali aufugit.Primum quod incũbit
ſibi onus probandi diligentiam ⁊ quod carceratus caſu aufu-
git non autem allegans negligẽtiam hoc caſu tenetur eam pro-
bare.l.cum ita.§.ſpecies.⁊ ibi not.ff.de legatis ſecundo.licet re-
gula ſit in contrarium in.l.ſecunda.ff.de probationibus.Secũ-
dum ſpeciale eſt quod non liberatur exhibendo militem ſeu cu-
ſtodem carceris ſed tenetur etiam ipſe pena capitali dicta.l.ad
commentariẽſem regulariter autem contra in.l.ſi cum exhibuiſ-
ſent.ff.de publicanis.Tertium ſpeciale eſt quod pro negligen-
tia ⁊ culpa tenetur pena capitis dicta.l.ad commentarienſem.
regulariter autem contra.d.l.ſecũda.in.l.cornelia.ff.de ſicariis.
ſed licet Bald.hoc firmet in dicta.l.ad commentarienſem.tamẽ
tex.ibi in dicta.l.finali.ff.de cuſto.reo.videtur dicere quod ſi nõ
eſt in dolo punietur pro modo culpe arbitrio iudicis quod ſub
dit eſſe tenendum menti perpetuo: ⁊ ideo cum nulla diligentia
probata fuerit per predictos cuſtodes: imo conſtat de negligen-
tia qua mediante carcerati aufugerunt ⁊ licet per conſtitutionẽ
regni cuſtodes talis pena ſit publicationis bonorum omnium
vltra perſonalem detentionem vbi ob negligentiam cuſtodis
captiuus aufugerit: attamen conſiderando quod non principa
liter ipſi fratres principales cuſtodes deliquerunt niſi quia mi-
nus idoneum ſubſtituerunt: ideo predictos Antonium ⁊ Hie-
ronymum de Carnago fratres ⁊ principales cuſtodes pena pri-
uationis predicti officii carcerum incurriſſe duntaxat voti ſum
inherendo iuris communis diſpoſitioni tanquam mitiori qua
cauetur cuſtodem negligentem ab officio remouendum in quo
negligentiam commiſit per.l.carceri.⁊.l.fina.ff.de cuſto.reo.in-
telligendo de ipſis cuſtodibus principalibus negligentibus di
ligentem ⁊ idoneum ſubſtituere cum aliter in dolo non fuerint
vt pena etiam corporali afficiendi venirent ⁊ ita in hanc ſenten-
tiam ex meis preallegatis iuribus inclinauit tota magna curia
nemine diſcrepante ⁊ fuit lata ſecundum eam diffinitiua ſenten
tia vltima die Auguſti qua officio dicte magne iudicatus fun-
ctus ſum in anno.M.ccccc.xxv. Ego Thomas Grama
ticus Judex magne Curie Vicarie.

UVA. BHSC. IyR_279_2

¶Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Juris Vtriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 Delictum veneni eſt occultum ⁊ ideo in eo debet iudex eſſe
promptior ad torturam.
2 In enormibus licet iura tranſgredi.
3 Mendax de iure torqueri poteſt.
4 Trepidatio ⁊ inconſtantia ⁊ titubatio facit indicium cõtra in
quiſitum.
5 Erubeſcere pallere ⁊ inconſtanter loqui ſunt ſigna male con-
ſcientie.
6 Inimicitia an ſit ſufficiens indicium ad torturam.
7 Teſtes parte non citata non probant nec ex eis reſultat indi-
cium etiam ſi eſſent mille teſtes ita examinati. ⁊ nu.8.
9 Princeps non poteſt tollere defenſiones inquiſito in cauſa cri-
minali cum defenſio ſit de iure diuino quã princeps tollere nõ
poteſt. ⁊ nu.10.et.11.
12 Princeps poteſt tollere defenſionem de iure ciuili competentẽ
ſed non eam que competit de iure naturali.
13 Princeps non poteſt mandare de poteſtate ordinaria qð quis
torqueatur abſq; indicijs.
15 In enormibus quod licet iura trãſgredi non eſt ita ſimpliciter
verum: item intelligitur in cauſis arduis in quibus incurritur
ſtatus rei publice.
16 Mendacium quod non ſit indicium ad torturam.
17 Inconſtantia trepidatio ⁊ pallor requiritur quod copulatiue
concurrant vt faciant indicium: ⁊ tamen multi ob periculi ma-
gnitudinẽ ſeu cordis debilitatẽ ſimilia peragunt ⁊ tamen ſunt
innocentes.
18 Inimicus probata conuerſatione preſumitur reconciliatus.
19 Inimicitia cauſata culpa eius qui ipſam allegat an ſit impu-
tanda.
20 Inimicitie indicium non eſt de per ſe ſufficiens ad torturam.
21 Judex licet habeat arbitrium liberum tamen non poteſt ex hoc
torquere non precedentibus legitimis indicijs nec poteſt de-
negare defenſiones contra indicia licet liberum arbitrium ha-
beat. nu.22.
23 Preeminentia magne curie vicarie ſumpta a capitulis regni
non permittit contra quemlibet indifferenter procedi ad tor-
turam ſed ſolum contra publice diffamatos ⁊ reprobos ⁊ pu-
blicos latrones ⁊ diſrobatores ſtratarum leueſq; perſonas.
25 Diffamatus ſeu infamis quis nõ eſt ex eo quod ita eſſe dicatur
niſi etiam conuictus fuerit de eo quod diffamatur.
27 Infamis ex delicto vt quis dicatur requiritur quod confeſſus
fuerit delictum in iudicio vel quod preceſſerit ſentẽtia iudicis
nec ſufficiet probatio criminis ipſius.
28 Fame male ad hoc vt quis dicatur ad effectum vt pro alio deli-
cto de quo inquiritur dicatur eſſe male fame requiritur qð ta-
lis mala fama fuerit in eodẽ genere mali: nec ſufficeret ſi de alijs
criminibus diuerſis mala fama precederet.
29 Teſtis varius ſeu contrarius ſibijpſi nihil probat.
30 Tortura ceſſat vbi contra indicia aliquid vrget in contrariũ.
31 Ad torturam non proceditur extãtibus indicijs vbi allegatur
talis defenſio que ſi eſſet probata ceſſare debet tortura ſed eo ca-
ſu debet differri.

## Votum. XXX.

REdemptoris gentiũ
ſuffragio poſtulato. Amen. Illuſtriſſime
prorex in cauſa inquiſitionis formate ad-
uerſus magnificum Hieronymũ de San
cto Seuerino ⁊ nobilem Sanciam denti-
ce coniuges de venenatione ⁊ morte quon
dam excellẽtis Comitis Saponarie ⁊ fra
trum eorũdemq; nepotum ad querelam
orbatorum parentũ in qua cum ceteris excellentibus ⁊ magnifi
cis collegijs in cauſa ⁊ mihi dominis obſeruãdiſſimis interfui
inter cetera indicia q̃ ex informatione capta colligi videnť ⁊ qui
bus ſatis adherent querulantes vltra alia ſunt iſta ruminanda
meo iudicio ac enucleanda ⁊ primo.
1 ¶†Preſupponitur delictum veneni quod eſt occultum ⁊ ideo
in eo iudex debet eſſe promptior ad torturam per plene deducta
in allegationibus oblatis ⁊ maxime per dicta Bal. in. l. iij. C. de
epiſco. audiẽ. ⁊ Alex. de Imo. in conſilio ſexageſimoſecundo in
tertio volumi.
2 ¶†Secundo proponitur enormitas criminis ⁊ venenationis
⁊ paricidij ⁊ in enormibus licet iura tranſgredi per not. dictum
Innocen. ⁊ ibi plene relata per Felinum in capitulo primo. de
conſtitutionibus.
¶Tertio demonſtratur qð inquiſitus ipſe apparet in aliqui-
bus ſuis reſponſionibus mendax ⁊ maxime dum depoſuit eius
coquum non preparaſſe epulas pro cena ipſorum dominorum
qui deceſſerunt: ſed coqui eorundemmet dominorum necnon et
quedã alia: ex quibus apparet de mendacio conuictus per mul
3 tos teſtes ⁊ mendax de iure torquetur †vt dixit Bartolus in. l. ſi.
circa principium. ff. de queſtionibus. Angelus ⁊ Salicetus in
l. finali. C. eodem titulo Barto. in ſuo tractatu de queſtionibus.
cum vulga. dicunt tamen predicti Docto. quod inducitur ma-
gna ſuſpitio ex mendacio contra mendacem: non tamen expri-
munt ad torturam ſufficiens: ⁊ idem tenet Alexand. in conſilio
ſexageſimoſecundo tertio volumine tamen quod poteſt torture
ſubijci tenet Ange. in dicta. l. fina. C. de queſtionibus. ⁊ Ang. in
tractatu maleficiorum verſiculo fama publica. in materia tortu
re verſiculo nono quero. Ludoui. Roma. in conſilio octauo. Lu
cas de pen. in. l. quoties. de digni. libro duodecimo. Alexan. con
ſilio octuageſimoſeptimo in tertio volumine. Par. in tractatu
ſindica. verſiculo tortura. Franc. Cur. in conſilio quadrageſimo
primo in fi. verbis de quibus Moder. nec de luca vlla ſit mẽtio
in allegationibus porrectis.
¶Quarto fundať quod dum Hieronymus ipſe incepiſſet in-
terrogari per iudicem fuit viſus certo modo trepidare ⁊ incon
ſtãter loqui ⁊ aquam vt biberet queſiuit: ⁊ ſic videtur reſultare
4 ex trepidatione †ipſa ⁊ inconſtantia aliud indiciũ cõtra ipſum
per id quod dicit Bartolus in. l. finali. ff. de queſtionibus. ⁊ in
l. de minore. in. §. tormenta. eodem titulo dum vult quod iudex
eo caſu debet omnia ſcribi facere in actis ⁊ pro hoc etiam addu-
co Lucam de pen. in. l. euictiones. C. de cur. publico. ⁊ in. l. quo
ties. de digni. libro. xij. vbi ſubdit quod erubeſcere pallere ⁊ in-
5 conſtanter †loqui ſunt ſigna male conſcientie: ⁊ facit illud oui-
dianum o quam difficile eſt crimen non prodere vultu.
¶Quinto dicitur probatum eſſe de inimicitia precedenti inter
ipſum inquiſitum ⁊ querulantem patrem defunctorum et de
6 inimico lex preſumit †omne malũ. l. prima. §. preterea. ff. de que-
ſtionibus. ⁊ inde eſt quod inimicitia videtur ſufficere ad indi-
cium torture inducendum vt dixit Ange. in. l. fina. C. de queſtio
nibus. ⁊ videtur etiam ſentire Bartolus in. l. fina. ff. eo. Specu.
⁊ Joan. And. in additio. Specu. in titulo de preſumptio. verſi.
ſed pone.
¶Sexto ⁊ vltimo videtur probatum de diffamatione ſeu infa-
mia ipſius inquiſiti de alijs criminibus ⁊ delictis per teſtes cer-
to modo de auditu ⁊ fama licet non concludenter prout requi-
ritur deponentes ipſum Hieronymum licet vxoratum aliã du-
xiſſe vxorem ſuperuiuente prima quam habet ⁊ inſuper eundẽ
eſſe malis moribus imbutum ⁊ muliebria paſſum: ⁊ ſic prenar-
ratis ⁊ alijs indicijs in inquiſitione contentis concurrentibus
contra ipſum Hieronymum tanq̃ diffamatum ⁊ reprobũ pro-
cedi poſſe ad torturam ex proceſſu informatiuo ex diſpoſitione
capitulorum regni concurrentibus maxime multis ⁊ q̃plLuri-
bus ſignis venenationis prout medici ⁊ alij quamplures teſta
ti ſunt.
¶Celeſtis ergo curie princeps mihi gratiaꝫ ſui roris infundat:
intelligentiamq; ſenſus aperiat vt que vera ſint ſequar: ⁊ que vi
tanda refugiam: ⁊ quia apud tam illuſtriſſimum proregem Ce-
ſaream maieſtatem repreſentantẽ non eſt niſi cõſultiſſime quo-
ad fieri poteſt procedendum: ideo veſtram Illuſtri. Domi. non
pigeat diui Hieronymi veſtigia ſectari dicentis non te moueat
dicentis autoritas non quis loquatur ſed quid loquatur atten
das: idcirco indicijs propoſitis bene ponderatis ac ruminatis
occurrunt infra ſcripta. Et principaliter conſiderando primũ
obiectum circa crimen veneni quod ex quo atrox eſt ⁊ occulte
committitur iudex debeat eſſe promptior ad torturam nõ enim
ex diſpoſitione iurium id dicentium nec nuſſibi cautum reperi-
ri poſſe arbitratus ſum hec inauditis inquiſitis in eorum de-
fenſionibus ⁊ ex proceſſu informatiuo: ⁊ ſic reſultat intelligen-
dum eſſe omnino id legitime fieri debere ⁊ datis defenſionibus
7 nam ex depoſitione †teſtium parte non citata nullum ſit indi-
cium ſufficiens ad torturam dixit Bartolus in. l. fina. ⁊ in. l. ma
ritus. in fine de queſtionibus. Angelus in. l. ſi vacantia. tertia
charta de bonis vacan. libro decimo. Baldus in lege congruit.
in fine de officio preſid. ⁊ ſequitur conſulendo Franciſcus Cur-
tius in conſilio quinquageſimoquarto intantum qð eorum de
poſitiões ita facte nõ obſunt inqſitis. Bar. in. l. ſi qui adulterij.
C. de adul.

UVA. BHSC. IyR_279_2

C.de adulte.⁊ in.l.cuſtodias.ff.de publicis iudicijs.Abbas in
capitulo preterea.de teſtibus cogendis.Ange.in tracta.maleſi.
in verſiculo fama publica.columna quarta.⁊ conſuluit Alexã.
conſilio centeſimo ſeptuageſimonono in ſecundo volumine in
cauſa angelorum ⁊c.Et ideo etiam ſi eſſent mille teſtes recepti
8 ita parte non citata non facerent†indicium ad torturam contra
inquiſitum:ita conſuluit Franciſcus de Aretio in conſilio cen
teſimo ſexageſimoquinto incipiente ſicut Joan.in Apocalypſi
ij.col.per tex.in.l.ſi quando.C.de teſti.⁊ in.c.ij.extra eo.cũ vul.⁊
9 intantũ hec vera ſunt qđ princeps nõ poſſet in Zriũ † decernere
⁊ defenſiones tollere inquiſito in cauſa criminali voluit in ſpe-
cie And.de Jſer.in conſtitu.regni item dira ⁊ dura:ex quo de-
fenſio eſt de iure naturali:⁊ naturalia princeps tollere non po-
teſt vt in.§.fina.inſtituta de iure naturali gentium ⁊ ciuili.⁊ ma
10 xime cum defenſio ſit de iure diuino†vt patet actuum capitulo
vigeſimoquinto.⁊ ius diuinum princeps minime tollere poteſt
l.finali.C.ſi contra ius vel vtili.publi.⁊ idem voluit ⁊ plenius
idem Andreas in capitulo primo.in verſiculo bona committẽ-
tium.in titulo que ſint regalia.⁊ ideo dixit Geminianus in ca-
pitulo non ſolum.de appellationibus.in ſexto.quod papa nõ
11 poteſt†tollere defenſionem introductam de iure naturali:licet
poteſt variare modum defenſionis vt dicit Angelus in.l.ſi ſit.
ff.de legatis primo.⁊ alibi dixit Baldus in.l.tertia.§.ſi is pro
quo.ff.quod quiſq; iuris.quod in cauſa criminali princeps nõ
poteſt alicui tollere defenſionem.idem tenet ⁊ ſequitur Felinus
in capitulo dilecti filij.extra de exceptionibus.⁊ ideo dixit Pe
trus de Ancharano in capitulo paſtoralis.de re iudicata.not.
xxiij.quod princeps poteſt tollere defenſionem de iure poſitiuo
competentem ſed non eam que competit de iure naturali ⁊ idẽ
12 tenet ipſe in capitulo primo.extra de reſcriptis.⁊ ideo † in ſpe-
cie voluit Andreas de Jſernia in conſtitutio.regni proſequen-
13 tes ⁊c.qđ†princeps non poteſt mandare de poteſtate ordinaria
vt quis torqueatur abſq; indicijs ⁊ nõ data ſibi copia defenſio-
nis cũ defenſio ſit de iure diuino ⁊ naturali quo princeps ipſe
ligatur per textum in capitulo primo.de probationibus.cum
vulgaris.

¶Quo vero ad ſecundum qđ in enormibus liceat iura tranſ-
gredi circumſcriptis preallegatis ⁊ que de iure militare appa-
rent non reputo hoc dictum Jnnocen.originaliter vſq;quaq;
14 verum:maxime†cum Ludoui.Roma.cuius autoritas magna
eſt in.l.ſi vero.§.de viro.quadrageſimaſexta fallentia.ff.ſoluto
matrimonio.non teneat illud ſed dicat principem eo caſu cõſu-
lenduz.|Jtem hoc dictum quod in enormibus liceat iura tranſ
15 gredi intelligendũ arbitror procedere†in cauſis arduis in qui-
bus incurritur ſtatus rei publice ita intellexiſſe reperio Salice.
in autentica hodie.C.de iudicijs.⁊ eſt de mente Bald.in capitu
lo tertio.ad finem de ſententia ⁊ re iudicata.⁊ facit quod voluit
idem Bal.in capitulo.j.§.ſi quis quinq; per illum textum de
pace tenenda.

¶Circa tertium indicium quod inquiſitus ipſe conuictus ap-
pareat de mendacio cenſeo quod vere dici poſſet conuictus qđ
dicere vereor:non exiſtente proceſſu ordinario ex quo per teſtes
in eo examinatos cõuictus dici poſſet:attamen mendaciũ non
reperio eſſe ſufficiens indicium ad torturam ex communi con-
16 cluſione:⁊ quod†non ſufficiat tenuit Andreas de Jſer.euange
liſta in regno in conſtitutio.regni ſi damna:⁊ ſentit recte intuen
ti Barto.in.l.finali.de queſtionibus.⁊ bene ſuffragatur quod
varietas in principali non facit indicium ad torturam vt dixit
idem Andreas in predicta cõſtitu.ſi damna poſt ritum magne
curie vicarie ergo multo minus ⁊ mendacium.

¶Quo vero ad quartum indicium conſiderandum puto tre-
pidationem ⁊ inconſtantiam minime obeſſe:nam licet Barto.
in predicta.l.finali.de queſtionibus.videatur inferre quod tre-
17 pidatio † inconſtantia ⁊ pallor debeant copulatiue concurrere
ad faciẽdum indicium prout etiam magis aperte ſequitur Au-
guſtinus in additionibus ad Ang.in tractatu maleficiorum in
verſiculo fama publica.columna trigeſima ⁊ Lucas de pẽna in
l.quoties.C.de dignita.libro duodecimo.⁊ ibi magiſtraliter lo-
quendo dicit quod reperiuntur nonnulli qui periculi magni-
tudine vel ob cordis debilitatem aut puſillanimitatem hec ⁊ ſi-
milia peragunt ⁊ allegat Tullium in quarto Rhetoricorum ⁊
ideo dixit Paris de Puteo in tractatu ſindicatus in verſiculo
tortura.columna nona.quod in facto ſibi contingit:vt quidam
nobilis inculpatus de magno crimine cum introiuiſſet aulam
pretoris in qua aderat corda vbi tortura datur ea viſa ſtatim ce
cidit in terram ⁊ minxit ſe ⁊ egeſtionem emiſit:⁊ tamen demum
compertum extitit ipſum fuiſſe innocentem obiecti criminis.

¶Ex quinto quoq; indicio inimicitie minime firmare audeo
inferri poſſe indicium ſufficiens ad torturam tum ex ſupra de-
ductis aduerſus primum indicium tum etiam quia illis circũ-
ſcriptis per eoſdem teſtes ad informationem pro parte fiſci ſeu
querulantium receptos colligi apparet quod magnificus Hu-
go ⁊ eius filij conuerſabantur adinuicẽ per literas ⁊ internun-
cios cum eodem Hieronymo inquiſito:⁊ inde eſt quod adinui-
cem vltimo loco perſonaliter ſe iũxerunt ad turrim de mari ve-
nandi ⁊ recreandi gratia ad terram Montis Albani locum in
quo ipſe Hieronymus preerat ⁊ vt plurimum moram trahebat
⁊ ſic quatenus de aliqua inimicitia ſeu de aliqua pſumpta cau-
ſa inimicitie in preteritum apparere dici poſſet ex conuerſatio-
18 ne predicta liquet ex iuris diſpoſitione†reconciliata prout dicit
pulchre Bal.in autentica ſi dicatur.C.de teſtibus.⁊ plene Abb.
in capitulo repellantur.de accuſationibus.⁊ nihilominus ap-
paret de huiuſmodi inimicitia ex proceſſu informatiuo ⁊ parte
inaudita ⁊ amplius vt ex informatione ipſa recte intuenti colli
gi poteſt apparet meo iudicio cauſata culpa ⁊ defectu ipſius do
mini Hugonis impetrantis bona paterna:⁊ ideo non videtur
imputanda eidem Hieronymo inquiſito:nec ex ea argui poſſet
19 indicium cõtra ipſum per id quod† ſingulariter dixit Paulus
de Caſtro in.l.cum te.C.de inofficioſo teſtamento.cui optime ac
cedat quod voluit Bartolus in.l.cum in tabulis.§.primo.ff.
de his quibus vt indignis.vbi dixit quod licet ob inimicitiam
ortam inter teſtatorem ⁊ legatarium inducatur reuocatio lega-
ti:hoc tamen non procedit vbi inimicitia proceſſit culpa teſtato
ris idem tenet ⁊ ſequitur Andreas Barba.in capitulo finali.
columna ſecunda.de donationibus.⁊ in capitulo inſinuante.
columna penultima de officio delegati.⁊ in ſuo tractatu de Car
dina.in tertia queſtione quinte partis.in fin.ſequitur Jaſon in
l.ſi filiam.C.de inofficioſo teſtamento.⁊ nihilominus indicium
20 inimicitie non eſt ſufficiens †de per ſe ad torturam tanq; remo-
tum a facto dixit Jmo.in.l.ſi.ff.de heredibus inſtituendis ⁊ ibi
refert ita tenere Ray.⁊ voluit etiam Gandinus in rubrica de
queſtionibus.in tractatu maleficiorum in verſiculo que debeãt
precedere queſtiones ⁊ iſtud magis communiter tenetur.⁊ tenet
etiam Ange.in tractatu maleficiorum in verſiculo fama publi-
ca.columna ſexta ⁊ duodecima.⁊ ibi Auguſti.in additionibus
⁊ Baldus in capitulo literas.de preſumptionibus.⁊ ſic ex pre-
miſſis infertur dicendum aduerſus predictum inquiſitum nõ
eſſe locum torture ex proceſſu informatiuo:⁊ ipſo inaudito:cum
ad torturam procedi non põt nõ precedentibus legitimis indi-
21 cijs etiam ſi ex forma ſtatuti iudex † habeat liberum arbitrium
in criminalibus voluit Paulus de Leaza.in capitulo grauis.
vltima columna extra de depoſi.Gandi.in tractatu maleficiorũ
in rubrica an poteſtas qui habet arbitrium.Alexander in con
ſilio ſexageſimotertio incipiente habitis ſuper ijs.ſecunda colũ-
na primo volumine Jaſ.in.l.vt milites.C.de teſtamento milita
ri.vbi ſubdit eſſe cordi tenendum quia valde quotidianum:et
idem Jaſ.in.l.j.prima colum.C.de ſacroſanctis eccleſijs.vbi re-
putat iſtud perpetuo not.⁊ conſuluit Raphael conſilio ſexage-
ſimonono incipiente ſuper queſtione formata ⁊ non ab re iudex
habens huiuſmodi arbitrium nõ poteſt denegare defenſiones
22 contra indicia†gloſſa eſt in clementi.ſepe in verſiculo defenſio-
nes.de verborum ſignificationibus.Bartolus in.l.filius fami-
lias.de donationibus.⁊ in.l.prima.de teſtamen.militari.⁊ qua
tenus dicatur pro ſexto ⁊ vltimo in caſu premiſſo poſſe ad tor-
turam ex proceſſu ita informatiuo procedi virtute plurium ca-
pitulorum regni quorum vnum incipit in accuſatis:aliud tor-
mentis aliud prouiſa iuris ſanctio aliud iuris cenſura aliud ſi
cum ſceleratis ⁊ reprobis:ex quibus capitulis ⁊ litera arbitra-
li apparet emanaſſe preeminentiam magne Curie vicarie vt te-
ſtatur Paris de puteo in tractatu ſindi.in verſic.tortura quia
plerunq; in capitulo.ij.an ſi quis dixerit ſecũda columna.in fi.
Attamen ex tenore predictorum capitulorum non cauetur con-
23 tra quoſlibet indifferenter procedi poſſe† ad torturam ſed ſolũ
contra publice diffamatos ⁊ reprobos ⁊ publicos latrones et
diſrobatores ſtratarũ leueſq; perſonas:⁊ cõtra quos cõis labo-
rat infamia ⁊ ipſorum delictorum craſſantia eos facit quodam
modo manifeſtos: vt vtar formalius capituli iuris cenſura.
Jtem habent locum contra reiteratores criminum vt in.c.pro-
uiſa iuris ſanctio:ibi dum in eo dicit frequentiuſq; peccantib9:
et in.c.creſcit culpa ibi aggreſſiones ingeminãt:⁊ in.c.ſi cum ſce
leratis.ibi quos continuo fama grauat ⁊ crebra commiſſio cri-
minum dat inſignes vt qui leges ex quadam aſſiduitate dilace-
rant ipſarum legum preſidio ipſos non defendant ⁊ ideo ſub-
dit prefatus Par.de pute.vbi ſupra.qđ raro vtitur magna cu-
ria dicta preeminentia quia non debet torquere ex proceſſu in-
24 formatiuo niſi in maleficijs inſignibus ⁊ in latrocinijs ⁊ in la-
tronibus valde diffamatis et in notorijs criminibus concurrẽ-
te tamen leuitate vite torquẽdi ſm gloſſ.⁊ And.de iſer.in cõſti-
tu.regni ſi dãna clãdeſtina ⁊ idẽ tenet affli.diu Regi9 Conſilia-
rius ⁊ iudex etiam dicte magne Curie.in ſua deciſione.cccxcj.

UVA. BHSC. IyR_279_2

dicendo ita pluries fuiſſe votatum in ſupraſcripto regio conci-
lio per regios conſiliarios vna cum iudicibus ipſius Magne
Curie.
Item vt vendicent ſibi locum capitula predicta requiritur le
uitas vite torquendi vt ſupra ⁊ quod inquiſitus ſit homo diffa
matus et conſuetus delinquere vt predicta capitula cantant: et
cum teſtis de infamia predicti Hieronymi inquiſiti de auditu
duntaxat ⁊ aliter minus cõcludenter de aliquibus criminibus
atteſtentur non poteſt dici diffamatus ex eo quod dictum eſt vel
25 quod † ita dicatur niſi etiam conuictus fuerit ita ad literã in ter
minis tenet Andreas de Iſernia in titulo de pace tenenda. in
verſiculo publici latrones. ⁊ probatur bene per textũ in. l. ictus
fuſtium. ⁊ ibi per Bald. ⁊ Docto. C. de infamibus. nam non ſta
tim quod quiſq; accuſatur de crimine reus eſt aut dici reus po-
teſt ſed qui conuincitur textus eſt in capitulo finali. in fine deci-
maquinta diſtinctione in vltima queſtione ⁊ in capitulo nõne.
octaua queſtione quarta ⁊ in capitu. eorum. vndecima queſtio-
ne tertia ⁊ in capitulo laudabilem. vt lite penden. ita Specu. in
26 titulo de aduo. §. ſequitur. † circa principium ⁊ conſuluit Hip-
polytus Marſillienſis in conſilio quinquageſimoſecundo. in
primo volumine nam quis non poteſt dici talis niſi fuerit pro-
nunciatus pro tali vt dicit Specu. in titulo de inſtrumen. edi. in
§. reſtat. verſiculo quid ſi tabellio. verſiculo quid ſi confectum.
Soci. in conſilio quinquageſimoprimo incipiente preſtantiſſi-
me doctor tertia columna. Paulus de Caſtro in conſilio trigeſi
moſecundo in fi. verbis Petrus de Ancharano in conſilio cen
teſimo quadrageſimoprimo incipiẽte per predicta ⁊ idẽ Mar-
ſillien. in conſilio ſexageſimoquarto. numero decimoquinto. et
conſilio ſeptuageſimo quarto numero trigeſimoquinto. eodem
volumine. Et plus dico quod ad hoc vt quis dicatur infamis
ob delictum ſeu crimen requiritur eius confeſſio in iudicio vel
27 ſententia † iudicis nec ſufficiet probatio ipſius criminis ita con-
ſuluit Petrus de Ancharano in conſilio centeſimo octuageſi-
monono incipiente tribus de cauſis ⁊ allegat ita voluiſſe Ioã.
And. in capitulo ſi quis. de preſcript. in ſexto. ⁊ dicit quod pro
hoc faciũt not. in clementi. religioſi extra de ſententia excommu
nicationis. refert ⁊ ſequitur Marſil. in ſua practica cauſarũ cri-
in ſexta charta in verſiculo aggredior. verſiculo pro quo etiam
facit ⁊c.
28 † Item ad hoc vt quis dicatur male fame adeo quod torqueri
poſſit requiritur quod huiuſmodi fama ſeu diffamatio delicto
rum fuerit in eodem genere mali nec ſufficeret ſi de alijs crimi-
nibus diuerſis mala fama precederet ad hoc vt habeat locũ tor
tura: ita dixit Bartolus in. l. caſſius. de ſena. Bald. in. l. fina. ff.
de heredibus inſtituẽdis. ⁊ ibi Imo. Io. And. in regula ſemel
malus de regulis iuris. Alexander de Imola in conſilio quin-
to ſecunda columna primo volumine ⁊ conſi. clxv. vij. columna
eodem volumine.
Nec vim aliquam facio de his qui torti inculparũt ipſos in-
quiſitos cum eodem contextu variauerint ſibijpſis contradicẽ-
do ⁊ demum ſufficiẽter ac plene reiterati ad torturam ipſos in-
quiſitos exculpauerint licet Nicolaus de Biſignano pluries va
rius ⁊ contrarius ſibimet in multis ſubſtantialibus in tortura
⁊ extra torturã ipſos inculpauerit ⁊ exculpauerit quo caſu neu-
trius dicto ſtãdum erit maxime dum nullam cauſam aſſignaue
29 rint quare contrarium depoſuerint eius quod † primo dixerãt:
ita probatur in. l. prima. ff. de teſtibus. ⁊ in. l. qui falſa vel varia
eodem titulo ⁊ in capitulo cum eccleſia ſutrina. de cauſa poſ-
ſeſſio. ⁊ proprietatis. ⁊ in capitulo ſi teſtis. quarta queſtione ter-
tia verſiculo qui falſa ita tenet etiam Specu. quem ibi ſequitur
Ioan. Andre. in titulo de teſte. §. primo. verſiculo item quod te
ſtes ſunt varij ⁊ verſiculo quid ſi idem teſtis ⁊ ſequitur ⁊ refert
Hippolytus Marſillien. in. l. ex libero homine. quinta colum-
na. ff. de queſtionibus.
Ultimo ſatis aduertendum conſidero quod teſtes ad inſtan
tiam querulantium ⁊ fiſci producti ⁊ examinati deponunt qđ
potuit venenum ipſum ſumi in vno de tribus locis ibi expreſ-
ſis in quibus predicti Comes Saponarie ⁊ fratres comederant
videlicet in ciuitate Tarenti: in ciuitate Motularum ⁊ in ter-
ra Montis Albani aſſignando cauſas probabilis ſuſpitionis
vniuſcuiuſq; locorum predictorum ⁊ plus ſubdit dominus Ia
cobus Phiſicus excommunicatus pro fiſco quod dicere vene-
num fuiſſe proceſſum a domino Hieronymo patruo predicto-
rum nepotum defunctorum eſſet diabolicum credere maxime
quia Hieronymus ipſe demonſtrabat ſatis diligere predictos
eius nepotes.
Item eſt adhuc quoq; potiſſime conſiderandum quod par-
tes querulantes ſubminiſtrauerunt fere omnes teſtes qui ali-
quid ſtringere videntur in cauſa eorum domeſticos familiares
ſeruitores ⁊ vaſallos vt ex eorum lectura liquet.

Item ſuffragari ſatis apparet premiſſis quod medici ⁊ phi-
loſophi primates huius vrbis collegialiter diſcuſſo negocio
vna cum prothomedico habita notitia ſignorum infirmitatis
predicte ac relatione ipſius retulerunt communi voto tanquam
experti eundem quondam Comitẽ ⁊ fratres decedere potuiſſe
ex veneno cauſato abintus ex malo eorũ regimine ſeu quod per
aerem tranſiuerint peſtiferum itinerando per longum iter: ſeu
aliter ſicut etiã ex miniſterio hominis venenati fuerint ergo ⁊c.
Et qđ potuerit contingere ex veneno cauſato abintra ſeu intus
30 vt ſupra medici atteſtantur ſuccedit quod † ſatis pulchre voluit
Ioannes Andreas in capitulo cum in cõtemplatione. extra de
regulis iuris. qui dixit quod ſi contra indicia aliquid vigeat in
contrarium eo caſu non proceditur ad torturam: idem voluit
Baldus in. l. finali. prima columna. de probationibus. ⁊ in. l. ij.
C. quorum appella. ⁊ in. l. prima. ad finem. C. communia de leg.
⁊ conſuluit Alexander in cõſilio centeſimo ſeptuageſimonono.
tertia columna in ſecundo volumine. imo nedum ſi apparet ex
proceſſu verum etiam ſi allegaretur talis defenſio qua probata
31 ceſſare deberet tortura pariter ⁊ eo caſu debet tortura † differri:
ita voluit Paulus de Leaza. in repeti. capituli quamuis. extra
de depoſi. ⁊ conſuluit Alexander in conſilio ſexageſimoquinto
in primo volumine. ⁊ ideo bene facit quod voluit Ioan. and.
in predicto capitulo cum in cõtemplatione quod licet vnus bo-
nus teſtis faciat indicium ſufficiens ad torturam tamẽ hoc non
habet locum vbi aliqua alia coniectura reſiſteret: idem etiã con-
ſuluit Alexander in conſilio centeſimo vigeſimoquarto circa fi-
nem incipiente quoniã abũde in ſexto volumine vnde obſtanti
bus circũſtantijs ſupra deductis in contrarium ⁊ etiam ceteris
que breuitatis cauſa omitto ⁊ exiſtentibus predictis cõiugibus
perſonis qualificatis ⁊ de nobili ⁊ generoſa proſapia: ⁊ cum
aduerſus ſimiles perſonas imo ſimplices nobiles a tempo-
re. xxxv. annorum quo primavice creatus fui iudex in magna cu
ria ⁊ in qua interpolatis annis iudicando tria fere luſtra per-
tranſij nunquã nec ante nec poſt vidi aut audiui quod ipſa ma-
gna curia vſa fuerit ſua preeminentia ex proceſſu informatiuo
aduerſus perſonas nobiles inquiſitas de quibuſuis crimini-
bus: idcirco ſemitam rectam: tutam: ac iuri conſonam ſectatus
ex hoc informatiuo proceſſu cum ſi ordinarius eſſet aliter forte
ſentirẽ; ideo ſum voti predictum magnificũ Hierony. de Sancto
Seuerino eſſe admittendum ad ſuas defenſiones in carceribus
indulta eidem breui dummodo competẽti dilatione infra quã
veriſimiliter ſe defendere id eſt ſua iura ⁊ teſtes producere poſſit
verum quod teſtes ad eius inſtantiam examinãdi recipiantur
cum interuentu alicuius ex magnificis delegatis in cauſa quo
vero ad nobilem Sanciam coniugem eandem eſſe excarcerandã
ſub eadem fideiuſſoria cautione in qua ſeu ſub qua degit reno-
uanda ⁊ habilitanda per ciuitatem Neapolitanũ. ⁊ eius diſtri-
ctum que ciuitas ⁊ diſtrictus eidẽ loco carceris aſſignetur quo-
uſq; aliter fuerit prouiſum: ⁊ ita iuris eſſe cenſeo. Ego
Thomas Gramaticus Neapolitanus Utriuſq; Iuris Doctor
⁊ commiſſarius ſubmittendo me ſemper iudicio cuiuſlibet re-
ctius ſentientis.

Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Iuris Utriuſq; Doctor.

## Summarium.

1 Inſtantia perimit lapſum biennij in criminalib⁹ ⁊ abſolui
tur reus ab obſeruatione iudicij.
2 Aduerſus lapſum inſtantie in criminalibus non datur reſti-
tutio.
3 Omnimodo. hec dictio omnimodo comprehẽdit omnẽ caſum.
4 Omnino. hec dictio neceſſitat ⁊ rem preciſam facit.
5 Accuſator dum patitur labi inſtantiã ⁊ ſic hoc modo tacite deſi
ſtit non poteſt de nouo accuſare.
6 Inſtantia per lapſum biennij nedum perit ſed omne ius.
7 Omnimodo hec dictio dum apponitur in aliqua diſpoſitione
excludit facultatem diſpenſandi in contrarium ⁊ facultatem re
tractandi.
8 Omnino. hec dictio intelligitur id eſt ipſo iure ⁊ non per ſen-
tentiam.
9 Iudex proferens ſententiam etiam poſt lapſum inſtantie debet
puniri.
10 Iudex impeditus multitudine cauſarum ſi non potuit cauſam
expedire facit vt competat reſtitutio parti ſeu fiſco aduerſus la-
pſum inſtantie: ſi tranſiuit biennium.
11 Inſtantia perit quãdo ſtat per iudicem qđ cauſa non fuit expe-
dita ⁊ ſubdit infra quod non competit reſtitutio.



UVA. BHSC. IyR_279_2

12 Inſtantie tempus currit etiam ſi ſtetit per iudicem quod cauſa
non fuerit expedita ⁊ iſta eſt communis opinio ⁊ hoc dũmodo
partes non appareant negligentes.nu.13.
14 Accuſator ſi non requiſiuit iudicem cum inſtantia vt cauſam ex-
pediret non auditur amplius ſi autem requiſiuit ⁊ probatio-
nes fecit ⁊ tunc non ipſe:ſed iudex punitur.
15 Inſtantia perit per lapſum biennij vbi fuiſſent probationes
facte ⁊ debet reus diffinitiue abſolui:ſed ſi non fuerunt proba-
tiones producte ſeu facte tunc abſoluitur ab obſeruatione iu-
dicij.
16 Inſtantia an perijt per lapſum biennij quando fuit proceſſum
in cauſa per inquiſitionem.
Iudex ſeu princeps habens liberum arbitrium non ligatur le-
ge inſtantie.
17 Sententia lata in conſiſtorio principis perempta inſtantia eſt
nulla.
19 Teſtes varij diuerſi ⁊ mendaces nihil probant.
20 Iudex poteſt torquere teſtem abſq; aliquibus indicijs dum ſu-
ſpicatur quod ſciant veritatem ⁊ nolunt reuelare vt veritatem
dicant.
21 Iudex quando eſt dubius vtile eſt inquiſitum diffinitiue non
abſoluere a crimine ſed a proceſſu duntaxat.

## Votum.XXXI.

Incomprehẽſibilis Dei
preſidio repetito. Amen. In cauſa eiuſdem
Magnifici Hieronymi de ſancto Seuerino
cum Reuerendiſſimo Fiſco ſuper pretenſa ve-
natione in perſonas quondam Excellentis
Comitis Saponarie necnon ⁊ quondam Sigiſmundi ⁊ Aſca-
nij de ſancto Seuerino ſuorum nepotum:cum a die dati termi-
ni ⁊ litis cõteſtationis facte cum eodem Hieronymo ſint elapſi
ſeptem anni ⁊ fere octo fuit pro parte eiuſdem Hieronymi in
cauſa ipſa ad vlteriora procedi non poſſe cum fuerit in ea per-
empta inſtantia nedum per lapſum biennij a die litis conteſta-
te ſed etiam triplicati.imo quadruplicati biennij ⁊ hoc per tex.
formalem in.l.finali.C.vt infra certum tempus. vbi textus for-
maliter dicit criminales cauſas omnimodo infra duos annos
a conteſtatione litis connumerandos finiri cenſemus nec vlla
alia occaſione ad ampliora produci tempora ſed poſt biennij
exceſſum minime vlterius lite durante accuſatum abſolui: vbi
1 ſubdit † gloſſa in verſiculo abſolui id eſt ab obſeruatione iudi-
cij.⁊ idem tenet ibi Ioannes Fabr.⁊ etiam Baldus vbi in ſpe-
cie dicit quod debet ferri ſententia abſolutoria ab obſeruatio-
ne iudicij ſeu proceſſus ſed abſolutoria ſeu condemnatoria ſu-
per crimine non tenet. Reperio inſuper quod idem Baldus
in.l.arbitrio.§.dolo cuius.ff.de dolo.dicit quod ſi nulla negli-
gentia poteſt imputari parti vel tempora non currerent vel da-
2 retur reſtitutio ⁊ hoc in ciuili:†ſed in criminali non datur reſti
tutio per.l.auxilium.ff.de minoribus.Iacobus autem de Are.
dicit in dicta.l.fina.quod nullo modo debet prolongari cauſa
criminalis vltra biennium.Ego autem dico hoc poſſe optime
comprobari ex verbis text.dicte.l.finalis.maxime per illam di-
3 ctionem omnimodo infra duos annos.†Nam dictio omnimo-
do comprehendit omnem caſum vt dicit gloſſa ⁊ Bartolus in
l.ſi cum exceptione.§. quatenus. ff. quod metus cauſa. Dynus
in.l.grece.§.illud.ff.de fideiuſſoribus.imo virtute dictionis pre
dicte debet indiſtincte ⁊ in omni caſu intelligi ita dicit Alexan-
der in.l.precibus.C.de impuberũ ⁊ alijs ſubſtitutionibus. alle
gat gloſſam predictam in.l.prima. cum gloſſa. C. quomodo et
quando iudex ſententiam debeat proferre. gloſſa iuncto textu
in capitulo ex parte.el primo extra de officio delegati.gloſ. in.l.
vbi autem non apparet.ff.de verborum obligationibus.§.fina
li.⁊ alibi dixit Salicetus in autentica heres.C.de ſecundis nu-
4 ptijs.†quod iſta dictio omnino neceſſitat ⁊ rem preciſam facit
Salicetus autem in.l.properandum.§.finali.C.de iudicijs. di-
xit quod perempta inſtantia cauſe principalis ius ⁊ actio ſal-
ua remanẽt: ⁊ hoc in ciuili:in criminali vero ille cui inſtãtia pe-
rijt amplius non auditur.l.abolitionem.C.de adulterijs.quod
not.quia dicit Salicetus ſe intelligere ſi ex negligentia vt idem
firmauit ipſe in.l.qui de crimine.in quarta oppoſitione. C. de
accuſationibus.⁊ idem dixit Baldus in.l.abolitionem. C. de
5 adulterijs.dum dixit quod accuſator ſi patitur labi inſtantiam
⁊ hoc modo tacite deſiſtit non poteſt de nouo accuſare licet ſe-
cus ſit in cauſa ciuili vbi finito tempore inſtantie poteſt de no-
uo agere per nouum libellum: tamen ſecus eſt in criminali
6 quia per lapſum†biennij nedum perit inſtantia:ſed omne ius
⁊ quod perempta inſtantia accuſator amplius non admittatur
tenet etiam Iaco.de Sancto Georgio in.l.ſi vero.C.de iudicijs.
⁊ ibi dicit ſe conformare in eandem ſentẽtiam noua ratione id
eſt per dictionem omnimodo poſitam in textu dicte.l.finalis.ex
7 quo quando†iſta dictio apponitur in aliqua diſpoſitione ex-
cludit facultatem diſpenſandi in contrarium ⁊ facultatem re-
tractandi gloſſa eſt ſingularis in clementina vt hi qui extra de
etate ⁊ qualitate ordinandorum quam gloſſam ad hoc allegat
Angelus ⁊ Imola in.l.a qua etate.ff.de teſtamentis.⁊ alibi di-
8 ctio omnino intelligitur†id eſt ipſo iure ⁊ non per ſententiam:
gloſſ.eſt in lege prima.§.ſi pecuniam.ff.depoſiti. Angelus et
Alexand.in.l.ſi inſulam.ff.de verborum obligationibus.⁊ in
l.imperator.de iure fiſci.⁊ ideo non abſre voluit Petrus de an-
charano in capitulo vnico.de reſtitutio.in integrum in ſexto in
vltima columna quod iudex proferens ſententiam etiam iuſte
9 poſt lapſum terminum†inſtantie debet puniri refert etiam ⁊ ſe-
quitur Hippolytus Marſil.in ſua practica cauſarum crimi.in
§.ſucceſſiue in ſecunda columna ⁊ ideo dixit Baldus in con-
ſilio ducenteſimo trigeſimotertio incipiente queritur in fine in
primo volumine quod iudex preſumitur doloſus quando trãſ-
greditur leges.
¶ Pro parte autem reuerendiſſimi fiſci pretendi poſſet quod
per ipſum nec per partem querelantem ſteterit quo minus cau
ſa expediretur ſed quod ſtetit per iudices quorum aliqui deceſ-
ſerunt alij vero impediti multitudine cauſarum prout excellẽs
dominus locumtenens reuerẽdiſſime Camere vt notorium eſt
non potuit collegas delegatos in cauſa conuocare toties ⁊ quo
ties opus fuiſſet licet pluries conuocaſſet ⁊ cauſam ipſam impe
10 dire quo caſu competit reſtitutio parti ſeu fiſco aduerſus † la-
pſum inſtantie prout ita in ſpecie poſt multa cõcludit Felinus
in capitulo venerabilis.de iudicijs.in verſiculo ſecunda conclu
ſio ſecunda columna ſed quod etiam non currit inſtantia ſtante
impedimento iudicis ob multitudinem agendorum ſeu cauſa-
rum:tenet gloſſ.⁊ poſt ipſam Ange. in.l.ſenatus.ff. de officio
preſidis.⁊ ibidem Alexand.⁊ eo caſu dabitur reſtitutio parti:
ita etiam voluit Abb.ante Felin.ſupra allegatum in predicto
capitulo venerabilis.Ludoui.in.l.ſi vero.§.de viro.quadrage-
ſimaquarta fallentia.ff.ſoluto matrimonio.⁊ hoc per rationem
quia reſtitutio datur in ſubſidium ex quo parti non poteſt eſſe
conſultum contra iudicem:ſed premiſſis non obſtantibus dicẽ-
dum eſt quod hoc vt aduerſus lapſum inſtãtie detur reſtitutio
eſt ſpeciale in minore ergo in contrarium eſt ius commune ⁊ ſic
concludendum erit quod omnino pereat inſtantia ita in parti-
culari inquit Salicetus in dicta lege properãdum.§.ſi autem.
11 vtraq; vbi in ſpecie dicit quod†quando ſtat per iudicem perit
inſtantia licet aliqui dicant quod non ⁊ male ⁊ Guliel.tenet
oppoſitum et bene et licet gloſſ.ibi dicat quod reſtituetur per.l.
ſed ſi pretorem.ff.ex quibus cauſis maiores.tamen Salice.dicit
quod in hoc male dicit per textum infra eadem.l.properãdum.
§.finali.vbi minor non reſtituitur niſi in ſubſidium ergo nec
maior:⁊ idem tenet Franciſ.de Aretio quem ſequitur Felinus
in predicto capitulo venerabilis de iudicijs.in verſiculo ſecun-
da concluſio.⁊ quod non ſit concedenda reſtitutio tenet Iaco-
bus Butrig. Petrus Cynus Salicetus ⁊ Raphael Fulgoſius
in dicta lege properandum qui mouentur quia ſi minoribus re
ſtitutio non conceditur multominus debet concedi maioribus
⁊ iſta opinio eſt verior de iure prout refert ⁊ ſequitur Iacobus
de Sancto Georgio in dicta.l.properandum. in . §. ſi autem
12 vtraq; ⁊ quod†tempus inſtantie currit etiam ſi ſtetit per iudi-
cem eſt communis opinio prout tenet gloſſ.in dicto.§.ſi autẽ
vtraq; ⁊ ibi Barto.Bald.⁊ Docto.Bart.in dicta.l.ſi arbitrio.
§.dolo.ff.de dolo.Sed tamen dabitur reſtitutio:ita conſuluit
Socinus in conſilio trigeſimoprimo primo volumine vbi bis
ex interuallo dicit quod iſta opinio eſt communis licet aliquan-
do gloſſa aliter ſenſerit ⁊ etiam Barto.variauerit:⁊ hec intelli-
go ſubſiſtente iuſto impedimento iudicis vt quia ob multitu-
dinem agendorum non potuit terminare quia eo caſu deficit
omne remedium in ſindicatu contra iudicem ita Ludoui.Ro-
manus in repetitione.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſoluto matrimonio.
reperio tamen ita demum premiſſa procedere ſi partes non ap-
13 parent negligentes:⁊ ideo † datur conſilium vt partes faciant
multiplices proteſtationes iudici ad hoc vt eis detur reſtitutio
per doctrinam Bald.⁊ Salice.in predicto.§.ſi autem vtraq;.
⁊ ibidem Alexand.⁊ Iaſon.⁊ dominus Abb.in capitulo ple-
runq;.de reſcriptis.prima columna.verſiculo ego dico ⁊ tales
proteſtationes ſunt neceſſarie et debent apparere in actis ſecun-
dum Baldum in dicto.§.ſi autem vtraq;.⁊ ibidem Salice.vbi
ita dant pro conſilio vt multiplices proteſtationes fiant iudici



UVA. BHSC. IyR_279_2

imo plus requiritur vt dicte proteſtationes fiant inſtanter in-
ſtantius ⁊ inſtantiſſime ad hoc vt dicatur ſtare per iudicem per
textum in.l.finali.C.de tempo.appellatio.Baldus in additio-
nibus Specula.in titulo de appellationibus.§.mero.Joannes
de Jmola ⁊ Philippus Fran.in capitulo ex ratione.de appel-
lationibus.⁊ Jaſon in dicto.§.ſinautem vtraqꝫ.Et ideo dixit
pulchre Salice.in.l.qui de crimine.in quarta queſtione.de accu-
ſationibus.quod perempta inſtantia in criminalibus licet com
muniter dicatur quod non audiatur vlterius tamen ſibi vide-
tur probabilius dicendum:quod aut accuſator non cum inſtan
14 tia † requiſiuit iudicem et tunc amplius non audiatur aut re-
quiſiuit ⁊ ſuas probationes fecit ⁊ tunc non ipſe ſed iudex pu-
nitur vt.C.de accuſationibus.l.finali.⁊ reus eo caſu abſoluitur
ab obſeruatione iudicij:vt ibi not.gloſſ.et ſubdit Salicetus qđ
credit ipſum accuſantem ex integro audiri:audiui inſuper qđ
Angelus de Aretio ⁊ Antonius de Prato veteri conſuluerũt
in quodam ſolenni eorum conſilio in fauorem cuiuſdam domi-
ni Jacobi intantum per lapſum biennij eſſe inſtantiam perem
ptam quod nihil amplius queri poſſit ⁊ pro eodem domino
Jacobo in dicta cauſa conſuluiſſe reperitur Andreas Barba.
in ſuo conſilio ſexageſimoſecundo. in primo volumine in deci-
maquarta columna ſed vt nihil intactum relinquatur reperio
15 quod † Petrus de Bellapertica in dicta.l.finali.C.vt intra cer-
tum tempus queſtio terminetur.fuit in alia opinione videlicet
quod per biennium perimit inſtantia quando non fuerũt pro-
ducti teſtes in cauſa per actorem.Nam eo caſu debet conuen-
tus abſolui ab inſtantia iudicij vt in dicta lege.properandum.
ſi vero ſunt producti teſtes ⁊ proceſſus agitatus:⁊ tunc tam in
cauſa criminali quam in cauſa ciuili debet reus diffinitiue ab-
ſolui:quod dicit eſſe magni effectus:quia quando abſoluitur
diffinitiue non poterit vlterius abſolutus accuſari nec inquiri:
ſecus vero quando abſoluitur ab obſeruatione iudicij:⁊ iſtud
16 procedit ſiue in cauſa fuerit proceſſum per inquiſitionem † ſiue
per accuſationem vt concludit Salicetus in dicta.l.finali.vt in-
tra certum tempus queſtio terminetur.licet Marianus Soci-
nus in capitulo venerabilis.de iudicijs.⁊ in capitulo qualiter
⁊ quando.de accuſationibus.tenuerit contrarium videlicet qđ
ſi eſt proceſſum per inquiſitionem non pereat inſtãtia:quod bo
nis iuribus minime fundatur:⁊ idem quod Petrus de Bella
pertica reperio conſultum fuiſſe per dominum Joannem de
Amicis moderniſſimum Doctorem in conſilio ſuo nouiter im-
preſſo centeſimo trigeſimonono penultima colum.⁊ certe mihi
viſa fuit hec Petri opinio ſatis equa ⁊ rationabilis et in cauſa
de qua in preſentiarum agitur adaptari poſſet niſi occaſio de
qua.ĩ.non repugnaret.

¶ Ultimo excellens locum tenens reuerendiſſime Camere colle
ga in preſenti cauſa mouebat dicendo cauſam ipſam nobis de-
legatam agitari coram principe cum ſibi ⁊ nobis viue vocis ora
culo ipſam delegauerit:⁊ princeps habet liberum arbitrium:⁊
16 qui habet liberum arbitrium non ligatur † lege inſtantie ſecun-
dũ Bartolum in lege ſi in lege.in principio.ff.locati.et fir-
mat Alexander in conſilio quinquageſimo incipiente viſis
actis curie in ſecundo volumine reſpondi quod etiam in conſi-
17 ſtorio principis currit inſtantia ⁊ perit intantum quod † ſen-
tentia lata in conſiſtorio principis perempta inſtantia eſt nulla
gloſſa eſt in autentica vt ſponſa.larg.§.hoc quoqꝫ.⁊ in autenti-
ca de appellationibus.§.ad hec imo.gloſſ.in dicta autentica de
appellationibus.§.ſi quando.⁊ in autentica vt ſponſali.larg.
verſicu.preuidendũ tenent quod etiam coram regibus currat
inſtantia:dicebat tamen dominus Joannes Carrafa maximus
Doctor ⁊ nobilis Neapolitanus vt refert dominus Matthe.de
Affli.in conſtitu.regni hac lege in tertia columna.quod in con-
ſilio regis eſt dare inſtantiam quia conſilium non habet liberũ
arbitrium ſicut habet rex.ſed coram Rege non eſt dare inſtan-
tiam quia habet liberum arbitrium ſicut etiam nec in cauſis
fiſcalibus nec in cauſis eccleſiaſticis vt in capitulo penultimo.
de iudicijs.

¶ Sed quia in cauſa iſta depoſuit quidam Aymar quod Ni-
colaus de Biſignano dixerat ſibi per magnificum Hieronymũ
predictum ⁊ dominam Sanciam eius coniugem fuiſſe aſſigna-
tum venenum album eidem Nicolao vt conſignaret illud Ro-
berto Coquo vt immiteret in epulis comedendis per prefatos
dominos defunctos ⁊ demum ambo predicti reuocarunt quo
ad dominam Sanciam:⁊ Aymar reuocauit quo ad vtrunqꝫ
aſſerens per tormẽta eundem inculpaſſe eo modo ſcilicet quod
in rei veritate erant ⁊ ſunt innocentes. Nicolaus vero perſi-
ſtit in inculpatione Hieronymi.ſed exculpat Sanciam et ſic
ſuccedit quod cum in tortura ⁊ extra ita reuocauerint tanquam
18 varij et diuerſi ac mendaces † nihil probant.l.prima.in princi.
de teſtibus.⁊ capitulo cum eccleſia.de cauſa poſſeſſionis et pro-
prietatis.l.qui falſa vel varia.ff.de teſtibus.Specula.in titulo
de teſte.§.primo.verſiculo item quod ſunt varij ⁊ Docto.in.l.ex
libero.ff.de queſtionibus.⁊ varietas in teſte eſt tanti vigoris qđ
19 eius virtute † iudex non poteſt ferre ſententiam pro eo pro quo
teſtificatus eſt ſeu teſtificati ſunt.ita dixit Jnnocen.in capitulo
preterea.extra de teſtibus cogendis.dominus Antonius in ca-
pitulo cum in tua.vltima columna de teſtibus.Angelus conſi-
lio centeſimo ſeptuageſimoquinto incipiente quedam domina
Margarita Alexander conſilio tricenteſimo ſexageſimoquar-
to incipiente in cauſa appellationis ⁊ Hippolytus Marſil.
conſilio octuageſimooctauo in ſecundo volumine.⁊ licet Nico-
laus de Biſignano aliter non reuocauerit quo ad Hieronymũ
attamen apparet mendax et varius imo cõtrarius ſibiipſi quo
ad Sanciam:Jtem quod plus eſt deponit vidiſſe Robertum
verberantem illam cartulam in coquina quod fuit vnica vice:⁊
tamen eſt varius in eius depoſitione in hoc ⁊ in pluribus:imo
contrarius ⁊ mendax nam dicit quod Aymar impoſuit pulue
rem id eſt toxicum in flaſco:⁊ prima vice die decimanona Augu
ſti Milleſimo quingenteſimo vigeſimotertio deponit quod nõ
vidit proprie quando Aymar impoſuit puluerem in flaſco et
die decimaquinta Octobris Milleſimo quingenteſimo vigeſi-
motertio deponit contrarium ⁊ quod vidit Aymarem impo-
nentem puluerem ⁊ quod fuit preſente Apeti ſeruo ⁊ ſubdit
quod Apeti audiuit etiam quando Aymar dixerat de ordina-
tione domini Hieronymi impoſuiſſe toxicum in flaſco ⁊ in fo-
lio centeſimo ſeptimo proceſſus deponit quod ipſe Apeti non
audiuit verba predicta:⁊ ipſe quoqꝫ Apeti cum tortura ⁊ abſqꝫ
tortura depoſuit nihil vidiſſe nec audiuiſſe de predictis.Jaco-
necta quoqꝫ licet multa dixerit ob nimiam torturam:attamen
omnia reuocauit:⁊ eſt millies ſibimet contrarius ⁊ varius:qui
teſtes viles ⁊ domeſtici ipſius Hieronymi ⁊ qui ſuſpicabantur
poſſe ſcire veritatem aliquam de pretenſa venenatione ⁊ nole-
bant teſtificari potuerunt de iure torqueri licet non preceſſiſſent
20 indicia prout preceſſerunt † vt dicit pulchre Bald.in.l.milites.
C.de queſtionibus.⁊ idem Baldus in.l.tertia.C.ad legem iuliã
de adulte.⁊ licet ſit in conſideratione quod tredecim ſeruito-
res ⁊ de ſocietate ipſorum dominorum eodẽ tempore:⁊ eiſdem
ſignis ⁊ de eadem infirmitate infirmati ſunt vt quamplures
teſtes producti per fiſcum teſtantur ⁊ minime mortui:⁊ pariter
quod multi ⁊ quamplures de eodem vino flaſchi eo tempore
quo comes ⁊ fratres pariter biberunt ⁊ minime mortui ⁊ pari-
ter quod potuit venenum ipſum contigiſſe non miniſterio ho-
minis:ſed ex malo regimine vel quod per aerem peſtiferũ trãſie
rint vt medici teſtantur vel quod aliunde venenũ ipſum ſumpſe
rint attamen quia Robertus Coquus quem Nicolaus de Bi-
ſignano necnon ⁊ Jaconecta ⁊ Aymar inculpant de impoſitio
ne veneni in epulis ſtetit ſemper in fuga:⁊ ipſe quoqꝫ Aymar a
carceribus aufugit ⁊ etiam in fuga reperitur Joãnes de Cola
Uecchio ſimiliter inculpatus non viſum fuit eoſdem coniuges
inquiſitos diffinitiue abſoluere:ſed ab inſtantia iudicij ſeu ob-
ſeruatione ipſius duntaxat ⁊ non a crimine iuxta doctrinam
gloſſe ⁊ Baldi ⁊ clarius Saliceti in lege ſi qui.C.ad legem iu-
liam de adulterijs.vbi formaliter dicit Salicetus.ex iſta gloſſa
21 ſume conſilium quod † vtile eſt diffinitiue non abſoluere reum
quando iudex eſt dubius ⁊ hoc ex iuſta cauſa:⁊ ſic cõcludit Sa-
licetus ⁊ Baldus quod poteſt abſoluere a proceſſu ⁊ non a cri-
mine:vnde cum Robertus Coquus ⁊ Aymar ac etiam Joan-
nes de Cola Uecchio exiſtentes in fuga potuiſſet fuga ipſa cau-
ſari tam ex conſcientia ſceleris perpetrati quam etiam ex metu
torture illate eidem Aymari ac ceteris ſocijs:⁊ mens ius dicen-
tis reddit dubia concurrente igitur peremptione inſtantie fui-
mus ⁊ ego ex premiſſis voti ⁊ ſic pari voto predictos Hierony-
mum ⁊ Sanciam coniuges abſoluendos ab inſtãtia iudicij pre
dicti ⁊ ex deductis minime moleſtandos ſed excarcerandos ſub
fideiuſſoria cautione de ſtando iuri ⁊ ſe preſentando:quod pla-
cuit illuſtriſſimo domino proregi ibidem preſenti:⁊ intelligẽti
ſigillatim votum vniuſcuiuſqꝫ noſtrum:⁊ licet quidã magnus
vir collateralis concilij dixiſſet interim ipſos coniuges minime
excarcerandos quia ſic dicebat quidam Modernus Doctor
Baronus Hiſpanus.Ego dixi quod in ſpecie dominus Bar-
tolo.de Capua in conſtitu.regni humanitate determinat cõtra-
rium dum dixit quod ſi facto proceſſu contra inquiſitum ⁊ car-
ceratum reperitur quod eſt nullus interim carceratus non de-
bet detineri ſed fideiuſſoribus liberari ⁊ ita cõmuni voto execu-
tum fuit mediante noſtro decreto.

¶ Thomas Gramaticus
Regius delegatus.

Concurrente

UVA. BHSC. IyR_279_2

¶Concurrente quoqꝫ quod medici ipſi teſtati ſunt potuiſſe ve-
nenum ipſum fuiſſe ſumptum in ciuitate Tarẽti cum q̃ navni-
uerſitate ⁊ particularibus prefatus dominus Hugo litigabat
vbi fuerunt ſibi donate quedam cepule vel in loco Baronis pa
lizanelli cũ quo ſimiliter litigabat vel notule: vel in mõte Alba-
no ⁊ ſuſpicari contra Hieronymum patruum eſſet res diaboli-
ca prout prefatus medicus deponit expreſſe.

¶Thomaſius Gramaticus Neapo-
litanus Juris Utriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Mandato principis ſeu pape licet duro obtemperandum
eſt nec ſibi replicari poteſt cur ita faciat.
2 Judex ſi non precedente cauſe cognitione tamẽ ex principis mã
dato aliquem ſuſpendat ſeu vltimo ſupplicio aſſiciat põt illud
abſqꝫ peccato exequi.
3 Princeps quod facit preſumitur legitime facere.
5 Princeps ita vult hoc dicere ſufficit.
6 Princeps non poteſt mandare vt non ſubſiſtentibus indicijs
homo bone fame torqueatur.
8 Princeps licet poſſit excedere modum quod iudex facere non
poteſt: tamen non intelligitur id facere poſſe in his que ſunt de
iure diuino ſeu naturali ex quo ipſe princeps ligatur iure gen-
tium vel naturali Matthe. de Affli. dicit ſe ita reſpondiſſe regi
Federico volenti vt cuidam nobili tortura daretur.
10 Ueritatem prehonorare ſanctum eſt ⁊ quod magnus eſt Ceſar
ſed maior eſt veritas.
23 Priuilegium dignitatis non finitur finita dignitate.
24 Judici torquenti conſtitutum in dignitate vel torquendo quẽ
non poterat in memoriam preterite dignitatis poteſt de iure
reſiſti.
25 Judex ſeu officialis ſi pro honore reuerendiſſimo non exequi-
tur ipſius regis mandatum non poteſt dici quod male egerit
ſeu fecerit.

## Votum. XXXII.

REdemptoris huma-
ni generis auxilio repetito. Amen.
¶Succedente homicidio in perſonam ex
cellentis quondam Comitis Policaſtri
qui noſtro tempore prope domos illu-
ſtriſſimi principis Biſignani fuit a pluri
bus aggreſſus ⁊ letalibus vulneribus cõ-
foſſus: inde ad modicũ temporis ſpatiũ
deceſſit ⁊ capta informatione que haberi potuit per magnam
curiam vicarie et carceratis nonnullis inquiſitis ⁊ preſertim
magnifico Paulo Pulderico contra quem nulla vrgebant in-
dicia illuſtriſſimus Cardinalis Columna locum tenens genera
lis in preſenti regno aſſerens ſe habere conſcientiam informatã
predictum Paulũ in homicidio predicto interfuiſſe cum alijs
interfectoribus in preſentia Magnifici domini Uincentij Ser-
ſale Utriuſqꝫ Juris Docto. ⁊ fiſci patroni mihi mandauit vt
debuiſſem procedere ad torturam contra predictum Magnifi-
cum Paulũ vt ore proprio fateretur ſe in dicto homicidio par-
ticipem. Heſitatum fuit inter me ⁊ predictum fiſci patronum
an huiuſmodi mandato parere deberem: ⁊ prima facie videba-
tur dicendum: quod ſic arguendo a maiori id eſt de principe et
papa licet ſimus in eius vices gerente nam mandato principis
1 ſeu Pape † licet duro obtemperandum eſt nec ſibi replicari po
teſt cur ita faciat capitulo in memoriam. decimaoctaua diſtin-
ctione. ⁊ ideo officialis ſeu poteſtas qui in officio ſibi commiſſo
non paruit ſuperioris mãdato tenetur. l. prima. C. de officio pre-
fecti. in fine ⁊. l. prima. C. vt dignitatum ordo ſeruetur. vbi dici-
tur quod tenetur pena ſacrilegij ⁊ Bartolus in. l. is cui bonis.
ff. de verborum obligationibus. allegando capitulum primum
de maioritate ⁊ obedientia. vbi dicitur quod qui non obedit
principi morte moriatur: idem dixit Par. in tractatu ſindica-
tus in verſiculo tortura. capitulo mãdauit rex nam iudex dum
2 ſibi mandatur † per principem: vt etiam non precedẽte cauſe co-
gnitione aliquem vltimo ſupplicio afficiat; poteſt illud abſqꝫ
peccato exequi cum princeps ſit lex animata in terris: vt in au-
tentica de conſul. in. §. finali. collatione quarta maxime cum ea
3 que fiunt per principem preſumantur legitime † geſta. l. ex facto.
ff. de vulgari ⁊ pupillari. ita predicta voluit in particulari Cy-
nus in. l. reſcripta. C. de precibus imperatori offerendis. quem
ſequitur Abbas in capitulo quanto. extra de iureiurando. pro
4 quo facit ratio de qua ſupra primo loco: † quia non eſt qui prin
cipi dicere poſſit cur ita facis capitulo quamuis. de penis. di-
ſtinctione tertia ⁊ Baldus in preludijs feudorum maxime quia
error principis facit ius. l. tertia. §. finali. ff. de adimendis lega-
tis. ⁊ in. §. ſed quod principi. inſtituta de iure naturali gentium
5 ⁊ ciuili. nec inferiori competit † autoritas diſcutiendi de ratione
nam ſufficit dicere ita princeps vult: quia ratio erit in mẽte eius
retenta ex quo iuſta preſumitur vt dicit Franciſcus de Aretio
in lege prima. in principio. ff. de acquirẽda poſſeſſione. et eſt tex.
in lege dubium non eſt. C. de repudijs. et in. l. humanum. C. de
legibus.
¶Quibus non obſtantibus reſpondi ſue Jlluſtriſſime Domi
nationi bene eſſe vt de predictis conſuleret conſilium collatera-
le ſibi datum a Ceſarea maieſtate cum prima facie mihi videba
tur id nullatenus de iure ſubſiſtere poſſe vt non ſubſiſtentibus
indicijs: ⁊ preſertim legitimis princeps poſſit mandare vt ho-
6 mo bone fame † torqueri poſſit dum de crimine quouis
inquiritur: cum ita in ſpecie tenuerit Andreas de Jſernia
Euangeliſta et magnus Fiſcalis in regno in conſtitutionibus
7 regni proſequentes ſub rubrica de pugna ſublata † ⁊ licet poſſit
princeps ex cauſa excedere modum quod Judex facere non po-
teſt vt teſtatur idem Andreas in conſtitutione regni inquiſitio
nibus. in fine. tamen non intelligitur in his que ſunt de iure di-
8 uino ſeu naturali † ex quo ipſe princeps ligatur iure gentium
vel naturali prout dicunt omnes in capitulo primo extra de pro
bationibus. ⁊ idem Andreas in predicta conſtitutione regni
proſequentes. in fine. vbi in ſpecie tenet hoc principem ipſum
minime mandare poſſe de poteſtate ordinaria. et ſi id faceret de
poteſtate abſoluta ſine cauſa male faceret quia excederet ſuam
poteſtatem; ex quo eſt Rex a regendo ſecundum iuſtitiam. ca-
pitulo regum. vigeſimaquinta queſtione quinta. idem dicit An
dreas in capitulo primo de pace tenenda. ⁊ inſuper conſiderare
debet Rex quod eſt homo ⁊ Deo ſubiectus: ⁊ ſi ſua poteſtate
contra iura excedit parum regnabit: vt quotidie experientia
comperimus. et idem quod Andreas vt ſupra refert ⁊ ſequitur
Affligentius noſter Neapolitanus in dicta conſtitutione proſe
quentes. ⁊ in alia conſtitutione incipiente: dira ⁊ dura. vbi plus
9 ſubdit † quod tempore Regis Federici Arragonei dum ſua
Maieſtas affectaſſet quendam Nobilem torqueri autoritate
Reuerendiſſima: ⁊ ipſum interrogaſſet an id facere poſſet. re-
ſpondit id fieri minime poſſe abſqꝫ legitimis indicijs pro prefa
ta deciſione Andreas. ⁊ inſuper ſubdit quod boni Conſiliarij
principis ſemper debent dicere principi veritatem. ⁊ non quod
ipſi principi placitum eſt. moderate tamen vt dicit Apoſtolus
ad Timotheum capitulo ſecundo. ibi cum modeſtia corripien
tem eos qui reſiſtunt veritati. inde dicitur Exodi capitulo vige-
ſimoquarto. non declinabit Judex a veritate propter coniudi-
10 ces votantes contra veritatem † ⁊ ibi dicit Nicolaus de Lyra
ſanctum eſt prehonorare veritatem vt dicitur primo Ethicorũ.
⁊ ideo dicebat Baldus in. l. emilius. ſecunda charta. ff. de mino
ribus. magnus eſt Ceſar: ſed maior eſt ratio ⁊ veritas.
¶Et pro premiſſorum corroboratione adduco quod dicimus
in ſimili de reſcriptis Pape ⁊ Jmperatoris que eſſent obtenta
11 contra iuris diſpoſitionem. † nam debent talia reſcripta ab om-
nibus iudicibus refutari. l. reſcripta. C. de precibus Jmpera-
tori offerendis. ⁊ ita legibus ⁊ Canonibus expreſſum eſt: dixit
Petrus de Ancharano in conſilio tricenteſimodecimotertio in
cipiente; in Chriſti nomine. Amen. incipiente niſi legibus. ⁊ in-
quantum abſorbent ius tertij preſumuntur per opportunita-
tem obtenta. ⁊ ideo nulla ſunt. l. ſecunda. C. de petitioni. bonorũ
ſublatis. libro decimo. l. quoties. C. de precibus imperatori offe-
12 rendis. † nam omnes aſſiſtentes in officijs debent ſuo ſuperiori
reſiſtere ſi iniuſte agat. l. omnes iudices. C. de appellationibus.
⁊ ibi notatur de ſubditis prelatorum. l. per hanc. C. de officio di
uerſorum Judicum. ⁊ in. l. prima. in fine. C. de prepoſitis ſacri
13 ſcrinij. ⁊ ideo † princeps aliquando per iracundiam aut aliter
inaduertenter ordinat ſeu iubet: quod demum ſibi dolet fuiſſe
executum vt dicit Pontanus in ſuo tractatu de obedien. libro
quarto. in rubrica an parendum ſit decreto quod iniuſtum vi-
detur: vbi refert plures Principes antiquos ⁊ Modernos in
iracundia quoſdam iuſſiſſe interfici; quos poſtea deſideraue-
runt ⁊ late deciſio. in capitulo ſi quando. ſecundo notabi. extra
de reſcriptis. ⁊ dicitur in ſpecie de Theodoſio imperatore in
capitulo apud theſſalonicam. vndecima queſtione tertia. qui
propterea fecit. l. ſi vendicari. C. de penis. ⁊ dicit Marti. de lau-
denſi in tractatu de conſilijs principum in ſexto verſiculo quod



UVA. BHSC. IyR_279_2

conſiliarij maxime notent: quod ſi princeps iracundia motus
14 ſine cauſe cognitione† mandauerit crudeles vindictas contra ſubditos alicui iudici nõ debet permittere executionem vſq; ad triginta dies vt interim ceſſet iracundia principis per textum mirabilem in. l. ſi vindicari. C. de penis. qui textus dicit quod eſſet auro pingendus: ⁊ ſimile dicit eſſe de papa quãdo aliquid
15 irrationabile† mandat: nam debet eidem reſcribi. capi. ſi quando. de reſcriptis. ⁊ etiam de predictis bonus textus cum gloſſa in. §. deinde. in autentica de mandatis principum. collatione tertia vbi gloſſa inuebit contra miſeros prelatos qui intantum timent literas Pape ſeu Imperatoris vt licet iniuſtas non audeant illis contradicere: ⁊ eſt ſimilis glo. in. §. finali. in autentica vt determi. ſit numerus clericorum. collatione prima in verſiculo contradicere. ⁊ idem in premiſſis ſequitur Paris in tractatu ſindicatus in titulo de exceſſibus conſ. in quinta charta ⁊ in charta octuageſimanona verſiculo mandauit rex ⁊c. Et ideo dixit pulchre Joan. de Tur. Cre. in capitulo quamuis. vigeſimaprima, diſtinctione in quarta columna quod principes ſunt
16 conſtituti ad hoc quod† bonum procurent ſubditis ⁊ ſi aliter faciunt abutuntur principatu: ⁊ talis primatus ſiue principatus ſeu dominatus introductus fuit a Chriſto apoſtolis: dum ait non erit ita inter vos: vnde beatus Chriſoſtomus ſuper Matheum pertractans hoc verbum ita inquit principes mundi ita fiunt vt dominarentur minoribus ſuis ⁊ miniſtrent eis quecũq; acceperunt a Chriſto: nec obſtabunt preallegatis dicta Cyni vbi
17 ſupra in dicta. l. reſcripta. ex quo illa† procedunt quando princeps ipſe cum conſilio conſiliariorum ſuorum ⁊ procerum proceſſit ad ita mandandum ſeu dicẽdum: ſecus autem ſi de ſeipſo tantum illud mandauit ſeu fecit: ita in ſpecie voluit Baldus in l. humanũ. C. de legibus. refert ⁊ ſequitur excellens Doctor Joigne. Aurelianenſis in queſtio. illa an Rex Francie recognoſcat Imperatorem quadrageſimaoctaua colũna maxime quia torquere ex proceſſu informatiuo hominem nobilem ⁊ optime fa
18 me non eſſet niſi tollere† defenſiones inquiſito quod quidem princeps facere non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis. ita ſingulariter inquit Baldus in. l. tertia. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſq; iuris. idem refert ⁊ ſequitur Felinus in capitulo dilecti. ſexta columna. de exceptionibus. ⁊ in capitulo cum olim. vltima columna. de re iudicata. Socinus in conſilio centeſimo vigeſimo incipiente memini me alias conſuluiſſe nona columna. verſiculo tertius caſus. in tertio volumine idem firmat Barto. in. l. filius familias. ſecunda columna. verſiculo ſed an tunc. ff. de donationibus. Areti. in conſilio centeſimo ſexageſimoquinto ſicut Joannes decimatertia colum. verſiculo ad obiecta. Socinus in conſilio centeſimo ſexageſimoquarto viſa bulla ſeptima columna verſiculo quando princeps. ⁊ in conſilio centeſimo ſexageſimoſexto incipiente in cauſa vigeſima columna verſiculo tertius caſus: ⁊ ibi ſubdit quod omnes Doctores tenent hãc doctrinam Bal. ⁊ dum nullatenus mãdatum predictũ exequi deliberaſſem die ſequenti predictus illuſtriſſimus domi. Cardinalis per medium Magnifici Fiſci patroni iuſſit mandari magnificis Regẽti ⁊ iudicibus magne curie in genere ⁊ mihi cum eis vt abſq; vlteriori mora procedere deberemus ad torturam predictam: reſpondi vltra preallegata minime modo aliquo id fieri poſſe etiam ex alio capite ex quo iſte Magnificus Paulus eſt in preſentiarum electus huius inclyte ciuitatis Neapolitañ. ⁊ qui fuit prior ſue Ciuitatis torqueri non poteſt: ita Bal. in. l.
19 nihil. C. de queſtionibus. imo† nedum qui hodie eſt electus ciuitatis verum etiam qui alias fuit: attamen in memoriam huius preterite dignitatis torqueri nõ poteſt dicta. l. nihil. ⁊. l. milites. C. de queſtionibus. ⁊ in. l. diuo marco. Salice. in. l. prima. et ibi etiam ſequitur Jaſon prima columna. verſiculo vnum tamen not. C. de iuris ⁊ facti ignorantia. Bartolus in predicta. l. milites. ſic enim dicuntur imo vocãtur patres ciuitatis: vt. C. de his qui ſpõ. mune. propria ſuſcep. l. tertia. ita dicit Iſidorus in queſtionibus ethimologiarum ⁊ Lucas de penna in rubrica de decurionibus libro decimo verum Doctores ⁊ iura premiſſa loquuntur in decurionibus: ſed cum hodie non ſint decuriones id quod in dictis iuribus dicitur de decurionibus habebit lo
20 cum† in conſiliariis ciuitatum vt ſi ciuitas habeat conſiliarios idem erit: ex quo conſiliarij ciuitatum decurionum inſtar obtinent vt nota. in rubrica de decurionibus. libro decimo. ita dicit Lucas de pẽna in. l. nominationum. ſecunda columna. C. de decurionibus. libro decimo nam conſules ciuitatum ſunt hodie loco decurionum vt not. in dicta rubrica de decurionibus. ⁊ ibi Jac. Rebuffi. qui ſubdit quod cum ſint loco ipſorum ſubſtitu
21 ti habent idem priuilegium quod† ipſi decuriones habebant argumento. l. filie. §. ſi. ff. conditionibus ⁊ demonſtrationibus. ⁊. l. ſi donate. §. ſponſus. ff. de donationibus inter virum ⁊ vxo. ⁊ quod conſules vrbium noſtri temporis teneant idemmet priuilegium quod decuriones habebant maxime vt non poſſint torture ſubijci voluit in ſpecie Salice. ſubdens ita tenere doctores in dicta. l. diuo marco. C. de queſtionibus. cum conſules ipſi ſuccedant hodie in locum ipſorum decurionum vt dicit glo. in predicta rubrica de decurionibus. libro decimo ⁊ in. l. ſecunda. eodem titulo ⁊ in. l. nulli. ff. quod cuiuſq; vniuerſita. ⁊ in. l. aliud. §. refertur. ff. de regulis iuris. ⁊ in. l. ſi ex dolo. §. primo. ff. de dolo. ⁊ ideo dixit Joannes de Platea in predicta rubrica de decu
22 rionibus. quod† conſiliarij ciuitatum hodie habent eandem poteſtatem ⁊ priuilegia que olim decuriones habebant: ⁊ inter cetera habent hoc priuilegium vt etiam finito officio minime torqueri poſſint in reuerentiam priſtine dignitatis per textum qui hoc formaliter dicit in. l. finali. ff. de decurionibus. in verſiculo ibi non eſſe torquendũ in memoriam priſtine dignitatis: ⁊ ideo plus ibi refert Franciſcus Tigrinus per illum textum Martinum de Santu. euaſiſſe condemnatum ad mortem qui tortus fuerat ⁊ per tormenta confeſſus: ⁊ non poterat de iure torqueri quia conſiliarius ciuitatis ſue fuerat quod dicit eſſe bene not. Andreas Barbacia in capitulo ſedes apoſtolica. quinta colũ
23 na. extra de reſcriptis. cum priuilegium dignitatis† non finiatur finita dignitate ſecũdum Baldum in dicto capitulo ſedes. de reſcriptis. qui ad hoc allegat Innocẽ. idem refert ⁊ ſequitur Hippolytus Marſillienſis in ſingularibus ſuis in ſingulari ccxix. incipiente viget ſtatutum communiter ⁊ in ſingu. cvij. incipiente priuilegium dignitatis ⁊ in ſingula. incipiente ille qui nunquam ⁊ in ſua practica cauſarum crimi. in verſiculo expedita. octaua columna. ⁊ in. l. edictum. ſeccunda ⁊ quarta columna. ff. de queſtionibus. ⁊ ſubdit intantum hoc eſſe verum quod ſi in
24 dex procederet† ad torturam poſſet ei de iure reſiſti vt habetur in. l. omnes. C. de decurionibus. libro decimo. ⁊ probatur in autentica quomodo oportet epiſco. §. finali. ⁊ tenet idem Hippolytus Marſillienſis in predicta practica cauſarum crimi. ⁊ in. l. edictum. ſecunda columna. ff. de queſtionibus. ex quibus cõcludendo dico minime dici poſſe officialem non bene facere ſi pro
25 honore† reuerendiſſimo non exequitur ipſius Regentis mandatum dixit pulchre Bal. in. l. finali. C. de negocijs geſtis. ⁊ conſuluit Alexander de Jmola in conſilio centeſimoſexto in ſecunda charta ſecundo volumine ⁊ eſt textus in capitulo cum teneamur. de preben. vbi cauetur quod ſi iuſta cauſa ſubeſt non adimplendi mandatum ſuperioris equanimiter ſuperior debet ſuſtinere ibi ſi pro eo mandatum noſtrum non duxeris exequendũ: ⁊ ſic replicando eidem illuſtriſſimo domino iterũ multa ex premiſſis breuiter tangendo patienter tolerauit ac ſe iuſticie remiſit eundem Magnificum Paulum eodem die excarcerauit ac fecit cum comitiua nobilium ac magnatum ad eius domũ aſſociari ⁊ non abſq; excreſcentia amoris ac beneuolentie erga me aſſerendo me optime preſciuiſſe ſue indigne voluntati obſiſtere et furorem executionis iuſtitie pro beneficio rei publice temperare. Thomas Gramaticus Judex magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus Juris Utriuſq; Doctor.

# Summarium.

1 ¶ Clericum ſe pretendens ⁊ incedẽs ſine habitu ⁊ tonſura et tentus vt laicus ac reputatus poteſt capi ⁊ puniri per iudicem laicum abſq; metu excommunicationis.
2 Clerico ex prima corona an conferatur ordo vide.
3 Clericus in minoribus lato ſumpto vocabulo dicitur eſſe in gradu ſacro id eſt in ordinibus ſacris.
4 Clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt etiam in minoribus conſtituti.
5 Clericus prime tonſure non poteſt per laicum accuſari.
6 De clericis non licet iudicare regi nec alteri ſeculari perſone dixit Papa Celeſtinus tertius.
7 Clericatus eſt de iure diuino: ⁊ ideo penitus clericus eſt exemptus a poteſtate Imperatoris.
8 Clericus non poteſt cõſentire vt iudex laicus de ipſo cognoſcat.
9 Clericorũ appellatione quicunq; clerici etiã in minoribus conſtituti continentur.
10 Clericus in minoribus conſtitutus nullo modo poteſt ſortiri forum iudicis laici.
11 Clericus recedens a clericatu aſſumpto abĳciendo tonſuram ⁊ veſtes ſeculariter viuendo vel incedendo non perdit priuilegiũ clericatus niſi fuerit monitus. ⁊ nu. 12.
12 Clericus vt perdat priuilegium ob inobſeruantiam tonſure et habitus

UVA. BHSC. IyR_279_2

babitus debet moneri trina monitione nec ſufficit vna pro om-
nibus.⁊ nu.13.
14 Clericus licet immiſceat ſe enormitatibus non amittit priuile-
gium clericale:licet amittat priuilegium canonis ſi quis ſuadē-
te diabolo decimaſeptima queſtione quarta non amittit priui-
legium fori:⁊ ibi niſi fuiſſet inueteratus in aggreſſuris ſeuis et
enormitatibus.
16 Clerici priuilegium fori emanauit a iure diuino:⁊ a deo.
17 Clericus ſine habitu ⁊ tonſura repertus in flagranti non amittit
priuilegium fori.
20 Clericorum familiares non deferentes habitum nec tonſuram:
tamen gaudent priuilegio clericali.
21 Clericus de prima corona dicitur habere ordinem clericalem.
22 Clericus renuens tonſuram clericalem ⁊ habitum ⁊ immiſcens
ſe enormibus:⁊ perſeuerando in illis deprehenſus fuerit:nō ex
hoc poterit iudex laicus de eo cognoſcere.

# Votum.XXXIII.

REdemptoris gentiū
ſuffragio repetito.Amen.In cauſa cleri-
ci Hieronymi Martina de Neapoli in-
quiſiti de homicidio commiſſo in ciuita-
te Auerſe in perſonam
de eadem Ciuitate dum citatus fuiſ
ſet Hieronymus ipſe comparuit in habi
tu ⁊ tonſura iuxta formam ritus ipſius
Magne Curie ⁊ forum eiuſdem Magne Curie declinando pe
tit ſe tanquam clericum remitti ad eius iudicem Eccleſiaſticum
Heſitatum igitur fuit an eſſet locus remiſſionis petite ⁊ dubiū
prima facie faciebat quod non maxime cum in preteritum non
apparet ipſum in habitu clericali inceſſiſſe ſed vt merus laicus
1 ſemper tentus ⁊ reputatus fuerit†quo caſu poteſt capi ⁊ puni-
ri per iudicem laicum abſq; metu excommunicationis tex.eſt in
capitulo ex parte.de priuilegiis.⁊ in capitulo primo.de apoſta.
⁊ licet text.in capitulo cum contingat.de etate ⁊ qualitate.vide-
2 tur preſupponere quod†in prima corona conferatur ordo ſecū-
dum omnia iura in iſto caſu loquētia:⁊ prima corona ſine aliis
minoribus non eſt:nec dicitur proprie ordo clericalis nam cleri
cus de prima corona tantum nullum in Eccleſia Dei habet exer
citium ſeu officium ſibi deputatum:ſicut habent ceteri conſtitu
ti in minoribus ⁊ aliis ordinibus vt in capitulo acolitus cum
aliis quatuor ſequentibus vigeſimatertia diſtinctione ⁊ ideo nō
poteſt proprie dici ordo ita voluit magiſter ſententia.in quar
to ſenten.vigeſimaquarta diſtin.vbi poſtq̄ nominauit ſeptem
ordines ait corona enim ſignaculum eſt quo ſignatur in partē
ſortis miniſterii diuini:⁊ idem quod non ſit ordo tenet beatus
Thomas in ſumma tertie partis queſtione trigeſimaquinta ar
ticulo ſecundo:⁊ in eadem tertia parte queſtione quarta articu
lo ſecundo ⁊ ibi ſubdit quod corona habet vlterius aliquod ſpe
ciale quod ei reſpondit ſicut ſignatum ſigno:ſed hec non eſt ali-
qua ſpecialis poteſtas:⁊ ideo in corona nō imprimit caracter.⁊
hinc Hieronymus ſcribēs ad ſuum leuitā in capitulo due ſunt
duodecima queſtione prima videtur preſupponere quod coro-
na in capite ab inſtitutione eccleſie fuit vt ſit ſignum clericatus
⁊ ſic videtur eſſe ianua ordinum vt oſtendat clericum ⁊ intentio
nem recipientis coronam eſſe clericandi licet ipſa per ſe proprie
non contineat ordinem nec exercitium ordinis vt ſupra hoc pro
bat tex.in capitulo primo.vigeſimaquinta diſtinctione vbi ſan
ctus Iſidorus ſcribens ad ludifredum officium Epiſcopi ⁊ ce-
terorum in eccleſia Dei ponit videlicet hoſtiarium:exorciſtam
acolitum:lectorem:Subdiaconum:Diaconum:⁊ preſbyterum
⁊ Epiſcopum inter quos non ponit clericum de prima tonſu-
ra ſeu corona quia nullum habet in eccleſia dei a iure exercitiū:
⁊ quod prima tonſura non dicatur ordo facit bene text.in capi-
tulo cleros.in principio vigeſimaprima diſtinctione vbi tex.di
cit generaliter clerici nuncupantur omnes qui in eccleſia Chri-
ſti deſeruiūt:vt ſunt hoſtiarius pſalmiſta ⁊ ceteri prementiona
ti:inter quos non mentionatur clericus de prima tonſura ſcili-
cet,de prima corona:⁊ idem tex.in.§.ne vero.vndecima queſtio-
ne prima vbi ponuntur qui veniant appellatione clericorum et
tamen non ponitur clericus de prima corona tantum:⁊ ita etiā
videtur conſuluiſſe Joannes Andree in quodam ſuo conſilio
incipiente:quia ſepiſſime dubitari contingit ⁊ reperitur in fine
tractatus maleficiorum domini Bonifacii de vitalinis ſed ego
dictum conſilium reperi inter conſilia Alexand.de Jmola nu-
mero ſexageſimoprimo in quarto volumine vbi ſubdit in fina.
verbis quod dominus Beccarius de Beccaria dicit quod ipſe
ſcripſit domino Joanni Andree ⁊ petiit nunquid verba pre-
dicta dicti conſilii eſſent ſua ⁊ predictus domi.Joan.And.ſibi
reſpondit quod ſic.
¶Quibus non obſtantibus contrarium videtur de iure tenen
3 dum nam nulli dubium eſt quod † clericus in minoribus lato
ſumpto vocabulo dicitur eſſe in gradu ſacro id eſt in ordinibus
ſacris gloſſ.eſt ſingu.trigeſimaſecunda diſtinctione in ſumma
⁊ Dominicus de Sancto Geminiano in capitulo ſicut ſacerdo
tes.ſecunda queſtione ſeptima hinc eſt quod in materia fauora
4 bili appellatione†clericorum veniunt etiam in minoribus con-
ſtituti ita voluit Abb.in rubrica de vita ⁊ honeſtate clericorū.⁊
probatur in capitulo clericos.vigeſimaprima diſtinctione cum
ſimilibus ⁊ ſequitur Antonius Corſe.in ſingularibus ſuis in
ſingula.incipiente accuſatio:⁊ ibi dicit etiam poſt Domini.in
dicto capitulo ſicut ſacerdotes.quod laicus non poteſt accuſa-
5 re clericum†prime tonſure ⁊ in capitulo cum nō ab homine.de
6 iudiciis.†Celeſtinus tertius interrogatus an licet regi vel alicui
ſeculari perſone iudicare clericos cuiuſcunq; ordinis ſiue in fur
to ſiue in homicidio ſiue in periurio reſpondit tales ante depo
ſitionem ⁊ incorrigibilitatem iudex ſecularis iudicare ſeu puni
7 re non valet:⁊ ſuffragatur optime†quia clericatus eſt de iure di
uino:vnde eo tunc quod quis eſt clericus eſt penitus exemptus
a poteſtate Imperatoris:ita dixit pulchre Abbas in capitu.ſo-
lite.extra de maioritate ⁊ obedientia imo nec ſi ipſe clericus a iu
8 dice laico cognoſci†vellet non poſſet ſuo priuilegio renunciare
per textum in capitulo ſi diligenti.⁊ in capitulo ſignificaſti.de
foro competenti.⁊ in capitulo contingit.de ſententia excommu-
nicationis.⁊ quod appellatione clericorum quicūq; clerici etiā
9 in minoribus†conſtituti contineantur vt gaudeant priuilegio
clericali videlicet fori ⁊ canonis in criminalibus volūt expreſſe
Docto.in dicto capitulo cum non ab homine.de iudiciis.⁊ facit
text.in capitulo ſecundo.quaſi per totum de foro competenti.
imo etiam comprehenderentur clerici cōiugati dummodo cum
vnica ⁊ virgine dummodo tonſuram ⁊ veſtes clericales deferāt
per textū in capitulo vnico.de cleri.coniuga.in ſexto ⁊ facit tex.
in capitulo nemo.⁊ in capitulo clericum.⁊ in capitulo cōtinua
10 quaſi per totum vndecima queſtio.prima.⁊ ſic quod † clericus
cōſtitutus in minoribus nullo modo ſortiri poteſt forum iudi-
cis ſecularis probatur bene in capitu.ſecundo.⁊ ibi ad hoc pon
derant text.Docto.de foro competenti.⁊ in dicto capitulo cum
non ab homine.⁊ conſuluit in ſpecie Alexand.in dicto conſilio
ducenteſimonono in ſecundo volumine.⁊ idem tenet And.de
Iſer.in cōſti.apoſtatātes de apoſta.vbi formalr dicit qđ qñ qs
11 recedit a clericatu aſſumpto†quantumcunq; contrarium faciat
abiiciendo tonſuram ⁊ veſtes ſeculariter viuendo vel incedēdo
non perdit priuilegium capituli ſi quis ſuadente.niſi ſit moni-
tus:⁊ tunc ſi poſt monitionem non deſiſtat in omnibus laicali-
ter ſe habebit:ante admonitionem nihilominus erit de foro ec-
cleſiaſtico nec iudex ſecularis mittet manus in eū:poſt vero mo-
nitionem erit de foro ſeculari niſi eſſet in ſacris vel profeſſus in
monaſterio:⁊ idem etiam ſequitur Luc.de pen.in.l.iudices la ſe
cunda.in quarta colum.C.de digni.libro duodecimo.vbi ſub-
dit quod licet clericus nō ſit in ſacris ⁊ ſe immiſceat ſeuis ⁊ alia
damnabilia exerceat non ex hoc perdit priuilegium clericale.
¶Et ideo nō ſuffragaretur fiſco allegare ſeu obiicere de dimiſ-
ſione habitus clericalis ⁊ tonſure ⁊ quod in ſeuis ſe exercuerit:
12 nam iſta nihil officiūt ad amiſſionem † priuilegii clericalis niſi
prius fuerit a dioceſano ſuo monitus trina canonica monitio-
ne vt a predictis deſiſteret ⁊ habitum reaſſumeret:vt in capitu-
lo in audiētiam.extra de ſententia excommunicationis.⁊ in ca-
pitulo ſi iudex.eodem titulo libro ſexto.nec ſufficeret vnica mo-
13 nitio†pro omnibus vt dixit dominus Abbas in capitulo con-
tingit lo ſecundo.de ſententia excommunicationis.imo nec ſuf-
ficeret monitio fieri vno contextu:ſed per interualla temporis ⁊
plurium dierum nec etiam ſufficeret vna cum interuallo dierū
vt dicit gloſſa in clementina prima in verſiculo tertio.de vita et
honeſtate clericorum.Innocē.in capitulo ex literis.eodem titu-
lo glo.in capitulo ſi vero.§.primo.de ſententia excommunica-
tionis.⁊ in capitulo ſine ornatu.quinta queſtione quarta.⁊ ar-
chidiaco.in capitulo finali.ſexageſimanona diſtinctio.ita etiā
vt ſupra conſuluit Alexander in conſilio octauo primo volumi
ne.⁊ idem conſuluit Socinus in conſilio duodecimo incipiente
quem in preſentiarum ⁊ in conſilio centeſimo vigeſimoſecundo
in quarto volumine Specula.in titulo de ſenten.§.primo.verſi
culo ſed queritur vtrum ⁊ ibi Joan.Andre.⁊ optime Hippo-
lytus Marſillienſis in conſilio ſexageſimoſeptimo octaua colū
na.numero.59.Lau.Calca.in conſilio ſeptuageſimo incipiente
pro dicto Nicolao ⁊ in conſilio ſeptimo incipiente quia ante



UVA. BHSC. IyR_279_2

queſitum.xix.col.ver.in contrarium qꝺ imo: ⁊ tenẽt omnes pre-
fati conſulentes qꝺ nihil obeſt ipſi clerico prime tonſure ꝙ non
14 accedat in habitu ⁊ tonſura ⁊ qꝺ † ſe immiſceat enormitatibus
nam non ex hoc perdit priuilegiũ clericale ⁊ licet amittat priui-
legium canonis ſi quis ſuadente diabolo.xvij.q.iiij.non tamen
amittit priuilegium fori vt eſt tex.⁊ ibi Jo.an.ꝺ.Anto.⁊ Abb.
in.c.ij.de foro compe.Archi.⁊ Joã.an.in.c.nullus.de tempori.
ordi.in.vj.Inno.in.c.j.de apoſta.⁊ in.c.nouit.de iudi.Bald.in
Marga.in verſi.clericus.ver.xix.Cardi.in cle.ij.§.j.de ſepultu.
⁊ tenet Spec.in ti.de ſenten.§.j.verſi.ſed queritur.⁊ voluit Jo.
and.in.c.perpendimus.de ſenten.excom.vbi ſubdit| niſi fuiſſet
15 inueteratus † in aggreſſuris ſeuis ⁊ enormitatibus: ⁊ idem ſequi
tur ibi Abb.ſicu.refert ⁊ ſequitur Soci.in.ꝺ.conſi.xij.vbi etiaꝫ
ſubdit hã: opinionem probari ex eo quia difficilius amittitur
16 priuilegium fori ꝙ canonis † ex quo priuilegium fori emanauit
a iure diuino: ⁊ a deo iuxta illud noli tangere chriſtos meos: vt
probatur.xcvj.diſt.c.ſi imperator.not.Hoſtien.⁊ Innoc.in.c.ij.
de maiori.⁊ obedien.ſed priuilegium canonis emanauit a iure
poſitiuo vt habetur plene in.ꝺ.c.perpendimus.⁊ pariter proba
tur dicta opinio in.c.cum nõ ab homine.de iudi.⁊ in.c.ſi iudex
laicus.de ſenten.excom.in.vj.nam cum ibi clericus reperiatur
17 ſine habitu ⁊ tonſura repertus in flagranti † crimine non amit-
tit priuilegium fori: quanto magis clericus qui non reperitur
in flagranti crimine non debet tale priuilegium amittere: idem
in ſpecie tenet ⁊ ſequitur Marſil.in predicto ſuo conſilio.lxvij.
18 vlti.colũ.nec militat quod † non acceſſerit in habitu ⁊ tonſura
quo caſu non videretur ſibi clericatus ſuffragari per ea que ha-
bentur in.c.j.de cleri.coniuga.in.vj.⁊ in.c.Joannes.eo.titu.in
antiquis ⁊ Bald.in.l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.⁊ cleri.
19 nam reſpondetur hoc non eſſe indiſtincte verũ: † ſed requiritur
quod precedat trina monitio: vt ſupra dictũ eſt: iuxta ea que ha-
bentur in.c.fina.de vita ⁊ hone.clerico.⁊ patet etiam tangibili
20 exemplo nam familiares † clericorum non deferentes habitum
nec tonſurã tamen gaudent priuilegio clericali ex perſona ipſo-
rum clericorum ſecundum Docto.in.l.ij.C.de epiſ.⁊ cleri.quan-
to fortius ipſi clerici: quibus principaliter eſt priuilegium prefa
tum conceſſum non debent illud perdere dum habitum non de
ferunt ſeu tonſuram: ⁊ ad illud obiectum quod prima tonſura
non ſit ordo non videtur ſic ſimpliciter verum nam Innocen.
21 quartus in.c.cum contingat.de eta.⁊ quali.tenet quod † ſit ordo
vt pbat bene tex.in.c.j.de apoſta.ibi ordine dimiſſo ⁊ ad ſupra-
dictum obiectum quod prima tonſura non ſit ordo prout dixit
Magiſter ſentẽtiarum ⁊ Sanctus Thomas ſupra allegati re-
ſpondetur quod verum eſt vt in expoſitionibus ſcripturarum
ſtari debeat dictis ſanctorum ſed in deciſionibus cauſarum ſtã-
dum eſt ſummis pontificibus quia ipſis ⁊ nõ ſanctis data fuit
poteſtas legis condende vt voluit glo.xx.diſt.in ſumma ⁊ etiam
in.c.j.ibidem ⁊ plene Jo.de Tur.Crem.ibidem in.ꝺ.c.j.⁊ Pa
normi.in.c.ne innitaris.in fi.extra de cõſti.⁊ ideo dixit pulchre
Sanctus Thomas in ſecunda ſecunde.q.xj.arti.ſecũdo quod
contra autoritatem Romani pontificis nec Hieronymus: nec
Auguſtinus: nec aliquis ſacrorum doctorum ſuam ſententiam
defendit ⁊ ad.c.ex parte el.iij.de priui.reſpondetur quod illud
capitulum ſecundum glo.⁊ doct.ibi procedit quando non con-
ſtabat eos eſſe vere clericos: licet aliquando aſſumpſerint habi-
tum clericalem ⁊ tonſuram ⁊ demum eam depoſuerint ſeu reli-
querint nam ex hoc nõ poſſunt tueri vt clerici ſi in delicto depre
henſi fuerunt: ⁊ prius communi opinione non reputabãtur cle
rici: etiam ſi deinde voluerint aſſumere habitum ⁊ tonſurã: ſed
in caſu noſtro apparet illum eſſe vere clericum per apparentem
titulum ſeu bullam clericatus ad.c.j.extra de apoſta.licet pluri-
bus modis reſponderi poſſit: attamẽ pre ceteris melius reſpon
det Hoſtien.ibi qꝺ ad hoc vt clericus conſtitutus in minoribus
conuerſans vt laicus perdat priuilegium fori abſqꝫ aliqua mo-
nitione requiritur quod exerceat actum omnino contrariũ ordi
ni clericali vt quod duxerit vxorem corruptam vel ſe fecerit mili
tem ⁊ exercuerit ſeua per id qꝺ habetur in ca.quiſquis.lxxxiiij.
diſt.⁊ in.c.j.de biga.in.vj.ſecus ſi exercuerit actum non omnino
contrarium vt quia duxerit vnicam ⁊ virginem vel effectus eſt
miles ⁊ non exercet ſeua iuxta id quod habetur in.c.j.de cleri.
coniuga.⁊.c.ſi.in antiquis ⁊ idem voluit Pet.de Ancha.in.ꝺ.
22 c.j.de apoſta.in diſputa.ſua ibi expreſſe cõcludit quod † clericus
qui renuit tonſuram ⁊ habitum clericalem: ⁊ immiſcet ſe enor-
mibus ⁊ perſeuerat in illis: et qꝺ hec faciẽdo fuerit deprehẽſus
iudex laicus nõ ex hoc poterit ipſum punire: ſed debet remane-
re ad iudicem eccleſiaſticum: niſi monitio de qua ſupra proceſſe-
rit per dictum.c.ſi iuſta.⁊ per not.per glo.in.ꝺ.c.ex parte.vnde
cum iudex laicus non habeat poteſtatem inquirendi nec proce-
dendi contra clericum: ⁊ ſi procedit debet ſtatim interpellatus
deſiſtere ſub pena excommunicationis ⁊ ipſum remittere iudi-
ci eccleſiaſtico.c.ſi iudex laicus.de ſenten.excom.in.vj.⁊ habetur
in.c.at ſi clerici.in prin.de iudi.⁊ dum pluries contigiſſet caſus
in perſonam diuerſorum clericorum prime corone inquiſitorũ
de diuerſis delictis ſicut fuit in perſonam Alfonſi riſponi ſcri-
be fiſcalis Magne Curie Vicarie inquiſiti de furto: ⁊ in perſo-
nam Pirri Loyſij naucleri inquiſiti de ſtupro: necnõ in perſo-
nam Pauli de Lamberto inquiſiti de violentia ⁊ furto boum
tempore iudicatus mei in eadem magna curia anno.M.cccccv.
⁊.M.cccccij.⁊.M.cccccxx.cũ docuerint ſe clericos de prima
corona mediantibus decretis magne curie vicarie: necnon ⁊ ſu-
praſcripti reuerendiſſimi conſilij fuerunt remiſſi ad iudicem ec-
cleſiaſticum: ⁊ pariter tanquam patronus in cauſa clerici Mat
thei puntoni inquiſiti de furto in ciuitate Auerſe ex quo nõ ac-
cedebat in habitu ⁊ tonſura denegata remiſſione per capitaneũ
Auerſanum decreto eiuſdem Magne Curie fuit remiſſus ad
iudicem eccleſiaſticum: ⁊ dum appellaſſet capitaneus ipſe ad ſu
praſcriptum reuerendiſſimum conſiliũ: ſimiliter decreto ipſius
ſupraſcripti cõſilij fuit remiſſus: ⁊ nouiſſime p̃ſenti anno Mil-
leſimo quingenteſimo trigeſimotertio de menſe Januarij dum
clericus Hieronymus de Jorio de prima corona gerens ſe pro
laico in habitu ⁊ tonſura fuiſſet inquiſitus de falſa moneta tan
quam laicus ⁊ conſtito per bullas clericatus de prima corona
communi voto magnificorum iudicum eiuſdem fuit remiſſus
ad iudicem eccleſiaſticum: ⁊ ſic pari voto iudicatum ⁊ decretuꝫ
fuit predictum clericum Hieronymum Martina remittendũ
ad eius iudicem eccleſiaſticum prout remiſſus fuit vt iuſtitiam
faceret tanquam eius competens iudex. Thomas Gramati
cus Iudex magne Curie Vicarie.

## Summarium.

6 ☞ Amicitie reconciliatio preſumitur ex cõuerſatione ⁊ collo-
quio ſubſequutis.
2 Aſſertioni mandatarij dicto creditur contra aſſaſſinum mandã
tem concurrentibus alijs.
3 Fama an faciat indicium ad torturam ⁊ quomodo requirit̃ qꝺ
teſtes deponant ſuper ea vt probent.
4 Inimicitia vera ⁊ conſiderabilis que ſit vt faciat indicium ad
torturam.
19 Indicia ſi ſubſiſtunt ad torturã contra inquiſitũ illa eneruãtur
per alia que extiterunt in contrarium pro inquiſito.
20 Indicia ſi exiſtunt ad torturam cõtra aliquẽ: vnũquodqꝫ quod
vrgeret in contrariũ illa elideret adeo vt torqueri non poſſet.
8 Male vite ⁊ fame exiſtens repellitur a teſtimonio.
11 Reus interrogatus de ſe ⁊ de alio ſtatur primo eius depoſitio-
ni licet contrarium depoſuerit ſecundo loco in tormentis.
12 Reus non debet per iudicem ſpecialiter interrogari nominãdo
ſibi aliquem al's diceret̃ ſubſerere nec ꝓbaret̃ id qꝺ deponeret.
18 Preſumptio vna tollitur per aliam.
9 Socio criminis in caſibus in quibus creditur debet intelligi in
ſocio criminis al's non infami ex alio delicto.

## Votum.XXXIIII.

Tremendi Dei repetito
p̃ſidio. Amẽ. In cã nobilis mulieris ſabbe de
ſancto mãgo cũ reuerendiſſimo fiſco ſuꝑ inq̃ſi-
tione aſſaſſinij cũ homicida in pſonã quõdã fe
licis fundacarij eius cognati ꝓducunt̃ ad ꝓba
tionẽ p̃tenſi aſſaſſinij ꝑ reuerẽdiſſimũ fiſcũ.j.ſcripta.
¶ Primo inimicitia ꝯcta anno elapſo inter eos ex cã cuiuſdam
maſſarie ſuꝑ q̃ filij eiuſdẽ dñe ſabbe habẽt ꝓprietatẽ ⁊ idẽ quon
dã felix vſumfructũ dũ viueret: ſuꝑ q̃ maſſaria al's deuenerũt ad
v̇ba vna cũ eorũ famulis ⁊ rixati ſunt adinuicẽ: ex quib⁹ fiſcus
inimicitiã fuiſſe ꝯctã p̃tẽdit: vñ ſubſequuta morte p̃fata vr̃ dicen
dũ aduerſus ipſã magnificã ſabbã vrgere ĩdiciũ inimicitie cũ de
1 inimico lex p̃ſumat † oẽ malũ.l.j.§.p̃terea.ff.de qõni.⁊ iõ vr̃ ſuffi
ciẽs ĩdiciũ ad torturã vt voluit Ang.ĩ.l.ſi.C.de qõ.ſpe.⁊ Jo.an.
ĩ ti.de p̃ſum.v̇.ſꝫ pone ⁊ vr̃ ſentire Bar.ĩ.l.ſi.ff.de qõ.Scdo acce
dit depoſitio ipſiuſmet Hiero.bacti homicide aſſerẽtis ĩ tortu-
ra ꝙ mediãte ordinatiõe ⁊ mãdato eiuſdẽ dñe ſabbe ꝓmittẽtis
ſibi dare optimũ potagiũ ipm miſex felicẽ occidit: cui hierony-
2 aſſaſſino ꝯcurrẽtib⁹ de qb⁹.s̃.⁊.j.de iur̃ credẽdũ † ẽ ꝯ ipſã ſabbã
mãdãtẽ vt firmat Sali.ĩ.l.ſi.C.de accu.Jo.de imo.ĩ.c.j.de ꝯfeſ.⁊
ꝯſuluit Alex.ĩ ꝯſi.cxxvij.ĩci.qm̃ abũde ĩ.iiij.vo.⁊ ꝓbat bñ gl.in
ꝺ.l.ſi.⁊ tꝫ ẽt Guid.de ſuza.ĩ tra.de tor.viij.col.⁊ idem Guido in
tra.maleſi.ſub rubrica qualiter reus ſubijciatur.

Tertio

UVA. BHSC. IyR_279_2

¶ Tertio concurrit ꝙ ſtatim perpetrato delicto inſurrexit pu-
3 blica vox ⁊ fama † ꝙ predictus Hieronymus occiderat prefatũ
Felicem: que fama publica ſm Cy. in. l. fi. C. de queſtio. facit in-
dicium ad torturam. idem tenuit Bar. in ſuo conſilio. xcij. inci
pien. Domino paci de Burgo pulchro legum Doctori. ⁊ facit
gloſſ. in. l. tertia. §. eiuſdem. ff. de teſti. dum dicit famam facere ſe
miplenam probationem.
¶ Quarto ⁊ vltimo videbatur ſatis conſiderandum ꝙ mor-
tuo ipſo Felice vſufructuario extinguebatur penſio ſexaginta
Ducatorum que annuatim eidem Felici ſolui debebant per fi-
lios Sabbe: quibus omnibus conſideratis videtur veriſimilis
confeſſio prefati Hiero. mandatarij aduerſus predictam Sab-
bam: ex quibus concurrentibus videtur dicendum prima facie
probatum de huiuſmodi crimine aſſaſſinij aduerſus ipſam: et
tandem ipſis non obſtantibus in caſu premiſſo contrariam ſen
tentiam arbitror de iure veriorem ex infraſcriptis.
¶ Et quo ad primum dico principaliter inimicitiam de qua
4 ſupra non obſtare ex qua vt poſſit dici vera † ⁊ conſiderabilis
inimicitia requiritur probari qualitas inimicitie in ſpecie nec
ſufficit ita in genere non adiecta qualitate ⁊ cauſa inimicitie
quo caſu non dicitur probata inimicitia. dixit pulchre Jmola
in capitulo raynutius. de teſtamentis. Bald. in. l. ſi quis teſti.
in fi. C. de teſti. ſequitur Jaſ. in. l. j. v. co. C. de teſta. maxime quia
5 inimicitia † ex qua reſultare poſſet indicium requiritur ꝙ fue-
rit capitalis. ⁊ ita probetur vt inquit Ludo. Ro. in. l. j. §. hoc re
ſcriptum. ff. ad ſyllan. ⁊ bene probant not. per Bar. in. l. iij. ff. de
adimen. lega. ⁊ nihilominus pleniſſima reconciliatio ⁊ infra
paucos dies poſt habita verba apparet ſubſecuta. Nam fuerũt
poſtmodum viſi conuerſari imo inhabitare ⁊ colloqui: ex qua
6 conuerſatione † ⁊ loquela probatur amicitia ⁊ reconciliatio
quatenus inimicitia preceſſiſſet. ita voluit Abb. in. c. repellan-
tur. de accuſa. ⁊ Bal. in aut. ſi dicatur. C. de teſti.
7 ¶ † Accedit inſuper ꝙ iſtud indicium inimicitie vt remotum
a facto non videtur ſufficere ad torturam. vt dixit Jo. de Jmo.
in. l. fi. ff. de here. inſti. ⁊ ibi refert idem Ray. ⁊ idem tenet Gan-
di. in tracta. malefi. in rubri. de queſtio. ⁊ tormen. in verſicu. que
debeant precedere queſtiones: ⁊ hoc magis cõmuniter tenetur:
licet Spec. ſupra relatus ad partem contrariam videtur tenuiſ
ſe contrarium. ſed cum Jo. de Jmo. Gandi. ⁊ Bal. tenet etiam
Ang. in dicto trac. malefi. in verſi. fama publica. col. vj. ⁊. xij. et
ibi Auguſti. in addi. vbi dicit ꝙ propter hoc ſolum nunquam
poneret aliquem ad torturam: ⁊ idem tenet Bald. in. c. literas.
de preſumptionibus.
¶ Quo vero ad ſecundum circa depoſitionem ipſius Hiero. aſ
ſerentis de mandato ⁊ ordinatione prefate Sabbe vt ſupra cla
rum eſt ꝙ ſe ſocium ⁊ participem criminis facit in quo crimine
licet cum aliquibus alijs iura deferant vt ſupra attamen appa-
ret probatum eundem Hiero. fuiſſe ⁊ eſſe male vite ⁊ fame: ⁊ de
8 alijs † criminibus attinctũ ⁊ diffamatum: quo caſu a teſtifican-
do repellitur. c. licet. de foro compe. c. ſuper eo. ⁊. c. teſtimoniuz.
extra de teſti. voluit Spec. in tit. de teſte. §. j. col. xxxv. verſic. item
ꝙ eſt probate vite. ſequitur do. Stepha. aufre. in tit. de reproba.
teſti. in ver. male vite. ⁊ Alex. in conſi. cl. iij. col. in. v. volu. ⁊ ſic ſi
male vite ⁊ infamis a teſtimonio repellitur multo magis dum
eſt ſocius criminis.
¶ Quod maxime concedendum eſt cum prefatus Hiero. depre
hendatur attinctus in alijs criminibus maxime ſodomie ⁊ fur
ti: quo caſu licet credendum ſit ſocio criminis in caſibus exce-
9 ptuatis. † attamen id intelligendum eſt procedere in ſocio cri-
minis alias non infami ex alio delicto. ⁊ hoc per no. doct. Ang.
in. l. qui in iudicio. ff. de accuſa. vbi dixit ꝙ ſi ex forma ſtatuti de
bet credi accuſatori damni dati vel alterius criminis qd ſi ipſe
10 accuſator † eſſet infamis infamia facti non erit ſibi credendum:
⁊ ſubdit Ang. ꝙ cum hec queſtio occurriſſet ſibi de facto tem-
pore ſuo ita fuit iudicatum. idem refert etiam ⁊ ſequitur Ant.
Corſe. Sicu. in ſuis ſing. in ſing. in ver. integer. ⁊ ita per predi-
ctam doctrinam Ang. reperio in particulari conſuluiſſe Hip-
polytum Marſilienſem in ſuo conſilio. lxxiiij. quarta colum.
primo volumine.
¶ Primo ex alio nihil apparet militare pro fiſco depoſitio pre
fati Hiero. Bacti. cũ tanq̃ principalis in tortura ⁊ extra tortu-
ram primo loco interrogatus minime aliquem nominauerit
nec inculpauerit in delicto predicto ⁊ tandem dum pluries al-
tiatus in tortura interrogaretur ſepe ſepius como ſo ammaza
to ſeu ſuffocato lo dicto Felice ⁊ che e quello che ne ſape: ipſo de
poſito reſpondit ſignore. non ne ſaccio altro: ⁊ dum ei dicere-
tur tu non lo voi dicere per non fare diſpiacere ad ma damma
Sabba. reſpondit e ſignor epſa non mi e ſore ad me: e che mi e
ad me ⁊ tandem impatiens doloris torture ſuggeſto ſibi nomi-
ne predicte Sabbe ipſam inculpauit. vnde ſuccedet ꝙ quando
11 quis interrogatur † de ſe ⁊ de alio ſtatur prime depoſitioni licet
contrarium depoſuerit. ſecundo loco in tormentis dixit Bart.
in. l. prima. §. queſtioni. per illum text. ff. de queſtio. Franciſcus
de Are. in. c. cum in tua. columna quinta. extra de teſtamen. ⁊
idem Are. in conſilio. lxj. incipien. in cauſa iſtorum. ⁊ idem con
ſuluit Philip. Decius in conſilio. clxxv. in primo volumi. pro
12 quibus adduco † ꝙ non debet reus per iudicem ſpecialiter in-
terrogari nominando ſibi aliquem: ſed debet in genere interro
gare minime aliquem ſuggerendo: alias non tenet eius confeſ-
ſio tanquam per ſuggeſtionem extorta tex. eſt in dicta. l. prima.
§. queſtionem. ff. de queſtio. ⁊ faciũt dicta Doctorum in. l. iube-
13 mus. C. de teſtamen. ibi de teſtatore ꝙ † non debet interrogari
per notarium an faciat talem heredem: ſed expectare vt teſtator
ex ſe heredem nominet alias non tenet teſtamentuz. idem dixit
Pau. de Caſtr. in. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. face. poſſunt.
⁊ plene Alexan. in dicta. l. iubemus. ⁊ etiam in ſeruo hec locuz
habent dixit Bar. in prefato. §. queſtionem.
¶ Circa tertium de fama que inſurrexerit poſt perpetratum de
lictum reperio quod ad probationem fame requiritur quod te
ſtes depoſuerint a quibus audiuerint dictam famam illos in
14 ſpecie nominando etiam quod † de hoc interrogati minime
fuerint. ita dixit Jnnocentius qualiter ⁊ quando. de accuſa. et
in. c. cum oporteat. eodem titu. ⁊ ibi ſubdit ꝙ ideo etiam inter-
rogati tenentur reſpondere ſeu deponere a quibus audiuerũt
alias non probant ⁊ hoc ex quo non ſtat in arbitrio iudicis iu-
dicare an ille perſone a quibus teſtis audit ſint graues: ⁊ idem
voluit Joannes Andreas in dicto. c. cum oporteat. dicens ita
ſeruari quod etiam voluit Abbas in. c. cum cauſam. de teſti. ſe-
quitur Alexand. in. l. de minore. §. plurium. de queſtionibus. ⁊
conſuluit Hippolytus Marſilienſis in ſuo conſilio. xx. viij. co
lum. nume. 43. Alexan. in conſilio. xxv. in quarto volu. Abbas
in. c. conſuluit. lo primo de appella. ⁊ idem ſequitur Franciſcus
de are. in dicto. c. cum cauſam. de teſti.
¶ Potuit enim dicta fama traxiſſe originẽ a maliuolis ⁊ odio
ſis ⁊ ideo non haberet obeſſe ipſi inquiſito. vt dicit Bar. vbi ſu
pra ⁊ Ange. in. l. iij. ff. ad macedonianũ. Spec. in tit. de inquiſi
tio. §. nunc tractemus. verſicu. ſuper probatione. Abbas in. c.
veniens. de teſtibus. ⁊ hoc quidem dicit eſſe bene menti tenen-
dum Jacobinus de ſancto Georgio in. l. tertia. §. eiuſdem de te-
15 ſtibus. vbi etiam ſubdit † ꝙ debet exprimere ⁊ declarare cauſam
vnde traxerit originem fama ipſa vt ſciatur an ſit probabilis fa
ma an vero vana vox populi cui non eſt credendum. l. decurio-
num filij. C. de penis. ita Bartolus in dicta. l. de minore. §. tor-
menta. alias incipit plurium. ff. de queſtionibus. Bal. in. l. dif-
famari. C. de ingenu. ⁊ manumiſ.
16 ¶ † Jtem requiritur ad fame probationem teſtes depoſuiſſe
quod audiuerint a maiori parte populi illius Ciuitatis ſeu lo-
ci etiam quod de hoc interrogati non fuiſſent. ita Bartolus in
predicto. §. tormenta. quinta columna. verſiculo qualiter probe
tur fama. ⁊ ibi ſubdit quod aliter non probatur. idem ſequitur
Angelus in. l. quid ergo. §. queſtionem. ff. de infamibus. Bal.
in rubrica. C. de probationibus. ⁊ in. l. ſolam. C. de teſtibus. Flo-
ria. in. l. ob carmen. in principi. ff. de teſti. Abbas in. c. cum cau-
ſam. extra eodem titu.
¶ Primo requiritur ad fame probationem quod fama ipſa
17 preceſſerit de delicto predicto † ante inquiſitionem formatam ⁊
non poſt alias non poteſt dici fama probata. ita conſuluit pul-
chre Petrus de Ancharano in ſuo conſilio centeſimoquinqua
geſimotertio. incipiente: in queſtione preſbyteri. vnde cum non
fuerit probatum quod ante formatam inquiſitionem predicta
fama inſurrexerit ergo ⁊c.
¶ Et nihilominus liquet ex defenſionibus predicte domine
Sabbe quod alia fama inſurrexit de homicidio predicte con-
tra Dominicum famulum predicti quondam Felicis quod
ipſum occiderit ſtante quoq; contra illum maiori veriſimilitu-
dine cum reperiatur aufugiſſe ſtatim perpetrato delicto a Ca-
mera predicti quondam Felicis: vbi ipſe Dominicus dormie-
bat in qua reperte illico fuerunt caſſie ſeu ſcrinea eiuſdem Feli-
cis fracta et omnibus bonis euacuata ⁊ Felix ipſe occiſus
ibidem.
¶ Jtem ⁊ ſi cõtra aliquem vltra predictum famulum aliquod
ſiniſtrum cogitari poſſet id potius cõtra Joannem Antoniũ
filium eiuſdem Sabbe preſumendum foret quam cõtra ipſam
Sabbam ſtante pariter fuga ⁊ contumacia ipſius Joãnis An
tonij: tum etiam quia ipſe Joannes Antonius ⁊ eius fratres
tenebantur ad illam annuam penſionem ſexaginta Ducatorũ
eidem Felici eius vita durante ⁊ non ipſa Sabba cum ceſſio et
renunciatio bonorum facta fuerit per eundem Felicem eidem

UVA. BHSC. IyR_279_2

Joan. Antonio ac ceteris eius nepotibus ⁊ non prefate Sab-
be ⁊ ſic de eorum intereſſe principaliter agebatur ⁊ non ipſius
18 Sabbe vnde ſuccedit qđ † vna preſumptio tollitur per aliam
dixit Barto. in. l. diuus. C. de in integrum reſtitutio. Cynus in
l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimonio. Bal-
dus in. l. finali. ff. de heredibus inſtituendis. ⁊ in. l. quamuis.
C. de impuberũ ⁊ alijs ſubſtitutionibus. ⁊ conſulnit Alexan-
der conſilio ſeptuageſimoſeptimo. ⁊ ſic ſuccedit quod quando
19 inquiſitus † habet aliqua indicia pro ſe ſeu preſumptiones eo
caſu debilitantur ⁊ eneruantur alia indicia que contra eundem
exiſterent: intantum quod illa que contra ipſum concurrerent
deberent eſſe multo magis vrgentia ita quod preponderent. ita
dixit Bartolus in predicta. l. prima. §. ad queſtionem. verſiculo
nec facile. ff. de queſtionibus. ſequuntur Moderniores Senen
ſes in tractatu de indici. ⁊ tortu. octaua charta. columna vigeſi-
ma. Angelus in tractatu maleficiorum. in verſiculo fama publi
ca. quinta columna. verſiculo quid ſi teſtis. Romanus in conſi-
lio centeſimoſexageſimoſeptimo. incipiente: Antonius accuſa-
tus. prima columna.
20 ¶ † Et ſic ex premiſſis infero quod vbi exiſterent indicia ad tor
turam contra aliquem vnumquodqꝫ quod vrgeret in contra-
rium illa elidit adeo vt torqueri non poſſit. dixit pulchre Bal-
dus in. l. finali. de probationibus. ⁊ ante ipſum Joannes An-
dreas in capitulo cum in contemplatione. de regulis iuris. et
conſuluit pulchre Alexander in conſilio centeſimoſeptuageſi-
monono. in tertia columna. ſecundo volumine. ⁊ ideo vbi vir-
tute indiciorum procedendum eſſet ad torturam contra aliquẽ
ſi ille inquiſitus haberet in proceſſu aliqua indicia pro ſe certe
illa que exiſterent in contrarium cõtra ipſum deberent eſſe ma-
gis grauia ⁊ vrgentiora voluit Bartolus in. l. prima. §. queſtio
nem. ff. de queſtionibus. Franciſcus Brun. in tractatu de indic.
⁊ tortur. in quinta charta. ⁊ ideo dixit pulchre Baldus in. l. ſe-
cunda. C. quo. appella. quod licet vnus bonus teſtis faciat indi
cium ad torturam tamen intelligi debet niſi aliqua alia conie-
21 ctura † reſiſteret ⁊ idem conſulendo ſequitur Alexander in con-
ſilio centeſimovigeſimoquarto. in ſexto volumine. Ex quibus
optime infertur ⁊ concluditur quod cum tot prenarrata reſi-
ſtant ⁊ preſumptiones ⁊ indicia non poteſt eſſe locus torture
contra predictam Sabbam: ⁊ ſucceſſiue ſi torqueri non poteſt
22 ergo † ⁊ minime detineri prout huc uſqꝫ detenta fuit per not. di
cta Luce de pen. in. l. quoties. C. de dignita. lib. xij.
23 ¶ † Nec ſuffragaretur Fiſco dicere quod ſumus in crimine aſ-
ſaſſinij quod eſt enorme ⁊ in enormibus licet iura tranſgredi.
vt dicit Innocentius ⁊ alij in capitulo primo. de conſtitutioni-
bus. Baldus in. l. quid ergo. in. §. pena grauior. ſexta columna.
ff. de his qui notantur infamia. idem Baldus in capitulo pri-
mo. ſexta columna. qui feudũ dare poſſunt. nam prefata regula
habet locum in puniendo vꝫ quando conſtat reum eſſe verum
delinquentem ſecus autem in procedendo quia in proceſſu non
dum vere ſcitur an accuſatus vel inquiſitus ſit verus delinquẽs
necne. ita in particulari tenet Hippolytus Marſilienſis in ſua
practica cauſarum crimi. in. §. diligenter. trigeſimaquinta colũ-
na. vbi in numero. 175. dicit quod in crimine enormi debent ſer
uari ſolennitates que ⁊ in alijs criminibus ſeruantur. nam pa-
tet quod in criminibus leſe maieſtatis quod eſt enormiſſimum
crimen: tamen indicia debent precedere torturam ſicut in crimi
nibus non enormibus tex. eſt not. ⁊ ibi gloſſ. Cynus ⁊ Baldus
⁊ Salicetus in. l. ſi quis alicui. C. ad legem iuliam maieſtatis. quod
etiam voluit Angelus de Are. in ſuo tractatu maleficiorum. in
verſicu. che hai tu tradito la tua patria. in primis verbis Fran.
Brun. in ſuo tractatu de indici. ⁊ tortu nona charta. tertia col.
poſt medium: ⁊ ſic concludit ſatis apparere per iura ⁊ rationes
premiſſas quod in enormibus criminibus requiruntur indi-
cia ſolennia ⁊ alie ſolennitates que requiruntur in alijs crimi-
nalibus non enormibus. ⁊ ſic ſum voti predictam Sabbam eſ-
ſe a carceribus liberandam ſaltem ſub fideiuſſoribus ⁊ in hanc
ſententiam concurrit tota Magna Curia ⁊ ita exequutum fuit.
Thomas Gramaticus Judex Magne Curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Juris Vtriuſqꝫ Doctor.

## Summarium.

1 ☞ Compoſitiones non debent cum omnibus indifferenter
fieri pro delictis ſed cum his duntaxat de quibus ſperatur qđ
amplius in eiſdem criminibus non incident ⁊ cum his qui
ſemel tantum deliquerunt.
2 In compoſitionibus multa ſunt conſideranda vt teneant de
quibus. ⁊ nu. 6.
4 Pena debita non debet pretio dimitti ſicut nec vitio cupidita-
tis inferri: ⁊ ibi non recipies pretium ab eo qui reus eſt ſan-
guinis.
8 Princeps non remittit penã delicti niſi parte concordata ⁊ ſi
fieret non tenet.
Compoſitio contra formam iuris ⁊ conſtitutionum regni eſt
nulla.
10 Princeps etiam quod parti pecuniariter intereſſet remittere
non poteſt.

## Votum. XXXV.

**T**remendi Dei preſidio
repetito. Amen. ¶ In cauſa Helyzei Sagata-
rij de Caſtro Mari de Bruca cum reuerendiſ-
ſimo Fiſco ſuper vndecim homicidijs per eun-
dem Helyzeum diuerſis temporibus patratis
in perſonam diuerſarum perſonarum ⁊ diuerſorum locorum
⁊ obtentis indultis.
¶ Et primo ab Excellente Comite Burelli pro quatuor eius
vaſallis per eundem occiſis: ⁊ pariter a Comitiſſa Polica-
ſtri pro homicidio commiſſo in perſonas duorum eius vaſallo
rum: ⁊ impetrato pariter indultum vltimo loco de homicidijs
commiſſis in perſonas quinqꝫ vaſallorum venerandi Hoſpi-
talis ⁊ Eccleſie ſancte Marie annunciate de Neapoli vtilis
domine predicti Helyzei: heſitatum fuit in magna Curia vica-
rie an huiuſmodi reiterati indultus mediantibus compoſitio-
nibus pecuniarum poſſint aut debeant eidem Helyzeo ſuffra-
gari. Et licet prima facie videretur dicendum quod ſic attento
mero mixtoqꝫ Imperio cõceſſo eiſdem Baronibus ⁊ vnicuiqꝫ
ipſorum per retro sereniſſimos Principes cum facultate com-
ponendi ac permutandi penas corporales in pecu niarias. At
tamen ex infraſcriptis contrariam ſententiam arbitror de iure
veriorem.
1 ¶ † Et in primis dico quod regulariter compoſitiones non de-
bent cum omnibus indifferẽter fieri de delictis commiſſis ſed
cum his duntaxat de quibus ſperatur quod amplius in eiſ-
dem criminibus non incident ⁊ qui erroris commiſſi facile
ſe emendabunt ⁊ cum illis qui ſemel tantum in crimen incide-
runt: non autem cum illis qui delinquendi conſuetudinem
contraxerunt. l. tertia. in fine. C. de epiſcopali audientia. vbi ſin
2 gulariter dicit Imperator remiſſionem † venie crimina niſi ſe-
mel commiſſa non habeant nec in eis liberalitatis auguſte re-
feratur humanitas qui impunitatis veteris admiſſi non emen
dationi potiusquam conſuetudini deputauerint. Nam abſqꝫ
rationabili cauſa compoſitio de criminibus permiſſa non eſt
nec fieri poteſt. l. aut facta. §. finali. ⁊. l. capitalium. §. ſolent. ff. de
penis. capitulo ſicut dignum. de homicid. in compoſitionibus
namqꝫ criminum ſeu pro criminibus indulgendis multa ſunt
3 † conſideranda maxime perſone conditio vt ſi alias ſit nobilis
⁊ honeſta ⁊ ſi in ſimilibus alias non incurrerit: ⁊ ideo ſi reperi
tur criminoſus vel alias aſſuetus in ſimilibus non ei dimitti-
tur compoſitio ſicut non admittitur diſpenſatio. vt in capitu-
lo finali. de tranſactionibus. ⁊. l. tranſigere. C. eodem titulo. ⁊. l.
finali. C. de aboli. ⁊. l. tertia. in fine. C. de epiſcopali audientia.
item conſideranda erit qualitas facti ne ſit de atrocioribus vt
eſt crimen leſe maieſtatis ⁊ ſimilium. item tempus locus inten-
tio delinquentis etas ⁊c. Item ſexus vt quia mulieri facilius
ignoſcitur ob ſexus fragilitatem dummodo non ſit mulier ma
ligna aut rixoſa aut in ſimilibus aſſueta quia non erit digna le
gis largitate id eſt principis nec legis benignitate dicta. l. tertia
in fine. Facilitas enim venie incentiuum tribuit delinquendi.
vigeſimatertia queſtione quarta. capitulo eſt iniuſta. in fine. ⁊
in capitulo vt clericorum. extra de vita ⁊ honeſtate clericorum.
l. prima. C. de emendatione propinquorum. Speculator in ti-
tu. de aduoca. §. ⁊ conſequenter. in fi. ⁊ plene do. Pau. Grilan.
in tractatu de hereticis ⁊ ſortilegijs. in rubrica de penarum com
poſitionibus. tunc enim homines ex iuſtitie adminiſtratione
ab iniurijs defenduntur cum delinquentes penas ob eorum
crimina luunt: tunc enim magnum ſacrificium Deo offertur
cum mali qui in ſuam ⁊ aliorum perniciem debaccantur vigo-
re iuſticie compeſcuntur capitulo qualibet. vigeſimatertia que
ſtione quinta. vnde ſi negligenter ea que male vſurpantur ob-
mittimus exceſſibus viam alijs aperimus. capitulo peruenit.
nonageſimatertia diſtinctione. §. ad nos. in fine. ⁊ ideo inquit
Ariſtoteles

UVA. BHSC. IyR_279_2

Ariſtoteles quinto Ethicorum. quod pene medicine ſunt. Et
ideo non reliquit locum delinquenti qui non pepercit exceden
ti. capitulo facientes. octuageſimaſexta diſtinctione. ⁊ per totũ
facit capitulum primum. eadem diſtinctione. ⁊ capitulo loci. tri
geſimaquinta queſtione nona. ⁊ ideo non eſt ſeueritas ſed pie-
tas pro Deo punire crimina. capitulo legi. vigeſimatertia que-
ſtione octaua. ⁊ in. l. prima. §. primo. ff. de obſequijs liberorũ.
quia proprium legis eſt malis penam ⁊ bonis premia conſti-
tuere iuſticia ſuadente. capitulo non vos. vigeſimatertia que-
ſtione quinta. in principio. item quod pena legis aut premio
vita moderatur humana. capitulo vltimo. tertia diſtinctione.
⁊ quod ibi notant Doctores.
¶ Ad hoc enim facte ſunt leges vt humana coerceatur auda-
cia ⁊ appetitus noxius ſub iuris regulis limitetur. c. facte ſunt.
quarta diſtinctione.
¶ Multum enim ad coercendam audaciam valet propoſitum
punitionis exemplum cum ipſa miſeri preſens forma viuentis
ad recordationem admonet conſcios ⁊ ad conſiderationem co-
git ignaros dicit Oroſius vbi ad Auguſtinum. Nam ad terro-
rem quippe viuentium mortua corpora aliquando moritura
permittuntur. capitulo ſi heres. vigeſimaquarta queſtione ter-
tia. ita plene Lucas de Penna in. l. omnes. C. de annonis ⁊ tri-
butis. libro decimo. vnde concludendo non debet precio inter-
4 ueniente debita pena dimitti † ſicut nec vitio cupiditatis infer-
ri. vt in. l. iubemus. ff. ad legem iuliam repetundarum. ex quo
non in pecunia ſed in corpore debent delinquentes puniri cũ
eſſe debeant debeant pene proprio digne facinore. l. ſi excepta.
C. de maleficijs ⁊ mathematicis. ⁊ pro admiſſi menſura. l. ſaccu-
larij. §. in egypto. ff. de extraordinarijs criminibus. Nam a lege
diuina inductum eſt vt iuxta menſuram culpe eſſe debeat pla-
garum modus. oculum enim pro oculo: manum pro manu:
dentem pro dente. Exodi vigeſimoprimo. ⁊ Deuteronomij de-
5 cimonono. ⁊ † alibi numero vigeſimoquinto. non recipies pre-
tium ab eo qui reus eſt ſanguinis. ⁊ ideo dixit diuus Grego-
rius in regiſtr. libro primo. capitulo decimoſexto. qđ in perſo-
ſonis eſt excedentium non in eorum commodis vindicandum
quia in perſonis non in facultatibus ſunt crimna vindicanda
capitulo illud. decimaſexta queſtione ſexta. ſic ⁊ ſalubris legum
prouiſio circa reipublice conſeruationem pleniorem conſequi-
tur effectum ſi relapſatio penarum de facili non procedat. capi-
tulo grauem. in fine. extra de prebendis. Sceleſtorum enim craſ
ſatur iniquitas ſi eorum preſumptio tranſit impunis. ⁊ ideo
rigide in eis permittenda eſt exerceri iudicialis autoritas ne
amplius creſcat eis ſpes talia committendi iudicum coercioni
bus reprimenda. capitulo relegentes. vigeſimatertia queſtione
quinta. ⁊ capitu. regum eſt. eadem queſtione ſecunda. ideo Iu-
riſconſultus in. §. hec autem. in rubrica proemij digeſtorum. in-
quit quod per pene impoſitionem delinquentes a delinquen-
di conamine repelluntur.
¶ Pro indulgentia enim criminum datur occaſio ⁊ licentia
iterata flagitia committendi. capitulo de ijs. quinquageſima
diſtinctione. ⁊. l. ſi apparitor. in fine. C. de coarta. libro duodeci-
mo. ita plene Lucas de Penna in. l. prima. C. de coartal. libro
duodecimo. ⁊ in. l. prima. C. de numera. eodem libro. ⁊ in. l. pri-
ma. C. de irenarchis. in verſiculo poſt ſecundam gloſſam. eodẽ
titulo. ⁊ in. l. tertia. in verſiculo rector. C. de annonis ⁊ tributis.
libro decimo. ⁊. l. prima. C. de fabricẽ. in verſiculo facultate. eodẽ
libro decimo. Nam vt ſupra dictum eſt quando ad compoſitio-
nem pro pecunia deuenitur id non abſq; mediãte legitima cau
6 ſa fieri debet: † vt ratione nimie ſenectutis vel iuuẽtis vel quan-
do ſine dolo deliquit vel ratione publice vtilitatis per. l. ad be-
ſtias. ff. de penis. ⁊ capitulo ſcientiam. ſecunda queſtione ſepti-
ma. item propter filios nutriendos. capitulo ſecundo. extra de
his qui fili. occide. ⁊. l. qui in prouincijs. ff. de ritu nuptiarum.
item ratione dignitatis ⁊ perſone vel huiuſmodi. vt in. §. notan
dum. ſecunda queſtione tertia. ⁊ quod ibi notat Archidiaco-
nus in ſexto. Nam iuxta ordinem dignitatum pene ſunt impo-
nende. capitulo contumaces. quinquageſima diſtinctione.
¶ Imperator enim non ſolum debet eſſe contentus delictorũ
punitione: ſed etiam timorem iuſtum tranſgreſſoribus inferre.
vt in autentica de depoſitio. poſt principium. ad idem vigeſima
quinta qu[illegible] quinta. capitulo ſi nos. ex quo princeps tene-
tur de omnibus ex quo omnium autor eſſe videtur quia cum
omnia poſſit corrigere eorum merito particeps eſt que noluit
emendare. ita plene Lucas de Penna in. l. prima. C. de irenarc.
libro decimo. ſecunda columna. vnde Boetius de conſolatione
in quarto. bonus rector mundum regit ⁊ tunc autem bene re-
git cum delicta corrigit. l. congruit. de officio preſid. ſic rex recte
faciendo regis nomen tenet. Illatum quippe delinquentibus
ſupplicium reliquos ſaluos facit. vt in. §. homicidia. in auten
tica de manda. princip. ⁊ quod ex delicti qualitate ⁊ loci ⁊ tem-
poris ⁊ cauſe ſit licita compoſitio ac etiam ex etate vt ſupra di-
ctum eſt. firmat etiam Archidiaconus in capitulo ſi quis dia-
conus. quinquageſima diſtinctione. ⁊ Paris de Puteo in tra-
ctatu ſyndi. in verſi. compoſitio. in prima columna.
¶ Que omnia premiſſa fortius ꝓcedere debẽt in caſu premiſſo
contra predictum Helyzeum cum de nonnulli ex homicidijs
predictis nulla inſit nec appareat concordia partis ⁊ ſic predi-
cti indultus obtenti parte non concordata a predictis domi-
nis in nihilum ſibi ſuffragantur: cum etiam Rex minime re-
mittere conſueuerit parte non concordata nec indulgentiam
aliquam facere criminoſo pace prius non habita cum parte et
7 † conſtet per publicum inſtrumentum per gloſſam in. l. venia.
C. de in ius vocando. cum ibi notatis ⁊ vbi faceret indulgen-
8 tiam non teneret † ⁊ pars offenſa poſſet agere per nota. per Lu-
cam de Penna in dicta. l. prima. de deſerto. C. nam abolitio cri-
minis fieri non poteſt parte contradicente ⁊ accuſatore argu-
mento. l. penultime. ad turpillia. per gloſſam in dicta. l. venia. ⁊
probat bene Innocentius ⁊ alij in capitulo niſi. extra de officio
delegati. ⁊ in capitulo in noſtra. de iniurijs. ⁊ in capitulo que
in eccleſiarum. extra de conſtitutionibus. Bartolus in. l. finali.
C. ſi contra ius vel vtilitatem public. ⁊ in proemio digeſtorum.
9 in principio ⁊ eſt notorius ritus in magna curia vicarie. † et ſic
quando compoſitio de crimine fieret contra formam iuris ⁊
conſtitutionum regni eſſet nulla argumento. l. adoptionẽ iure.
de adoptio. ⁊. l. ſi cũ nulla. de re iudica. ⁊. l. cum hi. §. ſi pretor. de
tranſac. ita etiam concludit Paris in dicto trac. ſyndi. tertia co
lũ. in verſiculo compoſitio. circa finem. ⁊ ideo nedum predicti
vtiles domini qui indultus predictos conceſſerunt verũetiam
nec princeps potuiſſet tot reiteratos indultus concedere per-
mutando penam corporalem parte non concordata. imo nec re
mittere potuiſſet qđ parti pecuniariter intereſſet abſq; vrgenti
cauſa: imo ſi id faceret peccaret mortaliter cum id non iure: ſed
10 † de abſoluta poteſtate faceret. ita dixit Andreas de Iſernia in
titulo que ſint regalia. in verſicu. committentium. ⁊ idem An-
dreas in capitulo ſimiliter de capitaneo qui curiam vendidit.
⁊ licet gloſſa in. l. reſcripta. C. de precibus Imperatori offeren-
dis. videatur tenere contrarium ⁊ ſimiliter in. l. defenſionis. C.
de defenſoribus ciuitatum. tamen gloſſe predicte intelliguntur
de pena applicanda Fiſco ſuo id eſt ipſius principis ⁊ non par
ti per. l. venia. C. de in ius vocando. ſecundum Baldum in. l. fi-
nali. C. de precibus imperatori offerendis. ⁊ in. l. quicunq;. C. de
ſeruis fugitiuis. ⁊ ideo dicit pulchre dicta gloſſa ⁊ poſt eam
Baldus in dicta. l. venia. quod reſcriptũ in quo princeps ius
partis leſe remittit eſt nullum. idem refert ⁊ ſequitur conſulen-
do dominus Bartho. Caſſen. in ſuo conſilio decimoſeptimo.
ſecunda columna. vnde cum non appareat in pluribus ex di-
ctis vndecim homicidijs remiſſio partium nec aliqua concor-
dia ſequitur quod indultus ſibi conceſſi per predictos vtiles
dominos interemptorum euaneſcunt: ⁊ eidem Helyzeo mini-
me in aliquo opitulantur. vnde concurrente maxime tanta rei-
teratione delictorum ⁊ homicidiorum preſertim concluſum
fuit ac decretum per magnam Curiam eundem eſſe vltimo ſup
plicio condemnandum ⁊ ita executum fuit. Ego Thomas
Gramaticus Iudex magne curie Vicarie.

¶ Thomaſius Gramaticus Neapolitanus
Iuris Vtriuſq; Doctor.

CUperem mihi Illuſtriſſime domine in arrogantiam minime aſcribi
poſſe ſi inter tot viros diſertiſſimos ⁊ in vtraq;
cenſura ſemideos: quibus inclyta vrbs hec an-
tiqua ſtudiorum alumna ſuperabundat in quo
rum numero non aſcribor vt minimus calamo dextram ita
impudenter vt ſic inquam: aut inconſulte accommodare au-
ſus fuerim hec breuiter in aliorum notitiam deducendo. quod
quidem minime feciſſem: niſi vt potiſſime tue Illuſtriſſime do
minationi cui pluſquam debeam habeo neminem quoad poſ-
ſem pro debito ſatiſfacerem: ne eius opinio de me licet indigno
concepta penitus defraudata reperiretur: ac vt tantorum pa-
trum legumq; diuum ingenia que longe maiora molirentur:
hec exigua prout meis rudibus ac imbecillis viribus conue-
niunt ſcribendo excitarem: ⁊ maxime quia diu in ſcientijs ver-
ſatus facere tenetur vt que mente concepit tanquam ſub ter-
ra latentia producat in lucem exhibeatq; ſe ſoli id eſt intel-
lectibus ſapientum: vt ſiquidem vera dixerit Deus lau-

UVA. BHSC. IyR_279_2

detur ⁊ comprobetur: ſi autem errauerit: quod humanum eſt: ſua opinio pedibus terreatur: rationibus eneruet. verba ſunt elegantia Baldi in preludijs feudorum. tum maxime quia quemadmodum turpe eſt diuiti abſq; herede decedere. ita miſerrimum habenti gratiam intellectus poſteris ⁊ ſtudioſis nihil ſcriptum tanquam hereditarium relapſare vt preclare inquit Baldus in proemio Decretalium. cuius autoritate ⁊ documēto confiſus ac veſtre Illuſtriſſime dominationis tegmine protectioneq; ſuffultus detractorum calumnias que vt conſueuit: non deerunt Deo auſpice facillime pertranſibunt. Vale prorex iuſtiſſime.

¶ Veſtre Illuſtriſſime dominationi.

¶ Humilis ſeruitor.

¶ Thomas Gramaticus Neapolitanus vtriuſq; Iuris Doctor Iudex magne ⁊ Vicarie curiarum regni Neapolitani.

¶ Hic optatum attigerunt (deo auſpice ſemper) finem vota ſeu mauis conſilia eximij Iurium vtriuſq; Doctoris domini Thome Gramatici Neapolitani iudicis magne ⁊ vicarie curiarum regni Neapolitani. Quequidem vota nunc nouiter impreſſioni data fuerunt: ſed anteq̄ darentur (ne quod multis accidit: vt plena mendis inuenirentur) oculis per prius lynceis reuiſa fuerunt. additum preterea fuit repertorium ad inueniendas materias cuiuſq; voti: ne longa lector offenderetur inquiſitione: preterea in frontiſpicio cuiuſq; voti addite fuere ipſius elegantiſſime materie per ſummaria. Quequidem ita in repertorio digeſte fuerunt: vt quiuis abſq; diſpendio temporis facile inueniat quod querit. Lugduni impreſſa expenſis honeſtorū mercatorum Vincentij de Portonarijs ⁊ Iacobi giunte typis vero Ioannis Moylin alias de Cambray.

## Regeſtum

A B C D E. Omnes ſunt terniones.

UVA. BHSC. IyR_279_2

UVA. BHSC. IyR_279_2

UVA. BHSC. IyR_279_2

UVA. BHSC. IyR_279_2

UVA. BHSC. IyR_279_2

339.

DISPUTAtiones Diverſorum D. D.

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 279

UVA. BHSC. IyR 279